NICEPHORI GREGORAE ROMANAE, HOC EST BYZANTINAE HISTORIAE, ...

Nicephorus Gregoras,
Laonicus : Chalcocondylus, ...

Digitized by Google

5

9
2 FM
2

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

9-6-C-5

83 G 14

83 E 10

9-7-C-9

Digitized by Google

NICEPHORI GREGORAE ROMANAE, HOC EST BYZANTINAE HISTORIAE,

quibus res à Græcis Impp. per annos CXLV. geſtæ deſcribuntur, & *NICETAE ACOMINATI CHONIATAE* Paralipomena ſupplentur,

[illegible] HIERONYMUM VVOLFIUM tranſlata.

Acceſerunt.

LA[illegible]
menti non uulgaris.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESU
IHS



COLONIAE PLANICIANAE
M DC XVI

Ex Libris Fr. M. Cocconi

AD MAGNIFICVM ET GENEROSVM VIRVM, D. ANTONIVM FVGGERVM, KIRCHpergæ & Vueiſſenhorni Dominum, Cæſareæ Maieſtati à conſilijs, &c.

HIERONYMI VVOLFII IN NICEPHORI Gregoræ Annales Præfatio.

NON equidem ſine mente, reor, ſine numine diuûm (ut Virgilij uerbis utar) ſic accidit, uir ampliſsime, ut tua præſtanti liberalitate, & ſingulari Ioannis Dorenſchuuami induſtria, Byzantinam hiſtoriam à Conſtantino Magno uſque ad Conſtantinum poſtremum, à Græcis deſcriptam hominibus, integram & perfectam haberemus. Etſi enim illius epitomæ quædam extant, partim à Latinis ſcriptoribus editæ, partim ex his noſtris authoribus decerptæ: tamen Græci certius & fuſius pleraque in Oriente geſta deſcripſerunt, quæ illi uix attigerunt: multaq; referunt, Latinis illis uel planè incognita, uel de induſtria neglecta, quòd ea minus ad ſe pertinere putarent: ſicut & Græci uiciſsim res in Occidente geſtas parum curarunt. Nam cum princeps Imperij ſedes Byzantium, quæ à cõditore potius quàm inſtauratore, non tantum Conſtantinopolis, ſed & noua Roma dicta fuit, translata eſſet: paulatim uetus Roma cum finitimis prouincijs à totius Imperij quaſi corpore auulſa, partim Pontificibus, partim exteris nationibus paruit. Secuta ſunt deinde etiam religionis diſsidia, cõtentiones, inſidiæ, aperta bella, & diuerſæ etiam utrorumq; populorum appellationes. Nam Byzantini ſe Romanos, & ſuos principes ῥωμαίων βασιλέας: cæteros autẽ Chriſtianos populos & Reges, qui Romanũ pontificem agnoſcebant, promiſcuè Latinos nominarunt, à quibus ipſi contrà Græci dicebanť. Vt igitur res in Occidente geſtæ, è Latinis: ſic quæ in Oriente contigerunt, è Græcis rectius petuntur. Fateor equidem, ad Zonaram conuertendũ præmijs, à te propoſitis, eoq; tempore mihi peropportunis, initio excitatum me fuiſſe potius, quàm meapte uoluntate acceſsiſſe: nõ tam laborum & moleſtiarũ fuga, quibus ita tum quoq; aſſueuerã, ut ignauo ocio nihil mihi eſſet moleſtius, quàm priuatis meis ſtudijs, ſi quid daretur ocij, fruendi, & diuturnam quaſi ſitim uariæ lectionis reſtinguendi cupiditate. Sed cum è Zonaræ uelut ſalebris eluctatus, in Nicetæ Acominati Choniatæ planiciem, & quaſi uarijs floſculis uernantia prata perueniſſem: iucũdus mihi potius quàm grauis eſſe labor interpretationis ille cœpit, cùm ob dictionẽ fuſiorem & planiorem, & ſæpe non infeliciter luxuriantem: tum uerò propter earum hiſtoriarũ cognitionem, quas partim nõ ſatis tenerem, partim planè ignorarem. Quo opere abſoluto, cum non tam gauderem me graui onere leuatum, quàm in medio ueluti curſu deſtitutum dolerem, quo minus extremã totius hiſtoriæ metam attingerem: ecce præter omnem expectationẽ à te offertur Nicephorus Gregoras, qui

α 2 ab urbe

Digitized by Google

ab urbe à Venetis & Balduino Flandro capta exorſus,hiſtoriam annorum CXLV. ad ſuam uſq; ætatē,& Andronici Palæologi iunioris obitum,eleganti ſtylo deſcriptã nobis dedit: itaq; ſuppleuit ea quæ reliquerat Choniates,ut hic Zonaræ ſuam narrationē attexuerat. Cæterùm & hic idem quod in Choniate mihi cũ accidiſſet, nec uicina temporib. noſtris Byzantiorũ acta autor ille attigiſſet: nullumq; Græcũ ſcriptorē extare,aut certè mihi eſſe cognitũ dolerem, qui cętera uſq; ad Conſtantinopolim à Turcis occupatã,& imperium Gręcorũ à Mahomete prorſus euerſum perſequeret: cõmodè à clariſſ.uiro D. PHILIPPO GVNDELIO,Viennẽſi Iuriſcõſulto,ad me miſſus eſt Laonicus Chalcocondyles,quo,ut à fatigatione conuerſionis nõnihil acquieſcerẽ,auidè percurſo,planè mihi ſatisfactũ eſſe cognoui: atq; in eam ſententiã ſum adductus,ut fato quodam,quod initio dixi,factũ eſſe exiſtimarem,ut & liberalitate tua, & DORENSCHVVAMI Byzantina & Aſiana peregrinatione,& meo qualicunq; labore, integrũ totius Byzantinæ hiſtoriæ corpus,& omnibus propè numeris ſuis abſolutũ, noſtris hominib. proponeret: cuius lectio non tam iucunda,quàm ſalutaris eſſet, ſi ij qui rerũ potiuntur,ex alienis peccatis ſua emendare conarẽtur. Idem enim hoſtis, qui beatas olim Aſiæ & Græciæ prouincias oppreſsit, uaſtauit, euertit,noſtris etiam ceruicibus imminet: & extrema quęq; orbi Chriſtiano,& internecionẽ religioni,fruſtra illi quidem (neq; enim CHRISTI ſeruatoris noſtri potentia humanis armis uinci poteſt) ſed nobis non ſine capitali periculo minatur: & ita minatur, ut hoc Chriſtianæ reipub.ſtatu (quẽ uel mali ominis cauſa uitandi,uel ne qui ſe perſtringi putent,cũ Byzantino haud cõfero) minę eius à nemine cordato cõtemni queant. Sin aliqui ita ſtupent,ut hæc aut nõ intelligant: aut,ſi intelligunt,non curent: aut ſi curant,non in eo pro uirili elaborent,omnibus priuatis contentionib.omiſsis ut incolumitati noſtræ cõſulatur: euidẽs indignationis diuinæ contra nos, & urgentis ſcelera noſtra uindictæ, quod autor hic noſter crebrò queritur, argumentũ id eſſe uideatur.
Equidem inter conuertendũ hos ſcriptores,cum ad Imperatorũ in fungendo munere oſcitantiam,tenacitatẽ in neceſſarijs,profuſiones in ſuperuacuis,& inteſtina bella: procerũ uerò & ducum perfidiã ac temeritatem: religioſorum inſcitiam,& de lana caprina rixas: populiq; petulantiam & ignauiam: omniũ deniq; ordinũ extrema probra perueniſſem: contraq; Turcorũ maiorem fidem,maiorem integritatem,fortitudinem,clementiam,uirtutes ipſorũ hoſtium elogijs celebratas,legiſſem: ita ſum animo cõmotus,ut Turcos imperio longè digniores iudicarem: & fecem ac ſentinam illam nefariorũ hominum tam diu fuiſſe incolumem,nec citius oppreſſam eſſe,mirarer potius quàm miſerarer. Etſi ad cõmiſerationẽ clades illæ,&florentiſsimi potentiſsimiq; quondam Imperij ruina,& Chriſtianæ religiõis è tot ampliſsimis prouincijs profligatio,uel ſaxa cõmouere poſsint: noſtros aũt homines, ſimili ſtatu rerum, nec illorũ miſericordia, nec ſimilis exitij metu cõmoueri ſit
miran-
Digitized by Google

mirandũ: nec deſperandũ tamen,fore multos, qui his non modò ad uoluptatem, ſed etiam ad publicam utilitatẽ legendis,tuum conſiliũ laudaturi, & inter cætera ornamenta quàm plurima numeraturi ſint, qui illuſtri monimento poſteris etiam conſultũ uolueris: & multorum animos his Operibus in publicũ editis,ad patriæ defenſionẽ maiore ſtudio ſuſcipiendam excitaris. Atq; hæc de hiſtoria. De autore nõ multis eſt opus. Nam quo ingenio,doctrina, facundia,autoritate apud ſuos fuerit,ipſe abundè declarat. Quẽ cum ea quæ de Michaele Palæologo uſq; ad Catelanorũ ab Andronico ſeniore defectionẽ ſcribit, à Georgio Pachymerio mutuatũ eſſe, atq; in compendiũ redegiſſe cognouiſſem: ex Auguſtana bibliotheca illud Opus acceptũ pellegi: & quæ non inutilia uidebanĩ,excerpta,Gregoræ adieci: ne,quoad poſſem & liceret,uoluntati tuæ atq; officio meo deeſſem. Ac plura ſanè collegiſſem, niſi is codex & principio & fine mutilus,in medio etiã aliquot folijs partim exectis,partim marinis fluctibus (ut opinor)madefactis,& literis uetuſtate exoleſcentibus,ſtudio meo & oculis diuturna ferè & perpetua lectione ac ſcriptione feſsis & hebetatis uehemẽter aduerſatus eſſet,atq; incommodaſſet. Chalcocondylem aũt ſuus interpres,qua eſt doctrina & eloquentia,ita cõmendabit,ut mihi ſatis nunc eſſe debeat,ſi labores hi mei, æquitati & liberalitati tuæ cõmendati fuerint, & probati. Auguſtæ Vindelicorũ, poſtridie Cal.Ianuarij, Anni à Chriſti ſeruatoris humanitate M.D.LIX. quem tibi tuiſque,& toti orbi terrarũ pacatum,felicem ac fauſtũ, ex animo precor. Faxit Deus Opt.Max.ut FERDINANDI primi Auguſti, Imperatoris ac domini noſtri clementiſsimi in urbem hanc,ob grauiſsimas de Imperij rebus deliberationes, ingreſſus (ſub id tempus quo pacis, concordiæ & mutui amoris doctor & exemplum CHRISTVS IESVS, propter ſalutẽ humani generis, diſsimulata diuinitate ſua,homo naſci uoluit) omniũ principum,omnium hominum animos à priuatis cupiditatib.ad curam publicæ ſalutis,à luxu & corruptela morum ad ſobrietatẽ & uitæ integritatem,ab odijs & ſimultatib. ad concordiam & amorẽ,à rixis & diſputationibus ad uerum cultũ religionis,à bellis & armis ad firmam & conſtantem pacem conuertat. Cuius uoti ſi nos diuina liberalitas (merita enim noſtra nulla profectò iactare poſſumus, nec minus indigni ſumus diuino auxilio quàm indigi)compotes reddiderit,ijs erimus formidabiles,à quibus nunc, nõ alijs de cauſis quàm propter corruptam diſciplinam, & inteſtina bella, per contemptũ oppugnamur,cædimur, in acerbiſsimam ſeruitutem abducimur,& in ſummas anguſtias redacti profligamur. Quicquid enim calamitatum ac cladiũ (ut de alijs Chriſtianis prouincijs taceam) Pannoniæ patiuntur, id ad nos quoq; ex æquo pertinere meritò iudicamus. Res enim profectò, imò ſalus noſtra nunc agitur, paries cum proximus ardet.

Digitized by Google

EPILOGVS BYZANTINAE HISTO-
riæ, per HIERONYMVM
VVOLFIVM.

QVI legis hiſtorias Orientis, & aſpera fata
Chriſticolûm, molles'que animos, & perfida facta,
Regnaq́ diſcordi uariè lacerata tumultu
(Ob quæ facta Deus iuſtas commotus in iras,
Contemptos primùm populos, ſine nomine uulgus
Armauit, cum Turcus atrox uiolenta potenti
Sceptra manu rapuit: Solymos populatus, & urbem
Imperij ſedem tandem deuicit, habetq́:
Vnde uelut ſpecula ex alta proſpectat in orbem,
Europæ atq́ Aſiæ domitor, Libyæq́: tyrannus
Gentibus interitum minitans, niſi iuſſa faceſſant)
Regnorum perpende uices, cauſasq́ nefandi
Exitij: & uotis ſupplex auerte ruinas
Noſtro impendentes capiti: niſi mitior obſtet
Numinis offenſi uitijs moderatio noſtris.
An'non flagitijs honor eſt, infamia quondam
Quæ non impietas, quod non ſcelus urget iniquos
Chriſticolûm populos? quæ non periuria regnant?
(Si non ſupplicium) quæ nigra coercuit? An non
Iudæus nobis melior, non Turcus & Indus?
Si non iſta Deum curare aut cernere credis,
Crimina quòd ſubito non comprimit illa furore:
Falleris. Expectat, num te mens conſcia pungens
Excitet, ut uotis ueniam factisq́ precere.
Sin rigida ceruice tumes adamantinus, iras
Numinis aſpernatus, agente libidinis æſtro
Quodlibet in facinus: tibi pœna parata propinquat.
At ridere Deum forſan mortalia cenſes:
Nec curare quid inferno ludatur in orbe,
Et ſuperis magni tribuis faſtidia Regis:
Quem nil parua mouent, quē nil fex infima plebis
Sollicitat, ſiue illa fame, ſeu peſte laboret,
Seu gladio pereat, uaſto ſeu gurgite merſa
Virtutem uitium'ue colat: modò ſerua tremensq́
Pareat ad nutum, modò munera iuſſa capeſſens
Obſequio uigili colat alti culmina ſceptri:
Sceptri, quale tulit Nero flagitioſus, & is qui
Se dici Dominumq́ Deumq́ coegit, atroci
Caluicio pariter muſcisq́ uirisq́ timendus.
Nempe dedit terras mortalibus: altus Olympo
Iuppiter illuſtri reſidens, ſua gaudia curat.
Quid moueant illum ludibria terrea? uermes
Abiectos an reſpiciat? num ſomnia uana

Mentis

Digitized by Google

Mentis, & irrita uota ſuas admittat ad aures?
Qui præſtant opibus, ſunt inclyta numina terræ:
Viribus excellens imo dominatur in orbe.
Hunc colat, hunc metuat ſupplex, hunc pronus adoret,
Pareat imperio, ſeu iuſta iniuſtá ue mandet,
Qui ſibi conſultum cupiet: qui tempora uitæ
Longa petet. Simulac mors atra ſubegerit artus,
Actum erit. Ah demens præſentia gaudia carpe:
Dum potes, his fruitor. Captent abſentia ſtulti,
Vana melancholici quos pectora plena furoris
Exagitant, qui monſtra ſibi fallacia fingunt:
Qui ſperant cælos, quiq́ infera regna tremiſcunt.
Væcordes, qui non hæc obuia commoda captent:
Qui mala multa ferant, nullo uirtutis honore:
Spe dubia, ſtulta'ue magis ſuper æthera tendant
Poſt obitum, neq́ uiuentes quò ſcandere poſſunt.
Hæc eſt, hæc magni ſapientia pectoris, iſthæc
Scire: ſequi, uirtus: monachorum cætera fraudes.
Hæc Epicurus ait, quo non præſtantior alter
Soluere corda metu, uitamq́ beare perennem:
Inguinis & capitis diſcrimina tollere doctus:
Quo non diſcipulis quiſquam fuit auctior ullo
Tempore. Stultorum nam ſemper maxima turba eſt,
In Venerem præceps, pigriq́ abdomina uentris.
Sed quid ait RATIO, ſua cum penetralia luſtrat?
MENS quid ait, quoties cæleſtia templa petiuit,
Senſibus abiectis ſuperum ad commercia tendens?
Hæc quæ non capiat porcus, ſed rideat amens:
Hæc quæ nemo neget ſano durante cerebro:
Hæc quæ quiſq́ probet fatis melioribus ortus:
Quæq́ docent prima uates ab origine mundi:
Hæc quæ Relligio per plurima ſecla probauit,
Maxima quæq́ cohors fuſo teſtata cruore,
Per miracla Deus quæq́ ipſe ingentia ſanxit.
Num teſtes quæris locupletes his magis ullos?
Non oculi uideat faber? an'non audiat, auris
Cuius opus? mens cuius opus, non ſentiat? abſit:
Maieſtate ſua totum qui compleat orbem,
Ipſe ſuum contemnat opus, propriumq́ laborem.
Num iuſtus, pius & ſanctus, probet improba facta?
Et pia, non ulla tandem mercede rependat?
Num ſocors Deus eſt, uel iniqua mente tyrannus?
Scilicet inſanæ ſunt iſthæc ſomnia mentis.
Num ſtupor in ſuperos tantus cadit, atq́ libido
Tam fera? Si non ſacra mouent oracula pectus,
Quæ uigilare Deum, dare præmia digna, nocentes
Plectere teſtantur ueræ diſcrimine lancis:
Sobrius at proprij penetralia pectoris intra,

Præditus an bruto ſis tantum corpore: bruti
Corporis an famulam dederint tibi numina mentem?
Suſpice flammantis radiantia ſidera cœli,
An te fortè tuæ poßint conuincere ſortis,
In medio pecudumq́ ſitæ, medioq́ deorum:
An te fortè queant tetro releuare ueterno.
Sin tua mens demerſa iacet caligine cæca,
Nec potis eſt uero per ſe diſcernere falſum:
Auribus hiſtorias ſaltem uigilantibus hauri,
Quæ doceant, tardè quas mittunt numina pœnas
Supplicij grauitate pari penſare: ſceleſta
Funditùs euerſa poſt impia crimina gente.
Idq́ ubi cognoris: fortunæ fidere noli,
Neu contemne Deum, neu uana ſuperbia pectus
Inflet, ut eſſe putes licitum, quodcunq́ libebit,
Fortunam'ue putes ſtabili pede figere greſſus.
Aſpice de quanto Byzantia culmine regna
Diruta conciderint: ut Barbarus omnia uaſtet,
Corporibus peſtemq́ ferens animisq́ piorum.
Non iucunda quidem præbet ſpectacula codex,
Tot mala commemorans, tot & impia facta recenſens.
Aſt exempla iuuant: ſimiles auertere clades
Exemplis monito licitum tibi: ſupplice uoce
Pacem orato Dei: polluta crimina uitæ
Prouidus emenda, quò tutum degere tempus
In terris liceat, pateatq́ ut ad aſtra receptus.
Sic tibi cum fructu non irrita ſcripta legentur:
Sic operæ precium facies, nec inanis abibis,
Sed prudensq́ piusq́ ſimul moderabere uitam.
Auctior haud tenui gaza: quam FVGGARVS *heros*
Sumptibus haud paruis ANTONIVS, *orbe petitam*
Barbarico, ſtudijs melioribus obtulit, atq́
Eſſe ſui uoluit monimentum poſteritati
In terris. Namq́ ipſe ſenex templa alta petiuit
Aetheris: exemplum patris at generoſa propago
Marcus, Ioannes, Hieronymus atq́ Iacobus
Perſequitur: ſimilisq́ petens faſtigia laudis,
Pieridum cultrix, fatis plaudentibus, auctum
Ornat opus, totumq́ iubet uolitare per orbem.
Cur uerò Dorſchuuame tuæ præconia uitæ
Dißimulem? Tu propitio generatus utroq́
Mercurio, quem κερδῷον λόγιόν τε *Pelaſgi*
Appellant, poſt ampla negocia ritè peracta
Non ſecus ac uaſti pelagi, timidusq́ procellæ
Portum nauta ſubit, ſic te quoq́ Muſica feſſum
Antra tenent. Tu Pieridum colis ocia lætus:
Omnia tu ueterum uoluens monimenta Sophorum,
Mentis opes cumulas. Ea nec te cura quietum

Eſſe

Digitized by Google

Eſſe ſinit: libris quos Pannonis ora miniſtras
Defunctus, petis Euxini uagus æquora ponti,
Per tot barbaricos populos. Amaſea Strabonis
Patria te uidit: Byzantia deinde reuerſus
Mœnia perluſtras. ubi Cantacuzius heros
Quæſita te merce beat, librisq́ potitum
Ignotis prius, ad palatia celſa Viennæ
Dimittit reducem. Tua per Dorſchuuame pericla,
Omnia poſt primi quæ tempora Conſtantini
Geſſerunt Orientis opes, contraq́ tulerunt
Protinus ad diui prope tempora Maximiani,
Seclorum longam ſeriem, coniuncta tenemus.
Hu te pro meritis, quibus hæc ſunt munera cordi,
Laudibus extollent, & erit tua fama perennis:
Si fuerint Lyciæ non irrita uota Camœnæ.
Officij memor illa tui, tibi fauſta precatur,
Staminaq́ & placidæ felicia fila ſenectæ,
Teq́ diu uideant Neoſolia caſtra beatum.

FINIS.

Digitized by Google

AD D. LVDOVICVM CARINVM KIEL Lucernanum,uirum doctiſsimum,& humaniſsimum ſenem.

TE quoque cur, uenerande ſenex LVDOVICE, tacerem?
Patria nobilitas gemina quem naue ſuperbum
Extulit, Heluetias Genua hæc tranſuecta per Alpes
Vnde tibi longæ cognomina clara carinæ:
Quam norunt Italæ gentes & Gallica regna
(Proh dolor,horrendo miſerè iam quaſſa tumultu)
Martia quam nouit Germania: docta uirorum
Ora tuas laudes reſonant, quacunq; Camœnas
Europæ populi norunt & Apollinis artes:
Qui tibi Pæonias monſtrauit prouidus herbas:
Qui te perdocuit diuina oracula uatum:
Qui tibi quod Latium, quod Græcia docta reliquit
Scriptorum pernoſſe dedit, dulciq; beauit
Eloquio. Morum ſed maior gloria laudes
Exuperans iſtas, te dici iure Charinum
A' Charitum plaudente choro iubet. unde benigna
Mente foues, Muſis quos charos noueris eſſe.
Muſarum Charitumq; chorus nam ſemper iiſdem
Montibus obuerſans, fraterno floret amore:
Quemq; fouent Muſæ, Charites comitantur eundem:
Quemq; fouent Charites, fouet hunc quoq; flauus Apollo:
Sic tria concordi iunguntur numina nexu:
Numina chara tibi, totum tibi culta per æuum.
Quo pro ſeruitio, pro cultu, magna dederunt
Dona tibi. Superis æquè mortalibus, æquè
Acceptum fecere, & nomina clara dederunt.
Hinc tibi prælustres Fortuna adiunxit alumnos
FVGGERAM ſobolem: chari quæ more parentis
Te colit, & redamat tam fido læta magiſtro.
Tu quoq; tam claris exultas lętus alumnis.
Quid te, quid LIMPVRGE loquar? qui præſul opimæ
Alſatiæ pia ſceptra tenens, non plura galero
Gemmato debere putas? Maiora Charino
Te debere putas, cuius prudentia magnum
Ingenium moderata bonas formauit ad artes.
Quid loquar innumeros, tibi qui debere fatentur,
Vel quòd doctrina, meritis'uè quòd auxeris illos?
Vuolfius hos inter quoq; grato pectore nomen
Sponte ſuum defert. Per te ſolatia fortis
Prima ſuæ uidit ſpe candidiore foueri.
Inde tuis patrocinijs euectus in urbem
Auguſtam, heroas FVGGEROS nouit amicos,

Funda-

Digitized by Google

Fundamenta ſui qua iecit prima peculij:
Et patrias reparauit opes, quas ægra iuuenta
Caſibus afflictas uarijs exhauſerat omnes.
Quas tibi, quas referam grates? Quo munere teſter
Pectoris officium? Nec tu mortalia curas
Præmia, ſolius meditans faſtigia cœli,
Terrarum ſatur, & uitæ melioris amator:
Vis ea nec nobis. Quare ne deſpice Muſa
Conatus tenuis: gratam teſtantia mentem
Carmina quæ dedimus, placida precor accipe fronte.
Et mola ſalſa litat: nigri quoq; paucula thuris
Grana placent ſuperis, ſi maior copia deſit:
Mens pia ne deſit modò, quam Deus aſpicit unam.

AD IOAN. OPORINVM.

Si quis in Oceanum ferat undas, ignibus Aetnam
Augeat, illuſtri iungat noua ſidera cælo,
Arentes Libyæ ſi multiplicarit arenas:
Quis non tam ſtolidi conatus rideat auſum?
Si quis Oporini meditetur dicere laudes,
Illius & nomen, toto quod claret in orbe,
Diffunditq; ſuos radios ut Olympia lampas,
Illuſtrare uelit: quo dici nomine debet?
Scilicet Irus egens tenui ſtipe Perſidis aurum
Augeat? & ſilicem gemmas uelit inter haberi?
Sic mea Oporino quid præſtent carmina? quid'ue
Laudibus illius accedat, ſi docta Maronis
Ora uirum celebrent? Non hæc ſententia nobis:
Non ita mens eſt læua mihi: neq; ſcilicet Arcas
Tam malè propitius, tanta nos obruit ira.
Eſt aliud mihi conſilium, quod quiſq; probabit,
Gratia trina nouem quem iuncta ſororibus ornat.
Ille mihi primùm, conato paucula, princeps
Dux autorq; fuit maiora capeſſere facta.
Fecit ut Iſocratem totum transferre liberet.
Aeſchinis & Demoſthenis omnia ſcripta coegit
Vertere cunctantem, conuicia uana timentem:
Qualia Strazelius tumido deblaterat ore,
Et pleriq; ſonant, qui pulpita celſa tenentes,
Laudibus alterius ſe perdere nomina credunt:
Seq; putant doctos, ſi plus uidiſſe putentur,
Ignauum pecus, & mordax, plenumq; uenenis,
Ambitioſa uirûm queis pectora feruere cernas.
Acceſſere animi: tantis hortatibus auctæ
Ingenij uires, ingens ſubiere theatrum,
Quod naſuta regit doctorum natio: quamuis
Candori locus eſt hos inter, & arbiter æquus
Sæpe probat quæ Zoilus atro dente laceſſit.

H. VVOLFII CARMEN.

Sed quis Oporino certet candore? Quis illo
Promptior, ut Muſis ſint omnia plena, laborat?
Aurea Pactoli cur non tibi flumina fundunt
Diui:ias? Cur te non fuluis ditat arenis
Aut Tagus, aut Hermus? Cur te non India diues
Aere leuans triſti, meliori recreat auro?
Scilicet ut duris uirtus exercita rebus,
Splendeſcat magis: ut conſtantia pectoris inter
Aerumnas alto ſit conſpicienda trophaeo:
Ingenij uis ut reparet, quod Sortis iniquae
Fraude perit, quod & Harpyiae rapuiſtis acerbae.
Sed quantum rapit aduerſans Fortuna, refundit
Aſſiduus labor: & felix induſtria mentis,
Fortunà potior, fuluo precioſior auro.
Sed quid ago ambages? Quid quae ſunt nota reuoluens,
Non potius, per te quòd Vuolfius inter habetur
Scriptores, refero? (Locus eſt mediocribus inter
Praecipuos) Tua quòd bonitas mihi contulit iſtud,
Ornauitq́ typis melioribus: atq́ ſubinde
Quod mea Muſa parit, tanto dignatur honore:
Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit,
Semper honos nomenq́ tuum laudesq́ manebunt.
Haec plaudente mihi uideor rapuiſſe Marone
Carmina, ne noſtris roſa uepribus unica deſit.

FINIS.

Digitized by Google



ΘΕΟΔΩΡΟΣ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩι ΤΩι ΘΕΩι ΠΙΣΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ,
ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙΩΝ Ο ΛΑΣΚΑΡΙΣ.

NOTA: *Hæc imago eſt non primi Laſcaris, ſed eius nepotis è filia, quem in matrimonio habuit Ioannes Ducas, alter Nicænus poſt ſocerum imperator.*

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

Digitized by Google



ΜΙΧΑΗΛ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩι ΤΩι ΘΕΩι ΠΙΣΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ, ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙΩΝ, ΔΟΥΚΑΣ ΑΓΓΕΛΟΣ ΚΟΜΝΗΝΟΣ Ο ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΣ.

Frons erat plenior, & tota facies minus torua. Naſus minus latus, & magis aduncus. Barba rufa & plana.

Digitized by Google



ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΘΕΩ ΠΙΣΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ
ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙΩΝ Ο ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΣ.

NOTA: *Senioris Andronici F. Michaelis primi eſſe hanc imaginem, non iunioris quo mortuo, Cantacu[illegible] eius pupillum ad tempus imperio ſpolianie.*

Vna tantum aquila eſt huic appicta. fortaſſe, quòd Aſia imperium totum amiſit ipſa Conſtantinopoli [illegible] quam tandem nepos Andronicus ei eripuit, & miſerum [illegible] nem monachum fieri coegit.

BIBLIOTEC NAZ.
EMANUELE

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ, ῬΩΜΑΙΚΗΣ ἱστορίας βιβλίον πρῶτον.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΒΙΒΛΙΟΥ α.

Προοίμιον, ἐν ᾧ καὶ δημηγορία τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου.

Ἀρχὴ τῆς ἱστορίας, διαλαμβάνουσα τὰ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Κωνσταντίνου πόλεως.

Βασιλεία Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι τοῦ πρώτου.

Περὶ τοῦ Ἀσὰν Ἰωάννου, τοῦ τῶν Βουλγάρων ἄρχοντος.

Περὶ Ἀλεξίου τοῦ βασιλέως, τοῦ ἐκπεσόντος τῆς βασιλείας.

Περὶ τοῦ πολέμου τοῦ βασιλέως Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι, μετὰ τοῦ Ἀσάν.

ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

ΤΟΙΣ τῶν πάλαι καὶ μέχρις ἡμῶν γενομένων σοφῶν βίους διὰ τῆς ἱστορίας ἀθανατίζουσι, πλείστοις πολλάκις αὐτὸς ἐντυγχάνων, καὶ θείαις τισὶ προτροπαῖς ἀκούων ὁμολογούντων τὴν τοιαύτην κεκινῆσθαι ἐγχείρησιν, μέχρι μὲν τινὸς ἄκαιρόν τινα φιλοτιμίαν τῶν ἀνδρῶν κατεγίγνωσκον, κόμπον μετὰ τὰ λεγόμενα εἶναι οἰόμενος. ἔπειτα δ' ἔδοξαν εἶναί μοι οἱ ἄνδρες ἐπόπται μὲν αὐτῆς ἀληθείας σαφεῖς, Θεοῦ δὲ τῷ ὄντι τὸ ἔργον, καθάπερ ὀργάνῳ χρωμένου τῇ τούτων χειρί, μικρὰ ἢ μηδὲν ἀποδέον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, τῶν μεγίστων καὶ πρώτων αὐτοῦ ποιημάτων· πρός γε τὸ τὴν ἀπόρρητον δόξαν ἀναγγέλλειν, ὡς ἐφικτὸν τοῦ Θεοῦ. τὰ μὲν γὰρ καθάπερ σιγῶντες κήρυκες τῆς θείας μεγαλουργίας, τὸν ἅπαντα διαγίγνονται χρόνον, αἴσθησιν προκαλούμενα μάρτυρα μόνην. ἡ δ' ἱστορία, ζῶσά τε καὶ λαλοῦσα φωνή, καὶ ἔμψυχος καὶ διαπρύσιος κήρυξ αὕτη, διαπερᾷ τὸν αἰῶνα, καθάπερ ἐν πίνακι παγκοσμίῳ δεικνύουσα τὰ προγεγονότα τοῖς ἐπιγιγνομένοις ἀεί, ὅσα τέ ποτε ἐν ἀλλήλοις καὶ δι' ἀλλήλων οἱ ἐξ αἰῶνος ἐπεπράχεισαν ἐν τῷ βίῳ, καὶ ὅσα ποτὲ πεφιλοσοφήκασι περὶ τῆς τῶν ὄντων φύσεως οἱ σοφοί, καὶ τίνα κατειλήφασι τούτοις, καὶ τίνα μή. καὶ τίσι ποτὲ δυσχερείαις ἄλλοτε ἄλλοι συνεσχηκότες, τινῶν ποτε τῶν ἐκ Θεοῦ καλῶν κἀγαθῶν τὸν κόρον ἀπελελαύκεσαν, καὶ πόσαις ποτὲ ταῖς ἀπροσδοκήτοις ἐκεῖθεν εὐεργεσίαις ἐνέτυχον. δοκεῖ δέ μοι καὶ τὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς δόξαν ἐνδοξοτέραν διὰ τῆς ἱστορίας καθίστασθαι, καὶ ἵν' εἴπω, λαμπροτέραν πολλῷ τὴν λαμπρότητα. τοῦ γὰρ ἂν ᾔδεσαν ἄνθρωποι, τῆς ἱστορίας οὐκ οὔσης, ὡς ὁ μὲν οὐρανὸς τὴν αὐτὴν ταύτην ἀρχῆθεν ἀεὶ καὶ ἀκίνητον κινούμενος κίνησιν, ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ πάντας ἀστέρας διηνεκῶς ἐξελίττει, πρὸς ποικιλίαν ὁμοίως εὔτακτόν τε καὶ εὔρυθμον, καὶ ὁμοίως τὴν τοῦ Θεοῦ διηγεῖται δόξαν ἐφ' ἡμέρᾳ τε καὶ νυκτὶ δι' αἰῶνος· ἡ δὲ γῆ

NICEPHORI GREGORAE HISTORIAE ROmanæ Liber primus.

CAPITA PRIMI LIBRI.

Proœmium, quo & concio Imperatoris Andronici Palæologi continetur.

Initiũ hiſtoriæ, qua res ab Vrbe capta exponuntur.

Imperium Theodori Laſcaris primi.

De Ioanne Aſane, Bulgarorum principe.

De Alexio Imperatore, poſt amiſſum imperium.

De bello ab Imperatore Theodoro Laſcari cum Aſane geſto.

LIBER I.

Hiſtoriæ cõmendatio.

CVM pleroſq; ueterum hiſtoricorũ, qui ad noſtrã uſq; ętatem fuerunt, ſe ad res geſtas monimẽtis literarum ĩmortalitati mandandas, diuinitùs impulſos eſſe profiteri, è crebra illorũ lectione cognouiſſem: aliquandiu uerba illa ex ambitione atq; ab inani oſtentatione profecta eſſe iudicaui. Pòſt uerò, acuti ueritatis inſpectores uiri illi, res ipſa uerò Dei opus eſſe mihi uiſa eſt, manu illorum inſtrumenti uice utentis, quæ parum, ac nihil potius (ut paucis dicam) à cœlo & terra, maximis & primis eius operibus, differret: quod quidem ad arcanã eius gloriæ prędicationẽ, quatenus eam aſſequi licet, pertineret. Nam illa quidem, tanquam taciti præcones diuini opificij amplitudinis, ſenſuum duntaxat elicere teſtimonia non deſiſtunt. Hiſtoriæ uerò uiua & clara uox, & uerè animatum ac uocale præconium, ad omnem pertinet poſteritatem, quo uelut in uniuerſitatis tabula quadam, tum res ab omni æuo geſtæ, tum naturæ rerum explicatio, quatenus eæ perceptæ ignoratę ue ſint: tum quibus aliàs alij uel difficultatibus implicati, uel proſperrimis ſucceſsibus diuinitùs ornati, ac præter omnem expectationem adiuti fuerint, poſteris inſpiciendæ proponunt. Ac (ut mea quidẽ fert opinio) cœlorũ & terrę gloria hoc ſcripti genere illuſtrat, & magis explendeſcit. Nam, ſublata hiſtoria, unde ſcirẽt mortales, cœlum primo illo & immutabili motu agitatum, ſolem & lunã cæteraſq; ſtellas cõtinenter proferre cõſtanti & apta uarietate, Deiq; gloriã noctes dieſq; perpetuò enarrare: terrã uerò

Hiſtoriã cũ cœlo & terra cõparat.

Digitized by Google

immutabilem illam mutationem, qua ab initio prædita fuit, conſtanter retinere, ac eundem ortum atq; interitum poſteris omnibus denunciare? Quamobrem ſi non maiori, pari certè admiratione cuiuſuis cordati hominis digna eſt. Nam qua parte huius mundi opificium ueluti mancum erat, quod è cœli machina affirmare ac perſuadere nemo poſſit, olim ęquè genera hominū extitiſſe, quótque illa fuiſſent, & quā diu duraſſent, & quid in uita egiſſent, quæq; beneficia tum à Deo, tum à cœlo, tū à terra, alijs atq; alijs tēporib. atq; ætatib. accepiſſent, hiſtoria nō id modò præſtat: ſed etiam lectores ſuos alio quodam modo uates reddit, quę futura ſint, ex ijs quę præterierunt conijcientes. Iam, ut is qui in exigua & definita terræ parte habitat, orbis terrarum fines & extremitates, & peculiares gentium & locorum naturas, annorúmque & temporum diſcrimina, quæ diuerſis terræ partibus exiſtunt, aliaq; bona infinita norit: quis largitur hominibus, niſi una hiſtorię explicatio? His igitur de cauſis hoc genus eruditos nec magnopere diligo, nec magnifacio, qui Comicis & Tragicis fabulis & laudationum blandimentis linguas acuerunt: ſed eos potius, qui aut naturam rerum pro uirili ſua indagarunt: aut hiſtorias diſperſas, & aliorum dicta factaq; ad animi fortitudinem ac prudentiam ſpectantia, ſuo labore collecta, ad maximam poſteritatis utilitatem ediderunt. Quorum admiratio & ęmulatio nos ad imitationem impulit, huiuſq; conatus mihi cauſa fuit. Quum autem id ſit hiſtoriæ ueritas, quod animantibus oculus: hanc nós tanquam ducem in hoc Opere ſequi cumprimis decet, duabus de cauſis. tum, ne ea res, quam ueluti regulā & amuſsim poſteris proponere ſtatuimus, diſtorta et pernicioſo morbo afflicta uideatur: tum, ne anſam ijs præbeamus, qui ex paucis totum ſcriptum noſtrum cauillari, & pro nugatorio traducere cupiunt. id quod noſtra ætate claris quibuſdam uiris uſuuenit, qui quum in maxima rerum ignoratione uitam exegiſſent, atque ita ad hiſtoriam ſcribendā temerè acceſsiſſent, multis eam mendacijs ex inſcitia contaminarunt, & omni utilitate ſpoliarunt: cauſamq; probabilem tam prudentiſsimo Imperatori Andronico Palæologo, eius ſingulatim & acriter coarguendæ (idq; ijs hominibus adhuc uiuentibus ac præſentibus, quos illi plurimis mendacijs infamarāt) quàm nobis concionis cuiuſdam, quam ille me audiente habuit, inſerēdæ, quod ad inſtitutum noſtrum accommodata eſſe uideretur.

Futura è præteritis diuinātur. Hiſtoria orbem terrarum & omnia ſecula peragrat.

Naturæ rerum & hiſtoriæ præcipua in doctrina laus.

Veri ſtudiū profitetur.

Hiſtorici rerū ignari

Imperatoris Andronici Concio.

Hiſtoricorum inſectatio.

SÆpe (inquit) mecum ipſe miratus ſum, qui fieret, cum pleriſq; mortaliū quietam & tranquillam prorſus agere uitam liceret, ac plu-

τὴν ἄτρεπτον ταύτην ὁμοίως ἀρχῆθεν ἀεὶ τρεπομένην τροπὴν, τὴν αὐτὴν τοῖς ἀεὶ ἐπιγιγνομένοις ἀνθρώποις γένεσιν καὶ φθορὰν διὰ αἰῶνος προδείκνυσιν; ὥστ' εἰ μή τι πλέον, ἀλλ' οὖν οὐδ' ἧττον ἂν καὶ ταύτην θαυμάσειε πᾶς τις, ὅτῳ διάνοια πρόσεστιν ὑγιαίνουσα. ᾗ γὰρ ἂν ἐλλιπὲς ἐδόκει τὸ δημιούργημα, μή τινος ἰχνηλατεῖν δυναμένου καὶ πείθειν, ὡς καὶ ἄλλαι τινὲς γενεαὶ πρὶν ὑπῆρξαν ὁμοίως ἀνθρώπων, καὶ πόσαι τινὲς ὑπῆρξαν, καὶ μέχρι πόσου, καὶ τί ποτε ἄρα πεπράχασιν ἐν τῷ βίῳ, καὶ οἷς τισιν ἄρα τοῖς ἐκ θεοῦ τε καὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς ἀγαθοῖς κατὰ διαφόρους γενεάς τε καὶ χρόνους ἐνέτυχον. ἀλλὰ νῦν γε πρὸς τούτοις, καὶ προφήτας ἕτερον τρόπον τοὺς μετιόντας ποιεῖ, ἐκ τῶν φθασάντων στοχαζομένους τὰ μέλλοντα. τό γε μὴν βραχεῖ τινι τόπῳ καὶ ὡρισμένῳ τῆς οἰκουμένης οἰκοῦντά τινα, τὰ πέρατα γιγνώσκειν γῆς, καὶ ἄκρα οἰκουμένης, μήκη τε καὶ πλάτη θαλαττῶν, καὶ ὅσοι ποταμοὶ καὶ λίμναι εἰσί, καὶ ἰδιοτροπίας ἐθνῶν καὶ τόπων, καὶ διαφορὰς ὡρῶν τε δὴ καὶ χρόνων τῶν ἐν διαφόροις γινομένων μορίοις τῆς γῆς, καὶ ὅσα ἕτερα τῶν ἀγαθῶν μυρία, τίς χαρίζεται τοῖς ἀνθρώποις, ἢ μόνη γε ἡ τῆς ἱστορίας ἐξάπλωσις; διά τοι τοῦτο καὶ οὐ τούτους μᾶλλον ἠγάπησα τῶν σοφῶν, οὐδὲ τούτους ἐζήλωκα, οἱ κωμικοῖς τισι δράμασι καὶ σκηναῖς τραγικαῖς καὶ θωπείαις ἐγκωμιαστικαῖς τὴν ἑαυτῶν κατηνάλωσαν γλῶσσαν, ἀλλ' ὅσοι τῶν ὄντων τὴν φύσιν, καθόσον σφίσιν ἐξῆν, ἀκριβώσαντες, καὶ ὅσοι τὰς ἱστορίας ἐκ τῶν καθέκαστα, καὶ ἄλλοτ' ἄλλοις εἰρημένων τε καὶ πεπραγμένων εἰς τε ἀνδρίαν ψυχῆς βλεπόντων καὶ σύνεσιν, πόνοις ἰδίοις ξυνειλοχότες, εἰς μεγίστην ὠφέλειαν τοῖς ἑξῆς ἐκδεδώκασι. καὶ μέντοι καὶ οὗτος ὁ πρὸς ἐκείνους πόθος καὶ ζῆλος κἀμὲ τὰ ἀκόλουθα πράττειν παρέπεισε, καὶ οὗτος αἴτιος ἐμοὶ τοῦ τοιοῦδε γέγονεν ἐγχειρήματος. ἐπεὶ δ', ὅπερ ὀφθαλμὸς τοῖς ζῴοις, τοῦτο τῇ ἱστορίᾳ ἀλήθεια, προηγουμένην ἔχειν ταύτην ἐνταῦθα χρεὼν καὶ ἡμᾶς πρὸ παντὸς, δυοῖν ἕνεκα· ἑνὸς μὲν, ἵνα μὴ, ὅπερ ὡς κανόνα καὶ στάθμην τοῖς ἐσομένοις προὐθέμεθα προτιθέναι, τοῦτον στρεβλὸν καὶ νοσοῦντα ἐς τὰ καίρια δείξωμεν. ἑτέρου δὲ, καὶ ἵνα μὴ πρόφασιν δῶμεν τοῖς διασύρειν ἐξ ὀλίγων τὴν ὅλην πραγματείαν ἡμῶν βουλομένοις, καὶ ἐξελέγχειν ὡς οὐδὲν ὑγιὲς κεκτημένην. ὁποῖόν δή τι καὶ τῶν ἐφ' ἡμῶν τινες ἐλλογίμων ἐπεπόνθεισαν. ἀπειρίᾳ γὰρ πραγμάτων πλείστῃ συνεζηκότες οἱ ἄνδρες, ἔπειτα οὕτως εἰς τὸ συγγράφειν ἐμβεβληκότες, ἔλαθον πολλοῖς τισι καταχρησάμενοι ψεύδεσι, καὶ οὕτως ἐς τὸ ἀχρεῖον τὴν αὐτῶν παρασύραντες ἱστορίαν, ὡς καὶ πρόφασιν εὔλογον δεδωκέναι τῷ πολλῷ τὴν σύνεσιν βασιλεῖ Ἀνδρονίκῳ τῷ Παλαιολόγῳ, σὺν οὐδενὶ κόσμῳ διασύρειν καὶ ἐξελέγχειν ταύτην ἐκ τῶν καθέκαστα· καὶ ταῦτα, ἤδη τούτων τῶν ἀνδρῶν ἔτι παρόντων, ὧν δήπου ἐκεῖνοι τὰ πλεῖστα κατεψεύσαντο. καὶ ἵνα μιᾷ τῶν τοῦ βασιλέως δημηγοριῶν ἣν ἐπ' ἐμοῦ διεξῆλθεν, ἐν καιρῷ χρήσωμαι. φανείη γὰρ ἂν καὶ ἡμῖν εἰς τὴν παροῦσαν ἐγχείρησιν χρήσιμος.

Δημηγορία τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου.

ΠΟλλάκις φησὶν ἐθαύμασα κατ' ἐμαυτὸν γενόμενος, πῶς τῶν ἀνθρώπων τοῖς πλείστοις ἐξὸν ἀστασίαστον καὶ ἠρεμαῖον μετὸν διαβόσκειν τὸν βίον,

καὶ πλεῖ-

καὶ πλείστους μὲν ἔχειν οἳ θαυμάσονται, μηδένας δὲ οἳ τὸν τρόπον τούτων μισήσουσιν· οἱ δὲ πρόθυμοι πρὸς τὸ λοιδορεῖν πάντα τινὰ ἀπαντῶσι, καὶ γλῶτταν ἑκόντες ἀσκοῦσι πονηρὰν καὶ ἀπαίδευτον καὶ ὑβρίζουσαν. καὶ ταῦτα μηδεμιᾶς πολλάκις προκειμένης προφάσεως, ἢ προβαλλομένης τι τῶν δικαίων, ἴσως ὑπεκκαύματ' εἶναι πρὸς τοιαύτας ἀναφλεγομένας ὁρμάς. καὶ τούτων μᾶλλον ἐθαύμασα, τῶν ὁπόσοι ψευδεῖς κατὰ βασιλέων ὁμοῦ καὶ πατριαρχῶν βλασφημίας συρράπτειν καὶ ἀναισχύντως προφέρειν τολμῶσι· καὶ πάντων ἐθαύμασα μάλιστα, τῶν ὅσοι γραφῇ παρατίθεσθαι τὰς οὕτω ψευδεῖς βλασφημίας αὐτῶν οὐκ ὀκνοῦσι. τὰς γὰρ ἐκ μόνης τῆς γλώττης προϊούσας λοιδορίας, αὖραι λαβοῦσαι, ἐς αἰθέρα ἀνόστους διασκεδάζουσιν. αἱ δὲ γραφαῖς καὶ βίβλοις ἐντυπούμεναι, μονιμώτερον καὶ τυραννικώτερον κατὰ τῶν ὑβριζομένων τὸ κράτος ἐσχήκασι, τὴν ἡγεμονίαν τῆς γραφῆς λαμβανούσης, καὶ διὰ μακροῦ πομπευούσης τοῦ χρόνου. οὐκ οἶδα δὲ ὁπότερον, οὐδ' ἔχω ῥᾳδίως διαγινώσκειν οὗ χάριν ταῦτα ἐπείγονται δρᾶν, καὶ τίνος ἕνεκα κέρδους ἐς τοιούτους κρημνοὺς ἑαυτοὺς συνωθοῦσιν. εἴτε γὰρ ἰδιότητά τινα κακίας ἀποπιμπλάντες ἑαυτῶν, ὧδε τὰς οὕτω ψευδεῖς βλασφημίας χωροῦσι, κακῶς τῷ ὄντι δρῶσι καὶ λίαν αἰσχρῶς, κατὰ τῆς ἑαυτῶν, ὡς εἰπεῖν, κεφαλῆς. στήλην τε γὰρ τῆς σφῶν κακίας τῷ χρόνῳ παρέχουσιν, ὅτι ἐξὸν ἐκ τοῦ λέγειν εὔφημα, καὶ πρεσβεύειν ἀλήθειαν, γνωρίζεσθαι τοῖς ἀκούουσιν· οἱ δ' ἐκ τοῦ πλείους ἁμάξαις ὕβρεων τοὺς μηδὲν ἀδικήσαντας, δημοσιεύειν εἵλοντο ἑαυτούς, παραπλησίως ὥσπερ ἂν εἴ τις, ἐξὸν ἠπειρώτης ὄντα, καὶ βίον ἀδεέστερον καὶ ἀκίνδυνον ζῆν, ὃ δ' ἐς Ἀτλαντικοῦ πελάγους χειμῶνας καὶ κλύδωνας φέρων ἐμβέβληκεν ἑαυτόν. τὸ δὲ καὶ κακῶν ἀρχέτυπα τοῖς ἐφεξῆς εἰς μίμησιν προτιθέναι τὰ γράμματα, καὶ εἰκῇ καθιστᾶν ἑαυτοὺς αἰτίους τῆς ἐκείνων ἀπωλείας, τοῦτο δὲ ποίων κρημνῶν οὐκ ἐπάξιον, διπλᾶ καὶ τριπλᾶ προτεῖνον τὰ ἐγκλήματα; ἃ γὰρ ὡς ἀήθη ταῖς πολιτείαις καὶ νόθα ἐλαύνειν ὡς πορρωτάτω καὶ ἀποτρέπεσθαι ἔμελλον, δεδιότες οἷς τὰ τοιαῦτα πρόχειρον λοιδορεῖν, καὶ τῶν πόλεων ἐξωθεῖν, ὡς πρὶν τῶν δικαστικῶν Ἀθηναῖοι πινάκων τοὺς ὅσοι παρέγγραπτοι καὶ τῆς σφῶν πολιτείας ἀνάξιοι· ταῦτα ἀσμένως ἤδη δέξαιντ' ἂν πράττειν αὐτοί, ὡς καὶ ἄλλοις ἤδη πεπραγμένα καὶ δεδογμένα, καὶ τῶν ὅρων ὄντα τῆς συνηθείας ἐντός. φιλοῦσι γὰρ ὡς τὰ πολλὰ τῶν ἀνθρώπων οἱ τοῖς οἱοισδήποτοῦν ἀτοπήμασιν ἁλισκόμενοι, ἐς ἀρχαιοτέρας εἰκόνας ἀνάγειν τὴν μίμησιν, ἵν' ἐκεῖθεν ὡς ἐξ ὁρμητηρίου κατατρέχωσιν, οἵτινές ποτ' ἄρ' εἶεν οἱ πρὸς ἐλέγχους ἀποδυόμενοι. εἴτ' οὖν διὰ τοῦτο λοιδοροῦσι καὶ ψεύδονται, οὑτωσί πως ἑκατέρωθεν ἁμαρτάνουσιν· εἴτ' αὖ διαμονῆς ἕνεκα τῆς αὐτῶν συγγραφῆς, καὶ οὕτω πόρρω θέουσι τοῦ σκοποῦ, τὰς κρηπῖδας τῶν αἰτιῶν οὐ πάνυ τοι σφόδρα ὑποτιθέμενοι ἀσφαλεῖς. αὐτοὶ μὲν γὰρ ἴσως εἰδότες τὰς τῶν πολλῶν ἀκοάς, ταῖς τῶν ἄλλων ὕβρεσι μᾶλλον χαιρούσας ἢ τοῖς ἐπαίνοις, καὶ ὡς πολλῷ γε ἥδιον οἱ πολλοὶ τὰς ὡντινωνοῦν διεξέλθοιεν ὕβρεις ἢ τἀγαθά, κἂν τὰς μὲν ψεύδη μακρὰ καπηλεύωσι, τὰ δὲ φῶς ἀληθείας ἔχῃ προπορευόμενον, οὕτω τὴν ἱστορίαν αὐτῶν διατίθενται, ἵν' ἐς μακροὺς διαθεῖν τοὺς χρόνους χαίροντες διεξίοιεν αὐτὴν οἱ τῶν αἰώνων κατὰ διαδοχὴν ἀμείβοντες ἄνθρωποι. καὶ οὔτε δίκης ἐπόπτην πρὸ ὀμμάτων διανοίας λαμβάνουσιν, οὔτ' αἰδῶ τῶν καλῶς καὶ δικαίως κρίνειν εἰδότων ἀνδρῶν.

ac plurimos habere quibus admirationi eſſent, nullos uerò penitus inimicos: ut ipſi ad quoſuis proſcindendos propēſi, linguas improbas, futiles & contumelioſas ultrò exacuerent: idq; nulla ſæpe occaſione data, quę ad huiuſmodi maledicentiā iurè illos incenderet. Illos uerò magis etiam ſum miratus, qui Imperatores ſimul & Patriarchas falſis maledictis inceſſere, ac impudenter proſcindere audent. Sed hi admiratione omnium maxima me affecerunt, qui tam falſa maledicta ſua mandare literis nō dubitarunt. Nam conuicia quæ lingua proferuntur, ſtatim aura diſsipat. Quæ uerò ſcribuntur, & libris imprimuntur, diutius & grauius eos quos lęſere iniuria, premunt: autoritate à ſcriptura petita, & longo tempore ſe iactante. Ignoro autem utrum, nec ſcio qua gratia hæc facere ſtudeant, aut cuius lucri ſpe in talia præcipitia incurrant. Nam ſiue ut ſingularem ſuam improbitatem expleāt, adeò falſa maledicta congerunt, malè faciunt, ac turpiter admodum, ſuoq; (quod aiunt) capiti nocent. Nam improbitatis ſuæ monimentum produnt poſteris, quòd cum bene dicendo & celebrāda ueritate innoteſcere auditorib. licuiſſet, plauſtris conuiciorum in innocentes effundēdis ſemetipſos traducere publicè maluerunt: haud ſecus ac ſi is, cui liceret in terra cōtinente beatè ſecurèq; uiuere, in Athlantici maris tempeſtates ac fluctus ultrò ſe cōijceret. Scelerum porrò exempla ſcriptis ſuis proponere poſteris, & interitus eorum ſponte reum fieri: id uerò quæ præcipitia non meretur, cum duplicibus aut triplicibus criminib. ſeſe obſtringant? Quas enim res ut inſolitas ciuitatibus & improbatas, quàm longiſsimè exterminaturi & abominaturi erant, eorū metu quibus & inſectari & urbibus eas exigere promptū eſſet, quemadmodum olim Athenis ex albo iudicum delebant per fraudē inſcriptos & republica indignos: has iam cupidè amplectentur, ut & ab alijs antè factas ac probatas, & à conſuetudine non abhorrentes. Solent enim homines quorumuis criminum rei, ſuam imitationem ad exempla ueterum referre, ut cauſam habeant inuehendi in eos qui illa arguere inſtituerint. Siue igitur hac de cauſa ita conuiciantur & mentiūtur, multum falluntur: ſiue ob diuturnitatem ſcriptorum ſuorum, etiā ſic procul à ſcopo aberrant, infirmis rationum ſuarum iactis fundamentis. Sciunt illi quidem forſitan, uulgi aures inſectatione aliorum quàm collaudatiōe magis delectari, ac iniurias quàm rectè facta libentius legi, quamuis illas prolixa mēdacia uenditent, hæc uerò lux ueritatis antecedat: eoq; ſic hiſtorias ſuas componunt, ut ij qui multis ſeculis pôſt futuri ſunt, eas lōgiſsimo tēpore cum uoluptate legant. Nec in hoc uel iuſticiæ præſidem animis intuentur, uel æqua & recta iudicia bonorum uirorū reuerentur,

Maledicæ linguæ.

Maledici calami.

Cauſæ mendaciorū futiles.

Obtrectatores uulgo grati.

rentur. Quæ res non adeò illis obeſt quos uituperāt, quàm ipſis obtrectatoribus. quòd & homines cordati malis ſuſpicionibus aduerſus illos conceptis, quæ mille probris ſcatent, eos inter improbos perpetuò numerabunt: & Deus iuſticię præſes, linguas eorum grauioribus pœnis perſequetur. Atque etiam interdum ex ignoratione ueri, & imperitia rerum, quę á quouis audierint, priuſquā expendant, ſint ne probabilia & ueritati conſentanea, an uerò abſurda, & ab ea prorſus abhorreant, ſic illas chartis illinunt, ac memoriæ mandant, eáſque cauſas afferunt quę nullæ ſunt, & ea dicunt quæ neq; facta ſunt, neque omnino fieri poſſunt: quales eſſe Platonis ideas accepimus, & tragelaphos ex Indicis monſtris in Aſia narrari ab ijs qui figmenta figmentis cumulant, ut maiorem in animis auditorum admirationem excitent. Quapropter huiuſmodi portenta ſcriptorum noſtræ ætatis, quoad potuero, coarguam: qui nec acribus ingenijs præditi, nec in republica uerſati ſunt, unde iudicium gerendarū rerum peterent, uſu & experiētia partum: qua multas etiam ſegnes naturas uelut è ſomno tandem excitari uidemus, & urbaniores reddi, ut inter eos numerentur qui prudētia pollent, & aliorum conſuetudine linguas excoluerunt, id quod fit ciuilibus quæſtionibus pro tempore propoſitis: ſed illa immatura ętate perperàm deſcripſerunt, & in ocio atq; exercitatione literaria multis annis conſumptis, ueluti ſurdis auribus res quolibet tempore geſtas prætervecti, omnem ætatem exegerunt.

Hiſtoriæ ex rumoribus.

Ideæ, tragelaphi.

Scriptores hebetes & imperiti.

Quòd ſi rem non tam ineptè tractaſſent, minus eſſet illis ſuccenſendum. Vſqueadeò tenebris & angulis digni illi homines, nullo ingenio, nulla dexteritate, ad eloquētiæ exercitationem ſeſe contulerunt. Omnis enim ſcientiæ & artis perfectio, tanquam fundamento & baſi, ingenio innititur. Quod ſanum ſi fuerit, magnum adfert ad rem ritè conficiendam adiumentum: ueluti ferrum & ęs, quod fabro facilè cedit. Sin illud infirmum fuerit, ſcientiæ doctrinæq; fundamentū labaſcit ac corruit. Id quod bonis iſtis uiris accidit, qui ferè ſegnibus & inertibus ingenijs præditi, ſi quid ex inſtitutione doctrinæ cōſecuti ſunt, caducum tamē illud & maximis uitijs inquinatum protulerunt. Ego uerò quoſdam ueterum ſapientum dixiſſe audio, ijs qui ad ſcribendum adiecerint animū, bonos pictores eſſe imitandos: qui ſi archetypum aliquo naturæ uitio laboret, ſiue exceſſu ſiue defectu partium corporis: non id totū in pictura imaginis exprimunt, ſed alicubi quidem ad ſimilitudinem oſtendendam inſerunt: alicubi uerò pretereūt, ne uel perpetua ſit imaginis deformitas, uel naturę probrum quoddam oculis ſemper obuerſetur, ac dicacibus hominibus ioci deriſus'que materiam præbeat.

Ingeniū doctrinæ fundamentum.

Hiſtorico pictor imitandus.

At

δρῶν. ὥσπερ δὲ οὐ τοσοῦτον οὓς λοιδοροῦσι λυμαίνονται, ἢ αὐτούς γε δὴ σὺν ὑβρίζοντας, ὅπερ ἄνθρωποι σωφρονοῦντες ἀτόπους ὑπονοίας κατ' ἐκείνων ταῖς ψυχαῖς ἐμφυτεύσαντες, μυρίοις βρίθουσας ὀνείδεσιν, ἐν κακοῖς αὐτὸν ἀεὶ μεμνήσονται· θεὸς δ' ὁ τῆς δίκης πρυτάνης, δι' ἀψιλεστέραν αὐτοῖς ταμιεύσει τῆς γλώττης τὴν κόλασιν. οὐ μὴν ἀλλ' ἴσθ' ὅτι καὶ δι' ἀμαθίαν τοῦ βελτίονος καὶ ἀπειρίαν πραγμάτων ἅπερ ὁτουοῦν ἠκηκόεσαν, πρὶν βασανίσαι, εἰ τὰ μὲν τῶν εἰκότων, τὰ δ' ἥκιστα, καὶ τὰ μὲν ἐοικότα ἀληθείας οἴκοι ἐνδιαιτᾶσθαι, τὰ δ' ὑπερόριον ἀληθείας τείνουσι γλῶσσαν, οὕτω ταῦτ' ἐφαπλοῦσι ταῖς ἑαυτῶν συγγραφαῖς καὶ τῷ χρόνῳ, αἰτιώμενοί τε τὰ ἀναίτια, καὶ φάσκοντες ἃ μήτ' ἐγένετο, μήτε γενέσθαι τῶν δυνατῶν ἦν· οἷας τὰς πλάτωνος τὰς ἰδέας ἀκούομεν, καὶ ὅσοι σὺν τραγελάφους ἐκ τῶν τῆς ἰνδίας τεράτων ἐν ταῖς τῆς ἀσίας διαβιβάζουσιν ἀκοαῖς, ἐκ μὴ ὄντων αὖθις μὴ ὄντα καθιστῶντες, ἵνα μᾶλλον ἐκπλήττωσι σὺν ἀκούοντας. διὰ ταῦτα τοίνυν ἐλέγξειν ἄρχομαι τὰ τοιαῦτα, καθόσον οἷόν τε, τῶν ἐφ' ἡμῶν συγγραφέων. ἄνθρωποι οὔτε δραστήριοί τινες τὴν φύσιν, οὔτε πολιτικοῖς τισι πράγμασι συμμίξαντες, ἵνα τινὰ καὶ πρακτικὸν ὀφθαλμὸν ἐκεῖθεν ἑαυτοῖς παράσχοιεν, ἣν κρείσσων ἐμπειρία πεπορισμένην, ὑφ' ἧς ὁρῶμεν πολλοὺς καὶ τῶν πάνυ νωθροτάτην ἐλαχότων τὴν φύσιν ἀφυπνιζομένους, ὡς εἰπεῖν, καὶ ἀνεγειρομένους ὀψέ ποτε, καὶ ἐν ἀστειότητα μετημφιεσμένους, κἀκείνοις ἤδη ἐγκρινομένους οἷς βουλὴ καὶ κρείσσων αὐτῇ πραγμάτων, καὶ οἳ γλῶσσαν ἐξήσκησαν ἐκ τῆς τῶν ἄλλων συνδιαιτήσεως, τοῖς προτιθεμένοις πολιτικοῖς ζητήμασιν ἐν καιρῷ γινομένην, ἀλλὰ λόγοις, καὶ τούτοις πλημμελῶς, ἐξέτι νέου διειλεχότες, καὶ μόνῃ τῇ τούτων σχολῇ καὶ τριβῇ σὺν μακροὺς παραλλάξαντες ἡλίους, οὕτω κωφοὶ τῶν ἀεὶ γιγνομένων, τὸν ἅπαντα διεμετρήσαν βίον.

Εἰ δὲ μηδὲ τούτοις οὕτωσί πως ἐδίδουν, οὐ δεινὸν μέγα τὸ ἐκείνων ὑπῆρχεν αὐτῷ ἄλλαγμα. οὕτω σκότει καὶ γωνίᾳ μάλα προσήκοντες οἱ ἄνθρωποι, οὐκ εὐφυῶς οὐδ' εὐρύθμως ἐν τὴν τῶν λόγων ἐβάδισαν ἄσκησιν. πᾶσα γὰρ ἐπιστήμη καὶ τέχνη καθάπερ θεμελίῳ καὶ βάσει τῇ φύσει, τὴν ἑαυτῆς συντέλειαν ἐποικοδομεῖ. ἂν γοῦν ἡ φύσις ὑγιαίνουσα ᾖ, μέγα πρὸς κατόρθωσιν γίνεται τῆς ἐπιστήμης ἐφόδιον· καθάπερ καὶ σίδηρος καὶ χαλκὸς, ῥᾳδίως ὑπείκων τῷ χαλκοτύπῳ. ἂν δ' ὁ τῆς φύσεως ἀσθενῶς ἔχῃ θεμέλιος, κάκιστος ἐπίκουρος τοῖς τῆς ἐπιστήμης οἰκοδομήμασι γίνεται, καὶ ἐν ἔτι πλημμελὴς καὶ ἐπίβουλος σύμμαχος. ὡς νῦν γε καὶ οἱ χρηστοὶ οὗτοι νωθρὸν ὡς τὰ πολλὰ καὶ νοσοῦν τὸ συμφυὲς κτησάμενοι φρόνημα, εἰκότως ἄρα καὶ ὃν ἐκ τῆς τέχνης ἐποιήσαντο λόγον, σεσαλευμένον ἔφηναν ὁμοῦ καὶ νοσοῦντα τὰ καίρια. ἐγὼ δὲ καὶ τῶν πάλαι σοφῶν ἔστιν οὓς ἐπυθόμην φαμένους, ὡς τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ζωγράφων μιμεῖσθαι χρεὼν, ὁπόσοι ἂν τὸ συγγράφειν ὁρμῶσι. καὶ γὰρ κἀκεῖνοι εἴ τι που τοῖς ἀρχετύποις ἐκ φύσεως παρυπείη πλημμέλημα, εἴτ' ἐν τὸ ἔλλειπον τοῦ δέοντος, εἴτ' αὖ ἐν τὸ πλεῖον παράσυρον ἐστὶν ἃ τῶν τοῦ σώματος μορῶν, οὐχ ἅπαν ἀκριβῶς ἐναρμόσαι ταῦτα δέξασι τῇ γραφῇ τῆς εἰκόνος ἀλλὰ τὰ μὲν ἐντιθέασιν, ὅσον ἐνδείξασθαι τὴν ὁμοιότητα, τὰ δ' οὔ, ἵνα μήτε τὸ δύσμορφον καὶ αἰσχρὸν ἡ γραφὴ τῆς εἰκόνος ἔχῃ δηλωτικῶς, μήτε φύσεως ὄνειδος ἀεὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ χρόνου προφαίνηται, καὶ γίνηται τοῖς φιλοσκώμμοσι πρόφασις γέλωτος ἅμα καὶ χλεύης.

οἱ δὲ

Digitized by Google

οἱ δὲ σεμνοὶ οὗτοι, εἴτ' οὐκ εἰδότες, εἴτε μισοῦντες τὴν ἀλήθειαν, οὐ μόνον οὐδὲ μικρὰ τῶν ἀληθευόντων ἁμαρτημάτων ὑφελόμενοι, πυθμέσιν ἀφῆκαν σιγῆς, ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῶν μήτε πραχθέντων ἢ λαληθέντων ἐφήρμοσαν τῇ ἑαυτῶν συγγραφῇ. οὕτω πικροὶ καὶ ἀφειδεῖς ἀνεφάνησαν τῆς ἀληθείας ἐχθροί. ἢ πῶς οὐκ ἂν ἀτοπίας ἐλαύνοιεν τοιαῦτα φιλοτιμούμενοι γράφειν, ὧν μήτ' αὐτόπται αὐτοὶ γεγόνασιν, μήτ' αὐτήκοοι τῶν πραξάντων ἢ καὶ θεασαμένων γενέσθαι ἐσπούδασαν, ἀλλ' ὅσα μεθυούσῃ γλώσσῃ διεξίασιν οἱ τὰ χαμαιτυπεῖα πληροῦντες, καὶ ὅσαπερ ἂν γρᾴδια ληρῶσι καὶ τερατεύονται; ἀλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἀντιστρατευομένην ἐμοὶ οὐδὲ τἀμὰ συγκυκῶσαν πράγματα τὴν ἑαυτῶν γλῶσσαν οἱ ἄνθρωποι ἔστησαν, οὐδὲ κατὰ τῆς ἐμῆς ὁλοσχερῶς ἐξώπλισαν ἀληθείας, ἡ βίβλος ἐκείνων δηλώσει, σποράδας καὶ ἡμετέρους ἐπαίνους πολλαχοῦ περιφέρουσα. ὃ δὴ λαμπρὰν ἐμοὶ καὶ περιφανῆ τὴν παραίτησιν ἐπισχυνεῖται, μὴ ἂν ὑποπτεύσειν τῶν πάντων οὐδένα, πρὸς ἄμυναν λέγειν ἐμέ, καὶ ἐξορύττειν εἴ τις καρπὸς ἀληθείας, τῆς αἰτίας ἐξῃρημένης περιφανῶς, ἀφ' ἧς ἀκλινῶς βαδιοῦταί τις πρὸς τὰ τοιαῦτα, ἀλλ' εὐνοίας γε ἕνεκα τῆς τε ἀληθείας καὶ τῶν ὑβριζομένων· τῆς μὲν, ὅτι ἐξοστρακίζοιτο ζηλοῦντα· τῶν δὲ, ὅτι ἀδικοῖντο, φέρειν οὐκ ἀνεχόμενος. τὸ μὲν οὖν πάντα ἐθέλειν διεξιέναι καὶ ἀνατρέπειν καθ' ἕκαστα, σχολάζοντος ἔργον ἂν εἴη, καὶ λόγοις καθάπαξ ἐγκεκυφότος. ἄλλως τε οὐδὲ πάνθ' ὅσα γεγράφασι τοὺς ἄνδρας ψεύδεσθαι ἔφαμεν (οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῖς τὰς Νείλου πηγὰς ἰδεῖν τερατευομένοις προσρίψαιτο ἄν τις ῥᾳδίως, οὐδ' ὅσοι τοὺς ἀντίποδας καὶ ἀντοίκους, οἵτινές ποτ' ἄρ' εἰσὶν ἐκεῖνοι, τῷ λόγῳ παρεισκυκλοῦσιν) ἀλλὰ πολλῶν ὄντων καὶ διαφόρων ὁπόσα κατεψεύσαντο οἱ ἄνδρες, μετριάσαντες καὶ ὧν πολλοὶ μάρτυρες ἔτι τοῦ βίου περίεισιν ἐκλεξάμενοι, ταῦτα τῆς ἀληθείας κρινούσης φανερῶς ἡμεῖς ἐξελέγξομεν.

Ἀλλ' ὁ μὲν βασιλεὺς τὴν τῆς ἑαυτοῦ δημηγορίας ἐνταῦθά που συνελάσας κατάστασιν, πολὺς ἔπειτα ἐρρύη πρὸς τοὺς ἐλέγχους, σύμφωνα φάσκων ἐκείνοις παροῦσιν, οἳ τοῖς ἑαυτῶν διεπράξαντο σώμασιν, ἅπερ ὁ συγγραφεὺς διεφθορότα εἰρήκει, καὶ ἥκιστα τῇ ἀληθείᾳ ὁμόλογα. ἡμῖν δὲ ὁ μὲν περὶ τούτων λόγος, ἀναμείνας ἐν τῷ παρόντι, ἔσται δῆλος ἐν τοῖς ἑξῆς, ὅτε καὶ ἡμῖν τὰς αὐτὰς διεξιέναι γένοιτο ὑποθέσεις. ὁ δὲ τῆς μελετηθείσης ἱστορίας ἀρχὴν λαμβανέτω, τὰ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς βασιλευούσης τῶν πόλεων, ἣν ὑπὸ τῶν Λατίνων φεῦ ἐπεπόνθει· καὶ ἅπερ πρὸ τῶν ἡμετέρων μὲν ἐπεπράχθη χρόνων, παρείληπται δ' ἡμῖν ἐκ τῶν, οἳ πρεσβευκότες μάλιστα ἦσαν ἐφ' ἡμῶν, ἐπιτροχάδην ῥητέον ἡμῖν· τοῦτο μὲν, ὅτι τὰ πλείω καὶ ἄλλοις εἴρηται· τοῦτο δὲ, καὶ ἵνα μὴ καὶ αὐτοί γε ἁλῶμεν ἔστιν ὃ τῆς ἱστορίας ψευδόμενοι, ἀφηγήσει διεξιέναι πειρώμενοι λεπτά τε καὶ ἐξειργασμένα, ὧν μὴ αὐτόπται αὐτοὶ γεγενήμεθα.

ΑΡΧΗ ΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ, ΔΙΑλαμβάνουσα τὰ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Κωνσταντινουπόλεως.

ΤΗΣ γάρ τοι Κωνσταντινουπόλεως ὑπὸ τῶν Λατίνων ἁλούσης, συνέβη τὴν τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν, καθάπερ ὁλκάδα μεγάλην, ἀνέμοις ἀγρίοις καὶ κύμασι θαλαττίοις συνειλημμένην, κατὰ τεμάχια καὶ μόρια πλεῖστα διαιρεθῆναι, καὶ ἄλλον ἄλλοθι κατὰ μοῖραν, καὶ ὡς ἕκαστοι τύχοιεν, ταύτην διαλαχόντας κληρώσασθαι,

At præclari iſti, uel ignari, uel inimici ueritatis, tantũ abeſt ut aliquid uerorũ erratorum ſilẽtio diſsimularint, ut etiam multa quæ nec dicta nec facta fuere, literis mandarint. Adeò acerbi & petulantes ueritatis hoſtes extiterunt. In quas uerò ſalebras non inciderent, qui ea ſcribenda ſuſcipiũt, quæ nec ipſi uiderunt, nec ex ijs qui res geſſerunt aut uiderũt, audire ſtuduerũt: ſed ea portenta, quæ in proſtibulis ebria lingua, aut à deliris aniculis referuntur. Cæterùm, eos linguas ſuas non contra nos exacuiſſe, nec res noſtras permiſcuiſſe, aut cõtra ueritatem noſtram armaſſe: liber eorum oſtendet, qui multis in locis ſparſim laudes quoq; noſtras complectit̃. Quæ res claro & illuſtri teſtimonio me ab omni ſuſpicione uindicabit: ne quiſquam putet, uindictæ cauſa hæc à me ſcribi, & ſi quid ueri in ijs inſit, aboleri: cum ea cauſa abundè ſublata ſit, quæ talem opinionem confirmare queat. Sed amor & ueritatis, & eorũ qui cõtumelia afficiuntur, huc me prouexit. Nam illam ueluti relegatam eſſe indignor: & his iniuriã fieri, ferre non poſſum. Ac omnia recenſere & refutare, munus eorum fuerit, qui abũdantes ocio, in literis conſeneſcunt: præſertim, cum ea quæ illi ſcripſerunt, falſa eſſe omnia nõ dixerimus (id enim crimen ne ijs quidem facilè impingi queat, qui ſe Nili fontes ſpectaſſe gloriant: aut ijs, qui Antipodes & Antœcos, quicunque illi ſunt, ſcriptis ſuis inſerunt) ſed cum multa uariaq; ſint illorum mẽdacia, pauca, eaq; quorũ adhuc teſtes ſuperſunt, è multis ſelecta, iudice ueritate, nos euidenter confutabimus.

Occupatio, ne ex affectu ſcribere uideatur.

Nilus, Antipodes, Antœci.

Imperator igitur, cum ad hunc ſuæ cõcionis locum perueniſſet, in refutando multus fuit: ijs teſtib. productis, qui à ſcriptore corrupta & deprauata, ſuis corporibus geſſerãt. Nos uerò eam orationẽ differemus eò uſq;, dum & nobis eædem res explicandæ erunt. Inſtitutam autẽ hiſtoriam, à capta (proh dolor) à Latinis Imperatrice urbe, auſpicabimur: & ea quæ quamuis ante noſtram ætatẽ acciderint, à natu maximis tamẽ noſtra ętate uiris accepimus, breuiter exponemus: cùm quòd pleraq; ab alijs quoq; tractata ſunt: tũ, necubi nos quoque mendacij arguamur, qui ea ſubtilius & accuratius perſequi conemur, quæ ipſi corãm non uidimus.

Refutationem uanitatis differt.

Initiũ hiſtoriæ à capta urbe.

INITIUM HISTORIAE, ea complectens quæ captam Conſtantinopolim ſunt conſecuta.

CONſtãtinopoli à Latinis capta, Romanorũq; principatu, inſtar nauigij magni, à uentis & decumanis fluctibus cõprehenſi, in plurimas partes & fruſta diſcerpto, alius alibi, quocunque fors tulit, regna-

Byzantini imperij ruina.

Digitized by Google

uit: donec uix tandem Theodorus Laſcaris ad Nicæã metropolim trigeſimo ætatis ſuæ anno Imperator eſt deſignatus.

IMPERIVM THEODORI *Laſcaris.*

Reguli, qui Laſcarim deſpexerũt

& contentiones oriuntur, mutuæq́ inſidiæ & cædes ſuſcipiuntur, neque iudicijs, neque curijs, neq́ legum recitationibus eſt opus: ac ne eloquentia quidem, uerborumq́ argutiæ ac perplexæ inuentiones locum habent: ſed innata quædam iuſticia illos regit, & haud inuidenda libertas. Quibus de cauſis & Homerus eos mortalium iuſtiſsimos nominauit: appellationem uerò eorum ſcriptores ueteres nobis uariè tradiderunt. Nam Homerus Cimmerios eos uocat: Herodotus uerò, Perſicæ hiſtoriæ autor, Scythas diuerſos: Plutarchus Chæroneus, Cimbros & Teuthones: non ille quidem ſuapte autoritate, ſed tamen nominat uelut ambigens, ac ipſe ſibi diffidens. Nam propriam ſuam appellationem, ipſi utique ſua lingua norunt. Qui uerò Græcis nominibus eos appellant, aliàs aliter, ſuo quiſq́ arbitratu, illos uocant: qui torrentis inſtar in noſtras prouincias irruētes, aliàs alia loca occupant. Vt enim terrores de cœlo ſæpe hominib. à Deo incutiuntur, ut fulmina, incendia, & crebri imbres: ſæpe è terra, ut telluris hiatus & quaſſationes: ſæpe ex aere, ut typhones & nymbi: ita hi à Deo aſſeruantur Septentrionales & Hyperborei terrores, ut pro alia pœna, quãdo & quib. prouidentiæ uiſum fuerit, immittantur. Horũ aliqui patrijs ſedibus relictis, multas prouincias uaſtarũt, plurimasq́ gentes iugo ſeruitutis ſubdiderunt: non ſecus ac magni maris ſinus per decliuia effuſus, omnia ad quæ pertineret, inundaret ac proſterneret. Cæterùm cum inde nudi atq́ inermes exierint, mutata uictus ratione, mores eorũ imitantur, apud quos cõſederint. quemadmodũ è maximis orta montibus flumina, quæ in mare influunt, potabilem ſuã aquã non ſtatim in littore in ſalſuginem conuertunt: ſed in longo tractu maris, naturam ſuam retinent, donec copioſiorib. undis uicta, eam mutarint. ſic ij qui proximè ueterem Scythiam conſederunt, nomen priſtinum inuiolatum conſeruant. nam & ipſi Scythæ appellantur: & terra quæ eos alit, Scythia dicitur. Cuiuſmodi ſunt, qui cum ultra Tanais fontes, & ad ipſum Tanaim olim habitaſſent, in Europam effuſi, Mæotidis paludis latera ad occaſum ſpectantia occuparunt. Deinde multis ſeculis pòſt, alij, ut ex ampliſsima regione prima Scythia auulſi, in duas partes ſunt diuiſi: quarũ una Sarmatis Aſianis euerſis, ad Caſpiũ uſq́ mare excurrit: qui patrij nominis etiã obliti, Sarmatę, Maſſagetę, & Melanchlæni à nigro ueſtitu, atq́ Amazones uocabantur: quęq́ ſingulę ab eis domitę gẽtes nomina ſortitę fuerãt, eadem & illi aſſumpſerunt, propter illarum mores & ritus aſcitos. Alteri uerò uerſus Europam profecti, & omnem Oceani oram peruagati, Sarmatarum & Germanorum nomina ſibi uendicarunt. Denique in Galliam quoque impreſsione facta, eáque ſubacta,

Cimmerij. Scythæ. Cimbri. Teuthones.

Scythæ Septentrionalis terror.

Scythæ peregrinos mores adſciſcunt.

Aſiani Scythæ.

Europæi Scythæ.

Celtæ

Celtæ & Galatæ ſiue Galli ſunt appellati: ut Cimbros & Teuthones taceam, qui multo pòſt Alpibus ſuperatis, cum innumerabili multitudine, uxoribus & liberis etiam adductis, Italiam ingreſsi, uix illi quidem, ſed tamen cæſi ſunt à Romanis exercitibus, Caij Marij & Luctatij Catuli conſulum ductu atque auſpicijs. Quid multa? Cum in ipſam Africam ſępe penetrarint, & Herculeo freto traiecto, Hiſpanos ſubegerint. Nam quibus arma inferũt, eos plerunque uincunt, & alienis regionibus dominantur. Eorum uerò patriam Scythiam nemo unquã ab omni æuo domuit. In cauſa eſt, quòd delicatam & luxu diffluentem uitæ rationem ab initio peroſi, nec frumentum edunt, nec uinum bibunt. Quamobrem neque terram arant, neque uineã unquam coluerunt, neque alias fruges ſerunt, unde interioris orbis incolę uictitant. Quæ cũ Scythis, quippe aſſuetis, minimè grauia, ac potius iucunda ſint: hoſtibus eorũ acerbiſsima eſſent, impedimenta plura quàm arma adducentibus, & ubi caſtrametati ſunt, mercatũ omnis generis requirentib. ne quid uel ipſis uel iumentis deſit. At illi expeditę ac tenui uitæ aſſueti, facilè quouis tempore bella ſuſcipiũt, ac tridui iter ſępe uno die uolucrũ inſtar conficiunt: & alias atque alias ante famam aduentus ſui terras occupant, nihil quidem ſecum adducentes, ſed ijs rebus omnibus inſtructi, quib. uictoria facilè paretur. eæ ſunt, multitudo eorum penè innumerabilis, agilitas corporum, ac celerrimæ progreſſiones, & (quod hæc ſuperat) mortis contemptus, & ferarum more rectus in aduerſum hoſtem impetus.

Caius Marius. *L. Catulus.*

DE SCYTHARVM in Europam & Aſiam incurſione.

SEd ad hiſtorię ſeriem redeundũ eſt. Nam cum Iohannes Ducas rerum iam potiretur, maxima Scytharum multitudo ab Hyperboreis effuſa, ad Caſpiũ mare deſcendit. Interim uerò duce eorum Sitziſchane defuncto, ambo eius filij, Chalaus & Telepugas, exercituum principatum diuiſerunt. Ac Chalaus Caſpia & Iaxarte fluuio lato & profundo, qui è Scythicis montibus ortus, Sogdianam perfluens, in mare Caſpium irrumpit, ad Septentrionem relictis, per inferiorem Aſiam deſcendit. Sed differatur hoc: nam de Europa prius eſt dicendum. Alter enim Sitziſchanis filius Telepugas, limitibus imperij ſui conſtitutis, meridiem uerſus Caucaſi cacuminibus, & deinceps mari Caſpio, per Maſſagetarum & Sauromatarum terram proficiſcitur: nec eas tantum, ſed omnes gentes quæ Mæotidem paludem & Tanaim accolunt, ſubigit. Deinde Tanais fontibus ſuperatis, impetu

Sitziſchanes. *Chalaus.* *Telepugas.*

κελτοί τε ἤδη καὶ γαλάται ἐκλήθησαν. ἐῶ λέγειν ὅσοι ὀψὲ τοῦ χρόνου τὰς ἄλπεις ὑπερβαλόντες, καὶ κατὰ τῆς ἰταλίας αὖθις μυριάσιν ἐκστρατεύσαντες πολλαῖς, τεύτονάς τε καὶ κίμβρους, αὐταῖς γυναιξί τε καὶ τέκνοις· οἳ καὶ μόλις μὲν, κατεκόπησαν δ᾽ οὖν ὑπὸ τῶν ῥωμαϊκῶν δυνάμεων, ὑπατευόντων τηνικαῦτα καὶ στρατηγούντων τυγχανόντων τοῦ τε μαρίου γαΐου καὶ τοῦ κάτλου λουτατίου. καὶ τί δεῖ λέγοντας διατρίβειν, ὅπου γε καὶ λιβύης αὐτῆς πολλάκις ἐπέβησαν, τούς τε ἑσπερίους καταστρεψάμενοι ἴβηρας, καὶ τὸν κατὰ τὰς ἡρακλέους στήλας πορθμὸν διαβάντες; αὐτοὶ μὲν γὰρ, ἐφ᾽ οὓς ἂν ἐπελάσωσι, πάντας ὡς τὰ πολλὰ καταστρέφονται, καὶ τῶν ἄλλων κυριεύουσι τόπων. τὴν δ᾽ αὐτῶν σκυθικὴν τὴν πατρῴαν οὐδεὶς ἐξ αἰῶνος φαίνεται δουλωσάμενος. τὸ δ᾽ αἴτιον, ὅτι ἐκεῖνοι τὸν ἁβρὸν καὶ ἐμβριθῆ βίον ἀρχῆθεν ἐξομοσάμενοι, οὔτε σῖτον ἐσθίουσιν, οὔτ᾽ αἴθοπα οἶνον πίνουσιν, οὐ χρείαν οὔτε γῆν ἀροῦσιν, οὔτε ἄμπελον ἐγεώργησάν ποτε, οὔτε τῶν ἄλλων σπορίμων ἐπιτηδεύουσιν, ὧν οἱ τῆς ἐνδοτέρας οἰκουμένης καθεστήκασι πρόθυμοι. ἃ τοῖς μὲν σκύθαις ἐθάσιν οὖσιν, ἡδέα καὶ ἥκιστα ἐπαχθῆ, τοῖς δὲ πολεμίοις καὶ μάλα πολέμια, οἳ τὰ σκευοφόρα πλείω τῶν μαχίμων ἐπάγονται. καὶ ὅπου στρατοπεδεύσειαν, πολλῆς καὶ παντοδαπῆς δέονται τῆς ἀγορᾶς, ἵν᾽ αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ὑποζυγίοις αὐτάρκως χορηγοῖεν τὰ χρήσιμα. οἱ δὲ τὸν ἄσκευον καὶ κοῦφον ἀσκοῦντες βίον ἀεὶ, ῥᾳδίως τὰς ἐκστρατείας ποιοῦνται, καὶ τριῶν διὰ μιᾶς ἡμέρας πολλάκις, δίκην πτηνῶν ἀετείων, ὁδοὺς τρέχουσι γῆν, ἄλλην δ᾽ ἐξ ἄλλης, πρὶν ἐκπυθέσθαι, καταλαμβάνοντες, μηδὲν μὲν ἐπαγόμενοι, πάντα δ᾽ οὖν ἔχοντες, ὅσα πρὸς τὸ νικᾶν ῥᾳδίως ἐφόδια κράτιστα. ἔστι γὰρ ταυτί, τό, τε κατὰ πλῆθος ἐξικνούμενον μικροῦ, καὶ ἀριθμὸν ὑπερβαῖνον, τό, τε τῆς κινήσεως εὔστροφον καὶ ὀξύτατον· καὶ ὃ τούτων μεῖζον, τὸ τελέως ἀφειδεῖν ἑαυτῶν, καὶ κατὰ πρόσωπον, δίκην ἀγρίων θηρῶν, ἀπαντᾷν ἐν ταῖς μάχαις.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΠΙ ΤΗΝ ΕΥΡΩπην καὶ ἀσίαν ἐφόδου τῶν σκυθῶν.

Ἀλλ᾽ ἐπανιτέον, ὅθεν τὸ πρότερον ἴχνος τοῦ λόγου καταλελοίπαμεν. ἤδη γὰρ καὶ ἰωάννου δοῦκα τὰ ῥωμαίων σκῆπτρα διέποντος, μοῖρα σκυθῶν παμπληθὴς, καὶ οὐ πολλὰς ἀναφροῦσα τὸν ἀριθμὸν μυριάδας, ἄνωθεν ἐξ ὑπερβορέων ἀποσπασθεῖσα, κάτεισι μὲν ἀθρόα μέχρι καὶ κασπίας θαλάττης. ἐν τούτοις δὲ τοῦ ἡγουμένου σιτζισχὰν τετελευτηκότος, διείλοντο τὴν ἡγεμονίαν τῶν στρατευμάτων ἄμφω αὐτοῦ τὼ υἱὲ, ὅ, τε χαλαοῦ καὶ ὁ τελεπουγᾶς. καὶ ὁ μὲν χαλαοῦ, πρὸς ἄρκτον ἀφεὶς τήν τε κασπίαν καὶ ἰαξάρτην ποταμὸν, ὃς ἐκ τῶν σκυθικῶν ῥηγνύμενος ὀρῶν πλατύς τε καὶ βαθύῤῥους διὰ τῆς τῶν σογδιανῶν χώρας κατιὼν, ἐν τὴν κασπίαν ποιεῖται τὰς ἐκβολὰς, κατῄει διὰ τῆς κάτω ἀσίας. ἀλλ᾽ ὁ μὲν περὶ τούτων λόγος ἀναμενέτω· ἀνθέλκει γὰρ ἡμᾶς ἐκεῖθεν ὁ τῆς εὐρώπης. ὁ γὰρ ἕτερος τῶν υἱῶν τοῦ σιτζισχὰν ὁ τελεπουγᾶς, ὅρους τῆς οἰκείας ἀρχῆς πεποιημένος, πρὸς μεσημβρίαν μὲν τὰς τοῦ καυκάσου ὑπερβολὰς, καὶ ἐφεξῆς τὰ τῆς κασπίας θαλάσσης πελάγη, ἐπορεύετο. διὰ τῆς τῶν μασσαγετῶν καὶ σαυροματῶν γῆς, πᾶσαν ὑποποιούμενος αὐτήν τε, καὶ ὅσα μαιῶτιν τε καὶ τάναϊν τῶν ἐθνῶν περιοικοῦσιν. εἶτα ὑπερβαλὼν τὰς πηγὰς τοῦ τανάϊδος, πολὺς

πολὺς ἐρρύη κάτω διὰ τῶν εὐρωπαίων ἐθνῶν. πλεῖστα δὲ ταῦτα πεφύκασι καὶ παντοδαπὰ, ὧν τὰ μὲν ἐν μεσόγειον, τὰ μαχιώτατα καὶ λείψανα ἦσαν τῶν πάλαι σκυθῶν, ὅσα ἐς νομάδας καὶ ἀροτῆρας ἐμερίζοντο· τὰ δὲ ὁμοροῦντα τῇ μαιώτιδι, καὶ τὴν τοῦ πόντου πληροῦντα, καὶ ἁμαξόβιοι, ταυροσκύθαι τε καὶ βορυσθενῖται, καὶ πρὸς τούτοις ὅσοι τὴν περὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ ἴστρου μυσίαν ἐνέμοντο· οὖννοι δὲ οὗτοι καὶ κόμανοι ἐκαλοῦντο. ἦσαν δὲ οἳ καὶ σκύθας αὑτοὺς κατωνόμαζον, οἳ καὶ τὴν βαρεῖαν καὶ ἀνύποστον ἔφοδον ἐκπλαγέντες τῶν ἄρτι ἐπιδραμόντων σκυθῶν, ἔγνωσαν δεῖν ἑαυτοὺς μετανάστας ἐκεῖθεν ποιεῖν. οὐ γὰρ ἐν ἐλπίσιν ὅλως χρησταῖς οὐδενὶ τὸ ἀνθίστασθαι ἦν, ἀλλὰ πάντα ὑπεπτήχει καὶ πόλεις καὶ ἔθνη· καὶ δίκην ἀσταχύων, ὡς ἐν ἅλωνι θερινῇ συνετρίβοντό τε καὶ ἐφθείροντο. ὅθεν ἀπογνόντες καὶ οὗτοι τὸν πρὸς τοὺς σκύθας πόλεμον, διφθέραις ἀντ' ἄλλης σχεδίας κάρφους πεπληρωμέναις τὸν ἴστρον διέβησαν, ἅμα γυναιξί τε καὶ τέκνοις. καὶ οὐ μικρόν τινα χρόνον ἀνὰ τὴν θράκην πλανώμενοι περιῴκησαν, ἀποικίαν ζητοῦντες ἁρμόττουσαν ἑαυτοῖς, χιλιάδες οὐ μείους τῶν δέκα. ἀλλὰ πρὶν αὐτοὺς καταλῦσαι τὴν πλάνην ὁ βασιλεὺς ἰωάννης δωρεαῖς μεγαλοπρεπέσι καὶ ἀξιώσεσιν ἄλλαις ἐφέλκεται, καὶ τοῖς ῥωμαϊκοῖς καὶ αὐτοὺς ἐγκαταλέγει στρατεύμασι, χώρας ἄλλοις ἄλλας διανειμάμενος εἰς κατοίκησιν, τοῖς μὲν κατὰ θράκην καὶ μακεδονίαν, τοῖς δ' ἐν ἀσίᾳ κατὰ μαίανδρον καὶ φρυγίαν.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΠΙ ΤΗΝ Α- σίαν ἐφόδου τῶν σκυθῶν.

ΑΛΛ' ἤδη τὴν ἕω πάλιν ἡμᾶς ὁ λόγος διαβιβάζειν ἐπάγεται, καὶ τοὺς ὑπερορείους ἐκείνους σκύθας, οἳ κατὰ τῆς ἀσίας, δίκην ἀκρίδος βαρείας, χυθέντες μάλα σφοδρῶς μικροῦ πᾶσαν συνεκύκησάν τε καὶ ἐδῃώσαντο. οὗτοι γὰρ ἐπειδὴ τὰ περὶ τὴν κασπίαν στενὰ διέβησαν, κατὰ νώτου ἀφέντες σογδιανούς τε καὶ βακτριανοὺς καὶ ὦξον τὸν σόγδον ποταμόν, ὃν μεγάλαι τε καὶ πλεῖσται τρέφουσι πηγαί, περὶ τοὺς πρόποδας τῶν πρόσω μεγάλων ὀρῶν διεχείμασαν, τῶν ἐκεῖσε τῆς χώρας ἐκείνης ἀγαθῶν ἀπολαύοντες, καὶ ὅσα τῶν ἄνωθεν λείας ὤναντο. ὄρη δὲ ταῦτα εἰσὶ πλεῖστα καὶ μέγιστα, ἃ πάντα κατὰ συνέχειαν ἀλλήλων ἐχόμενα, ὥσπερ ἐν ἅπαντα γίνονται ὄρος, ταῦρος ὀνόματι καλούμενον γενικῷ, ὃ κατὰ μέσον ἀκριβῶς διέζωσται πᾶσαν ἀσίαν. ἀρχὴ μὲν γὰρ αὐτῶν πρὸς ζέφυρον ἄνεμον τὰ ἔγγιστα τοῦ αἰγαίου πελάγους. σχίζουσι δὲ ἐκεῖθεν ἐξιόντα ὡς τμήματα δύο τὴν ὅλην ἀσίαν, ἄχρις ἂν ἐς ἀπηλιώτην ἄνεμον παρ' αὐτὸν τελευτήσωσι τὸν ὠκεανόν. ἀλλὰ γὰρ ἦρος ἤδη ὑπογινομένου, ὅτε πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς τὴν χλόην διὰ πόας ἐνδύεται, τὰ παρὰ τοὺς πρόποδας τῶν ὀρῶν χειμάδια καταλιπόντες οἱ σκύθαι, καθάπερ αἰπόλια καὶ βουκόλια, κατὰ πλῆθος τὰς κορυφὰς τῶν ὀρῶν ὑπερβάλλουσι, ῥέουσί τε κατὰ τῶν ὑποκειμένων ἐθνῶν. καὶ πάντας ἐν λόγῳ λείας ποιούμενοι, καταντῶσιν ἐς ἰνδικὴν, ὁπόση ἐφ' ἑκάτερα κεῖται τοῦ μεγίστου τῶν ποταμῶν ἰνδοῦ. καὶ ταύτῃ ζυγὸν ἤδη θέντες δουλείας, οὐκέτι πρὸς ἕω ταύτης ἐπέκεινα ὥδευον, διὰ τὸ τραχύ τε καὶ καυματῶδες τοῦ τόπου· ἀλλ' ἐπ' ἀραχωσίαν τε καὶ καρμανίαν τὴν ὁρμὴν ἐποιήσαντο. καὶ πάντων ῥᾳδίως ὑποκυπτόντων, ἤδη χαλδαίοις ἀφίκοντό τε καὶ ἄραβας.

ἔπειτα

impetu aduerſus Europæas gentes deſcendit: quæ multæ ac uariæ ſunt. nam quæ in mediterraneis habitant, partes ac reliquiæ ſunt ueterum Scytharum, in paſtores & aratores diuiſæ: quæ uerò Mæotidi conterminæ ſunt, & Ponti oram accolũt, Zinchi ſunt, & Abaſgi, Gotthi & Hamaxobij, Tauroſcythæ & Boryſthenitæ: prætereáque Myſiam ad Iſtri hoſtia tenent, qui Hunni & Comani uocantur. erant etiam qui ſe Scythas nominarent: qui graui & intolerabili Scytharum impreſſione perterriti, mutandas ſibi ſedes cenſuerunt. Neque enim ullis ſatis fiduciæ ad reſiſtendum erat, ſed omnes & urbes & gentes trepidabant, & uelut ſpicæ in area terebantur. Vnde & hi Scythico bello deſperato, pellibus palea plenis pro ratibus uſi, cum uxoribus & liberis Iſtrum tranſierunt: nec breui tempore in Thracia oberrarunt, idoneam ſibi coloniam quæritantes, decem millibus haud pauciores. Sed priuſquam certam ſedem legerent, Imperator Ioannes magnificis muneribus, alijsque beneficijs eos ſibi adiungit: & ipſos etiam in Romanas legiones refert, alijs alibi ſedibus attributis, partim in Thracia & Macedonia, partim in Aſia ad Mæandrum & Phrygiam.

Scythæ in Romanas legiones relati.

DE SCYTHARUM in *Aſiam impreſſione.*

VErùm iam in Orientem eſt tranſeundum, & ad tranſmontanos illos Scythas ueniendum: qui in Aſiam inſtar locuſtarum effuſi, propemodum uniuerſam conturbarunt & oppreſſerunt. Nam Caſpijs anguſtijs ſuperatis, Sogdiana à tergo relicta, & Bactrianis & Oxo Sogdo flumine, qui plurimis ijsque magnis fontibus augetur, ad radices magnorum montium progreſsi hybernarunt, ubertate illius regionis & præda antè parta fruentes. Montes autem illi & plurimi ſunt, & maximi: qui quòd una quadam continenti ſerie cohærent, in unum ueluti montem conflantur, qui nomine communi Taurus dictus, Aſiam uniuerſam exquiſitè mediam diuidit. Incipiunt illi ab Occaſu, proximè Aegeum mare. Inde uerò exorſi, totam Aſiam in duas partes ſecant, donec ad Subſolanum uentum iuxta ipſum Oceanũ terminentur. Vere igitur, cum terra graminibus & herbis refloreſceret, relictis ad Caucaſi radices hybernis, Scythæ maximorũ gregum aut armentorum inſtar, montium cacumina ſuperant, & populos ſubiectos inuadunt: eosq́ omnes prædati, in Indiam penetrant, quanta in utramq́ ripam maximi fluuiorum Indi patet. Qua ſubacta, uerſus ortum progredi deſtiterunt, ob aſperitatem & æſtum loci: ſed itinere in Arachoſiam & Carmaniam conuerſo, gentibus illis facilè ſubactis, ad Chaldæos & Arabes peruenerunt.

Taurus. Caucaſus.

Scythæ in Meſopotamia conſident.

Deinde ad Babylonios & Aſſyrios tranſgreſſi, occupataq; Meſopotamia, amœnitate loci allecti, longos ibi errores finiunt, tertio anno poſtquam Iaxarten fluuium traiecerant: & a popularibus ſuis auulſi, Aſiam inferiorem ſibi uendicarant. Sed quemadmodum ignis denſo luco correpto, non eum ſolum conſumit, ſed proxima quæq; etiā facilè peruagatur: ſic dux ille Scytharum, totius Aſiæ ad omnem humanam iucunditatem optatiſſima ſede ſibi delecta, poſtea non quieuit, neque finitimis abſtinuit: ſed tribunis ſuis & ſatrapis aliò atque aliò miſsis, Perſas primùm, & Parthos & Medos ſubigit. Deinde per Armeniam maiorem aſcendendo, uerſus Septentrionem ad Colchidem, & finitimam illi Iberiam excurrit. Habebat porrò in animo, ſequentibus annis interiorem quoque Aſiam peruagari, & Imperij ſui limites littoribus maris terminare. neq; enim ferendum eſſe, ut ulla gens ſuæ ditionis expers eſſet, quæ per totam Aſiæ continentem ad maria uſq; habitaret. Sed tum quietè ibi conſidere decreuerunt, prouincijs, urbibus, ædibus, prædijs amœniſsimis & delicatiſsimis inter ſeſe diſtributis. Aurum uerò, argentum, pecuniam, cæteráſque delicias, quibus loca illa abundant, cui uſui eſſent cum adhuc ignorarent, non ſecus ac lutum & ſordes negligebant.

Neceſsitatē luxus ſequitur.

Natura enim neceſſaria in primis docet: quæ ſi non deſint, ſed benignitate fortunæ ſuperſint, tum naturæ prouidentia ueluti per æmulationem rurſus excitatur ad ea deligenda, quæ ſenſibus magis blandiantur. Quorum ubi ſatietas ceperit, ad ſuperuacanea deflectit, per ambages atque illecebras uarietatem & compoſitiones multiplices machinatur, & præſtigias quaſdam arcanæ uoluptatis conſectatur, ne luxuriæ continuatio grauis & moleſta fiat. Ita hi quoque principiò ſolis neceſſarijs, ijs'que non affatim ſuppetentibus aſſueti: deinde in tot amœnitatibus uerſati, quot Babyloniorum & Aſſyriorum confinia ſuppeditant, eas non eſſe deſerendas iudicarunt: ſed repudiatis diuturnis illis laboribus, ibi deinceps conſidendum & acquieſcendum eſſe. Vnde ijs gentibus quas inuaſerunt, annua tributa impoſuerunt: nec ex eo deſiſtunt, eas exactionib. & edictis pro mancipijs quotannis exagitare, & uelut oracula reddere, pro ſuáque libidine quiduis in illas decernere. Tandem conſuetudine & excultis moribus Aſſyriorum, Perſarum & Chaldæorum manſuefacti, ad eorum religionem inclinarunt, patrio numinis contemptu relicto: illorum'que mores & inſtituta in ueſtibus, in ſumptuoſo uictu, cæteris'que delicijs receperunt, tanta mutatione facta, ut cum prius caput craſſo & promiſſo pileo tegerent, & reliqui ueſtitus omnis felicitas in pellibus animalium & corijs illaboratis conſiſteret, arma uerò

ἔπειτα δὲ Βαβυλωνίους καὶ Ἀσσυρίους διαβάντες, καὶ Μεσοποταμίαν καταλαβόντες, καὶ ταῖς τοῦ τόπου χάρισιν ἀρεσθέντες, ἐκεῖ τὴν μακρὰν καταλύουσι πλάνην, ἔτος τοῦτο ἤδη τρίτον ἀνύοντες, ἀφ' οὗ τόν τε Ἰαξάρτην διεπεραιώθησαν ποταμόν, καὶ τῶν ἄλλων διέστησαν ὁμοφύλων, τῆς κάτω Ἀσίας κληρούχους τάξαντες ἑαυτούς. ὥσπερ δὲ πῦρ εἰς ὕλην βαθεῖαν ἐνσκῆψαν, οὐ μόνον ἧς τὸ πρῶτον ἐδράξατο, ταύτην λυμαίνεται μόνην· ἀλλ' ὁμοίως καὶ πάσῃ τῇ πέριξ ἐντύχοι, ἤδη καὶ πᾶσαν ἐκείνην ῥᾷστα ἐπιβόσκεται· οὕτω καὶ ὁ τῶν Σκυθῶν ἀρχηγὸς τουτονί, τὴν τῆς ὅλης Ἀσίας ἐξαίρετον πρὸς ἅπασαν ἀνθρωπίνην ἀπόλαυσιν ἐς οἴκησιν ἀπολέξας ἑαυτῷ, οὐκ ἠρέμησε τοῦ λοιποῦ, οὐδὲ τῶν πέριξ ἀπείχετο· ἀλλὰ σὺν τοῖς ὑπ' αὐτῷ σατράπαις καὶ χιλιάρχοις διαπεμπόμενος, Πέρσας μὲν πρῶτον καὶ Πάρθους καὶ Μήδους ἐχειρώσατο· ἔπειτα διὰ τῆς μεγάλης Ἀρμενίας, ἤλασε πρὸς μὲν ἄρκτον ἄχρι Κολχίδος καὶ τῆς ἐκεῖσε Ἰβηρίας. ἔμελλε δὲ ἤδη καὶ ἐς τοὺς ἐπιόντας ἐνιαυτοὺς καὶ διὰ τῆς ἐνδοτέρας ἐλάσαι Ἀσίας, καὶ ὅρους τῆς οἰκείας ἀρχῆς ποιήσασθαι τὰς παραλίους ψάμμους, ὅπου θάλασσά τε καὶ ἤπειρος συνᾴδουσι. μηδὲ γὰρ εἶναι τῶν ἀνεκτῶν ἔξω τι τῆς αὐτοῦ ἐλλελεῖφθαι χειρός, ὁπόσα τὴν τῆς Ἀσίας ἤπειρον ἅπασαν, ἄχρι θαλασσῶν οἰκοῦσιν αὐτῶν. τέως δ' αὐτόθι καταμένειν ἠρεμοῦντες ἐγνώκεισαν, κλήρους ἑαυτοῖς διανείμαντες χωρῶν καὶ πόλεων, διαφόρων τε οἰκιῶν, καὶ κτημάτων κτήσεις καὶ καταγωγάς, πολλὴν ἐμπεριεχομένας τῷ σώματι θυμηδίαν καὶ τρυφήν. χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος καὶ χρημάτων ποικιλία καὶ πολυτέλεια (πολλὰ δὲ ταῦτα ἐπιχωριάζει κατ' ἐκείνους τοὺς χώρους) οὔπω ἐγινώσκετο τούτοις εἰς ὅ, τι χρήσιμα εἴη τοῖς ἔχουσι. διὸ καὶ περιτρέχειν αὐτὰ ἴσα καὶ κόνιν, καὶ ὅσα ἐς ὕλην ἀνόνητον ἐρρῖφθαι. ἡ γὰρ φύσις τῶν ἀναγκαίων γίνεται πρῶτον διδάσκαλος· ἂν γοῦν ταῦτα μὴ σπανίως ἐγχωρῇ τις, ἀλλ' ἐς πλῆθος ἡ τύχη παρέχῃ περιεῖναι, τηνικαῦτα ὡς ἐκ συγκρίσεως παρορμηθεῖσα αὖθις ἡ φύσις καθίσταται, κατ' ἐξουσίαν τὸ προσηνέστερον ἐκλεγομένη σαφῶς ταῖς αἰσθήσεσιν. ἂν δὲ κόρος ἐπὶ τούτοις γένηται, συνάγορος οὗτος αὐτίκα καθίζει τοῖς περιττοῖς, καθάπερ δή τινα πλάνην καὶ δέλεαρ μηχανώμενος πρῶτον τὴν αὐτῶν ἐς διαφορὰν εἰδῶν ποικιλίαν καὶ σύνθεσιν· κἄπειτα ἐγγοητεύων οὑτωσί πως ἀπόρρητον ἡδονήν, ἵνα μὴ τὸ τῆς ἁπλότητος ἐμβριθές, ἐπαχθὲς φαίνηται ἅμα καὶ λυπηρόν. ὡς νῦν καὶ οὗτοι μόνοις τοῖς ἀναγκαίοις ὄντες ἐθάδες, καὶ τούτοις ἐσπανισμένοις, ἔπειτα τοσαύταις τῶν τόπων ἐκείνων χάρισιν ἐντυχόντες, ὁπόσας ἡ Βαβυλωνίων καὶ Ἀσσυρίων φέρει περίχωρος, οὐκέτι τούτων ἀπαλλάττεσθαι ἔκριναν δεῖν, ἀλλὰ χαίρειν εἰπόντες τοῖς μακροῖς ἐκείνοις πόνοις, ἐκεῖσε τοῦ λοιποῦ ποιεῖσθαι καθημένους τὴν δίαιταν. ἐκεῖθεν δ' ὁπόσοις ἐπῆλθον ἔθνεσι, φόρους συντάξαντες ἅπασιν, ἀνὰ πᾶν οὐ διαλείπουσιν ἔτος δασμολογοῦντες, καὶ ἐπιτάττοντες ὅσα καὶ δούλοις, καὶ χρηματίζοντες ὡς ἐκ μεγάλου τρίποδος, καὶ θεμιστεύοντες ὁπόσα σφίσι δοκοίη ἐς ἐκείνους καθήκειν. τῷ δὲ χρόνῳ τοῖς τῶν Ἀσσυρίων καὶ Περσῶν καὶ Χαλδαίων ὁμιλήσαντες πεπαιδευμένοις ἤθεσιν, ἔς τε τὸ αὐτῶν ἔκλιναν σέβας, τὴν πάτριον ἀθεΐαν ἀφέντες, καὶ τοῖς αὐτῶν κεκοινωνήκασι νόμοις καὶ ἔθεσιν, ὁπόσα τε ἐς ἐσθῆτα καὶ τράπεζαν ἄγει πολυτελῆ, καὶ ὁπόσα τῆς ἄλλης διαίτης ὑπαγορεύει τρυφήν. ἐς τοσοῦτον γὰρ τῆς μεταδιαιτήσεως ἤδη παρήλλαξαν, ὥστε πρότερον τὴν μὲν κεφαλὴν παχέσι τισὶ πίλοις καὶ αὐξημένοις σκέποντες, τὸ δ' ἄλλης πάσης ἐσθῆτος τὸ εὔδαιμον εἰς δέρματα ζώων ἀγρίων ἐγκλείοντες, καὶ διφθέρας

φθορὰς ἀντιπαλεύοντες· ὅπλοις δ' ὁμοίως χρώμενοι ῥοπάλοις τισί, καὶ σφενδόναις, δόρασί τε καὶ βέλεσι καὶ τόξοις αὐτοσχεδίοις ἅπασιν ἔκ τε δρυῶν καὶ τῶν ὁμοίων δένδρων, ὅσα ὄρη καὶ λόχμαι ταῖς ὥραις δουλεύοντα φέρουσιν αὐτοφυῆ βλαστήματα, σηρικοῖς καὶ χρυσοϋφέσιν ὕστερον ἐχρήσαντο τοῖς ὅλοις ἐνδύμασιν. ἐς τοσοῦτον ἀμετρίας ἐξώκειλαν τὴν ἁβρότητα τῆς τρυφῆς, ἐκ διαμέτρου καθάπαξ στήσαντες ἑαυτοὺς τῆς προτέρας διαίτης.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΤΟΥ ΒΑσιλέως πρεσβείας τῶν τούρκων.

Ἐπὶ τούτοις οἱ τὴν ἐντὸς τοῦ εὐφράτου ἀσίαν ἔχοντες τοῦρκοι, καὶ οἱ τὴν κοίλην συρίαν καὶ φοινίκην ἄραβες, θόρυβον εἶχον ἐφ' ἑαυτοῖς οὐ μικρόν, πονηροὺς τοὺς σκύθας ὁρῶντες γείτονας. πρέσβεις οὖν αὐτοκράτορας ὁ τῶν τούρκων ἡγεμὼν πρὸς τὸν βασιλέα ἐκπέμπει ἰωάννην, περὶ βεβαίων σπονδῶν. ἐδεδίει γάρ, μὴ περισπώμενος ἐς τὰς τῶν σκυθῶν μάχας, ὄπισθεν ἔχῃ μεγάλους ἐχθροὺς τὰς ῥωμαίων δυνάμεις. εἶναι γὰρ αὐτῷ τῶν πάνυ τοι ἀδυνάτων καὶ σαφῆ τῆς οἰκείας ἡγεμονίας ἀπώλειαν, εἰ μόλις ἔχων τὸ θαῤῥεῖν ἀντιπαρατάττεσθαι πρὸς μόνας τὰς σκυθικὰς ἐφόδους, ἔπειτα πρὸς δύο μερίζειν τὰς ἑαυτοῦ δυνάμεις ἀναγκάζοιτο, διὰ τὰς ἑκατέρωθεν μάχας. τοῦτο καὶ τῷ βασιλεῖ πρὸς βουλήσεως ἦν, καὶ πάνυ τοι προδεδογμένον, πολλῶν εἵνεκα. ἑνὸς μέν, ὅτι μηδὲ τούτῳ ἐδόκει συνοῖσον, οὐδ' αὖ κοῦφον καὶ ῥᾴδιον, ὅτι μὴ τῶν μάλα βιαίων καὶ ἐπαχθῶν, μερίζεσθαι πρός τε τὰς τῆς ἀσίας μάχας, πρός τε τὰς τῆς εὐρώπης· ἑτέρου δ', ὅτι καὶ μέγα νῦν ἐπιτείχισμα καὶ σφόδρα τοι καίριον γίνεσθαι, μέσους κειμένους τοὺς τούρκους ἐπὶ τῶν σκυθικῶν πολέμων, καὶ τὸν κοινὸν δεχομένους κίνδυνον ἐν τοῖς ἑαυτῶν σώμασι, δίκην προμάχων ἐρυμάτων ἢ προβόλων πετρῶν, ἃς ἐνιαχοῦ τῶν παραλίων μερῶν κατὰ τῶν τῆς θαλάσσης ἀγρίων κυμάτων ἡ φύσις ἐξώπλισε. ταῦτ' ἄρα καὶ πρόθυμός τε καὶ μάλα ἐθελοντὴς τὰς μετὰ τῶν τούρκων ἐτέλει σπονδάς· καὶ τοῦτο μέγα ὄφελος τοῖς ῥωμαίων κατέστη πράγμασιν. ἄδειαν γὰρ καὶ ἀνακωχὴν τῶν μακρῶν εἰληφότες πολέμων, ἐς τὴν τῶν οἰκείων κτημάτων καὶ πραγμάτων ἐπέδωκαν ἐπιμέλειαν. αὐτός τε γὰρ ὁ βασιλεύς, τοσοῦτο μέρος ἀποτεμόμενος γῆς, ὅση τε ἀρόσιμος, καὶ ὅση πρὸς ἀμπελουργίαν ἐπιτήδειος, ὅσην ἐξαρκεῖν ἐκείνῳ ἐς τε βασιλικὴν τράπεζαν, καὶ ἐς ὅσα ἡ εὐεργετοῦσα καὶ διαρκῶς χορηγοῦσα γνώμη τοῦ βασιλέως παρεκελεύετο, γηροτροφεῖα δὲ ἦσαν ταῦτα καὶ πτωχοτροφεῖα, καὶ ὅσα τοὺς ἐκ παντοίων νοσημάτων ἐθεράπευον τραυματίας, ἐπιμελητάς τε τούτοις ἐπιστήσας, ὁπόσοι καλῶς γεωργεῖν τε καὶ ἀμπελουργεῖν ἴσασι, πολλήν τε καὶ ἄφθονον τὴν τῶν καρπῶν ἐτήσιον ἤθροιζε χορηγίαν. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ ἵππων, καὶ βοῶν, καὶ ποιμνίων ὁμοῦ τε, καὶ συῶν ἀγέλας περιεκτήσατο ἐπὶ τούτοις, καὶ παντοίων ὀρνίθων ἡμέρων εἴδη, ἐξ ὧν πολύχους ὁ τῶν γινομένων πορισμὸς ἐφαίνετο καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. τοῦτο δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις παρῄνει ποιεῖν, ὅσοι τε τῶν γένει προσηκόντων, καὶ ὅσοι τῶν ἄλλως ἐνδόξων ἦσαν, ἵν' ἕκαστος οἴκοθεν ἔχων τῆς χρείας τὸ διαρκές, μήτε χεῖρα τοῖς ἰδιώταις καὶ ἀσθενεστέροις ἐπάγῃ πλεονεκτοῦσαν, καὶ ἅμα καθαρεύουσα ἡ ῥωμαίων τελείως ἐντεῦθεν ἀδικημάτων ἡ πολιτεία.

uerò eis eſſent clauæ & fundæ, haſtæ, ſagittæ & arcus, nullo confecta artificio, qualia quercus & ſponte enatę in ſyluis & montibus arbores ſuppeditant: poſt, ueſtes omnes ſericas & auro intertextas uſurparent. Vſqueadeò luxuriare cœperunt, priſtina uitæ ratione prorſus in contrarium mutata.

DE TVRCORUM Legatione ad Imperatorem.

INter hæc Turcis, qui Aſiam intra Euphratem, & Arabibus, qui Cœleſyriam & Phœniciam tenent, non mediocriter perturbatis, propter periculoſam Scytharum uicinitatem: Turcorum princeps legatos omni rei gerendę autoritate prędi tos, ad Imperatorem Ioannem firmandæ pacis cauſa mittit, timens ne Scythico bello diſtractus, hoſtilem Romanorum exercitum à tergo haberet. Neq; enim poſſe fieri, quin principatu excideret, ſi Scytharum tantum incurſionibus ægrè reſiſtens, ob geminatum bellum uires ſuas partiri cogeretur. Idem & Imperatori gratum fuit, ac multis de cauſis eſſe faciendum iam antè decretum: tum quòd minimè utile aut facile, imò graue ac pernicioſum futurum eſſet, bellis Aſianis & Europæis diſtringi: tum, quòd firmiſsimum & optatiſsimum uallum futuri eſſent Turci inter bellum Scythicum interiecti, commune periculum, fortiſsimorum propugnatorum aut ſcopulorum inſtar, quos alicubi natura marinis fluctibus obijcit, ſuis corporibus excepturi. His igitur de cauſis haud inuitus, & cupidè admodum fœdus cum Turcis fecit: quod rem Romanam plurimùm erexit. Metu enim & ærumnis diuturnorum bellorum liberati, poſſeſsiones & res ſuas curandi ocium habuerunt. Nam Imperator tantum terræ arationi & uineis plantandis idoneæ uſurpauit, quantum ſatis fore putabat ad ſuam menſam, & ad eos ſuſtentandos, quos pro liberalitate ac perpetua benignitate ſua fouendos ſuſceperat. Hi erant ſenes, pauperes, & uarijs afflicti morbis: quibus & domicilia aſsignauit, & curatores præfecit, qui & agros colere, & uineas plantare ſcirent: ac quotannis uberem frugum prouentum repoſuit. atque etiam armenta equorum & boum, ouium item & porcorum greges, ac uaria genera cicurum auium parauit, unde multiplicem ſingulis annis prouentum percipiebat. Idem cæteris etiam faciendi autor fuit, tam cognatis ſuis, quàm reliquę nobilitati: ut cum domi quiſq; haberet unde uiueret, neq; plebeios & inopes per uim opprimeret, & Romana Reſpublica omni maleficio & crimine uacaret. Itaque

Agricultura et res pecuaria Romanos recreant.

Itaq; paucis annis omnium & horrea & cellę refertæ frugibus & uino conſpiciebantur, & uiæ ac plateæ & ſtabula & mādræ pecoris multitudinem uix capiebant: accedebāt gallinarum cæterarumq; auium greges.

DE FAME TVRcorum.

Accidit autem illud etiam felici Romanorum fato, ut Turci fame & maxima annonæ penuria conflictarētur. qua de cauſa plenæ erant omnes uiæ illius gentis hominum, mulierum, uirorum, puerorū, adeuntium & abeuntiū e Romanis prouincijs: & omnes Turcorum opes, argenti, auri, telæ, cæterarumq; deliciarum, ad Romanorum manus perueniebant. Videres magni precij merces exiguo frumento commutari: tum quælibet auis, bos, hœdus magno precio uænibant. Eo pacto cùm Romanorum ædes celerrimè Barbaricis opibus affluebāt, tum fiſcus Imperatoris pecunia redundabat. Et ut rem omnem paucis expediā, cum oua gallinarum quotannis collecta uenderētur, exiguo tempore tantum inde pecuniæ coactum eſt, ut Imperatrici corona gemmis & margaritis precioſiſsimis diſtincta pararet: quam Imperator ex eo Ouatam nominauit, quòd de uenditis ouis confecta eſſet. Acumen hoc illius Imperatoriæ prouidentię ſpecimen eſto. Alterū illud, quòd cum uideret, Romanas diuitias in peregrinas ac ſumptuoſas ueſtes, ſericas, Aſſyrias, Babylonias atque Italicas, uario ac ſolerti artificio confectas effundi, decreto ſanxit, ne quis ſubditorum ijs uteretur: niſi ipſe, quiſquis eſſet, cum omni familia, in ordinē cogi ac notari ignominia uellet: ſed ijs contenti eſſent, quas Romanæ prouinciæ ac manus præberent.

Ouata corona. *Lex ueſtiaria.*

» * Neceſſariarum enim rerum uſus eſt immutabilis: & ſubditi quantum licet, principum ſequuntur cupiditates: idq; lex eis eſt & honor, quod principib. uiſum fuerit. Proinde cernere erat, illa quoq; breuiſsimo tempore uiluiſſe: nobilitatis autem limites, Romanis ueſtimentis definitos: & diuitias domo, quod aiunt, domum ferri.

DE IMPERATRICE *Irene ex equo præcipitata.*

Sed iam ad alia trāſeat oratio. Cū Imperatrix filium Theodorum peperiſſet, accidit, cum ſpectandæ uenationis cauſa cum marito Imperatore ueniſſet, ut equo deiecta, per longum ſpacium traheretur. Vnde læſa matrice, pārere deſijt. Cæterùm ambo Imperium grauiter & modeſtè adminiſtrabant: ſummóque ſtudio curabant, ut iuſticia & æquitas in urbibus florerent,

Opera Ioannis Ducæ & Irenes.

auaricia

καὶ μέν τοι καὶ χρόνων ὀλίγων αἱ πάντων ἀποθῆκαι βρίθουσαι τοῖς καρποῖς ἑωρῶντο, αἵ τε ὁδοὶ καὶ ἀγυιαὶ καὶ πᾶσαι μάνδραι καὶ σηκοὶ ἐστενοχωροῦντο τοῖς κτήνεσι, καὶ ὁπόσαι τῶν ὀρνίθων ἦσαν ἀγέλαι.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΩΝ ΤΟΥΡκων λιμοῦ.

ΣΥΝΕΒΗ δὲ τηνικαῦτα τοῖς τούρκοις ἐπ᾽ εὐτυχίᾳ καὶ τῶν ῥωμαίων, λιμὸς ἰσχυρὸς καὶ σπάνις μεγίστη τῶν χρειωδῶν. καὶ ἦσαν διὰ τοῦτο μεστοὶ τοῦ τοιούτου γε ἔθνους αἱ ὁδοὶ πᾶσαι γυναικῶν τε καὶ ἀνδρῶν, καὶ ὅσοι ἥβης ἐλλιπεῖς, ἀνιόντων καὶ κατιόντων ἐς τὴν ῥωμαίων χώραν. καὶ ἐχορηγοῦντο σὺν ἀφθονίᾳ μακρᾷ πᾶς ὁ τῶν τούρκων πλοῦτος, ἐς τὰς ῥωμαίων δεξιάς, ὅσος ἐν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ, καὶ ὅσος ἐν ὑφάσμασι, καὶ πᾶν ποικίλον εἶδος καὶ τερπνὸν καὶ τρυφῆς μεστὸν πολυτελοῦς. καὶ ἦν ἰδεῖν τὰ πολλῶν ἄξια χρήματα, σίτου βραχέος ὤνια προτιθέμενα. τότε καὶ ὄρνις οἱαδηποτοῦν, καὶ πρός γε ἔτι βοῦς τε καὶ ἔριφος, πολλοῦ τινος ἐτιμῶντο. καὶ τούτῳ δὴ τῷ τρόπῳ τάχιστα οἱ ῥωμαίων οἶκοι πλούτου βαρβαρικοῦ πλήρεις κατέστησαν, πολλῷ δὲ πλέον τὰ βασιλικὰ ταμεῖα, ἤδη τῇ τῶν χρημάτων ἔβριθον δαψιλείᾳ. καὶ ἵν᾽ ἐν βραχεῖ παραστήσω τὸ πᾶν, οἱ τὰς τῶν ὀρνίθων ἀγέλας ἐπιστατοῦντες ὁπόσα τίκτοιεν αὐτὰ ᾠά, ἀνὰ πᾶν συναθροίζοντες ἔτος ἐπίπρασκον. ὡς ὀλίγου χρόνου πρὸς τῶν συναχθέντων ἐντεῦθεν χρημάτων, στέφανον κατασκευασθῆναι τῇ βασιλίδι, λίθοις καὶ μαργάροις λίαν πολυτελέσι διηνθισμένον· ὃν καὶ ᾠάτον ὁ βασιλεὺς ἐπωνόμασε, διὰ τὸ ἐκ τῆς τῶν ᾠῶν πράσεως κατασκευασθῆναι αὐτόν. ἓν μὲν δὴ τοῦτο τῆς ἐκείνου βασιλικῆς προμηθείας δεῖγμα. ἕτερον δέ, ἐπειδὴ ἑώρα τὸν ῥωμαϊκὸν πλοῦτον μάτην κενούμενον ἐς τὰ ἐξ ἀλλοδαπῶν ἐθνῶν ἐνδύματα, ὅσα τε ἐκ σηρῶν βαβυλώνιαι καὶ ἀσσύριαι τελεσιουργίαι ποικίλως δημιουργοῦσι, καὶ ὅσα χεῖρες ἰταλῶν εὐφυῶς ἐξυφαίνουσιν, ἐξενήνοχε δόγμα, μηδένα τῶν ὑπηκόων χρῆσθαι αὐτοῖς, εἰ μὴ βούλοιτο, ὅστις ποτ᾽ ἄρ᾽ εἴη, αὐτός τε καὶ γένος ἄτιμος εἶναι· ἀλλ᾽ ἢ μόνοις τοῖς, ὅσα ἡ ῥωμαίων γῆ γεωργεῖ, καὶ αἱ ῥωμαίων ἀσκοῦσι χεῖρες.* « τῶν γὰρ ἀναγκαίων ἡ χρῆσις ἐστὶν ἀμετάβλητος, τὰ δὲ † ἐνδεχόμενα τοῖς « τῶν ἀρχόντων ἀκολουθοῦσιν ὀρέξεσι. καὶ τοῦτο νόμος αὐ- « τοῖς καὶ τιμή, ὃ τοῖς ἄρχουσι δεδογμένον ἐστίν. ὥστε κἀνταῦθα ἰδεῖν, ἐκεῖνα μὲν ἐν καιρὸς καταστάντα μοίρας τῆς λοιπῆς· τὸν δὲ τῆς εὐγενείας ὅρον ἐν τοῖς τῶν ῥωμαίων ἐνδύμασι περικλεισθέντα, τὸν δὲ πλοῦτον οἴκοθεν οἴκαδε (τὸ θρυλλούμενον) φερόμενον.

† ἐγχώρια

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΙΔΟΣ ΕΙΡΗΝΗΣ, ὅπως ἐκρημνίσθη τοῦ ἵππου.

ΑΛΛὰ γὰρ ἐφ᾽ ἕτερα ἡμῖν ἀγέσθω ὁ λόγος. τῇ μὲν βασιλίδι εἰρήνῃ μετὰ τὸ τεκεῖν τὸν παῖδα θεόδωρον, συνέβη ῥιφεῖσαν τοῦ ἵππου, ἐπὶ πολὺ τοῦ πεδίου συρῆναι. ἔτυχε γὰρ ἐπὶ θέαν κυνηγεσίου τινὸς ἄρτι ἐληλυθυῖα μετὰ τοῦ συζύγου καὶ βασιλέως, ὡς ἐντεῦθεν βλαβῆναι τε τὴν μήτραν, καὶ μηκέτι τεκεῖν τοῦ λοιποῦ. ἦσαν γε μὴν ἄμφω τὴν βασιλείαν ἰθύνοντες πάνυ σεμνῶς καὶ κοσμίως, καὶ πλείστην ποιούμενοι πρόνοιαν, τοῦ δικαιοσύνην τε καὶ εὐνομίαν ἀνθεῖν ἐν ταῖς πόλεσι,

πλεονεξίαν

Digitized by Google

νεξίαν τε ἀπελαύνει καὶ ἁρπαγήν. ἐδείμαντο δὲ καὶ ναοὺς ἀμφότεροι λίαν περικαλλεῖς, πλείστοις ἀναλώμασι μεγίστας καὶ ποικίλας τὰς τούτων οἰκοδομὰς κατεσκευακότες. ὁ μὲν βασιλεύς, τόν τε περὶ τὴν μαγνησίαν εἰς ὄνομα τῆς θεομήτορος σωσάνδρα καλούμενον, καὶ τὸν ἐντὸς τῆς νικαίας εἰς ὄνομα ἀντωνίου τοῦ μεγάλου· ἡ δὲ βασιλίς, τὸν ἔνδον τῆς παρὰ τὸ ὄρος τὸν ὄλυμπον κειμένης τῶν προυσαέων μητροπόλεως, ἐπ' ὀνόματι τοῦ τιμίου προφήτου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ, κτήματά τε πλεῖστα αὐτοῖς καὶ προσόδους ἐτησίους ἀφθόνως ἐπιχορηγήσαντες, μοναζόντων καὶ ἀσκητῶν ἐνδιαιτήματα ἔδειξαν, πλήρη χάριτος καὶ θυμηδίας πνευματικῆς. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ νοσοκομεῖα καὶ πτωχοτροφεῖα τοῖς τότε καιροῖς ἐπεδαψιλεύσαντο, καὶ ὅσα τὸν ἐκείνων περὶ θεὸν ἔρωτα ἔδειξαν ἐναργῶς.

ΟΠΩΣ ΤΕΛΕΥΤΗΣΑΣΗΣ ΤΗΣ δεσποίνης εἰρήνης, ἠγάγετο ὁ βασιλεὺς ἑτέραν.

Ἀλλ' ἐν τούτοις ἡ μὲν βασιλὶς εἰρήνη τὸ ζῆν ἐξεμέτρησεν. ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ σύζυγος, πάνυ βαρέως ἤδη μακρὸν τὴν ἐκείνης ἤνεγκε στέρησιν. ὅτε δὲ μὴ φέρων τὴν μόνωσιν, καὶ δευτέραν ἄγεται σύζυγον. αὕτη δὲ ἦν ἄννα ἡ ἐξ ἀλαμανῶν, ἔτι νέα πάνυ τὴν ἡλικίαν, ἀδελφὴ τοῦ ῥηγὸς σικελίας μαφρέ. εἵπετο δ' ἐκεῖθεν αὐτῇ καθάπερ τροφὸς καὶ παιδαγωγὸς ξὺν πολλαῖς ἄλλαις, καὶ γυνή τις ὡραίαν ἐπαγομένη προσώπου, καὶ ὀφθαλμῶν ὡς εἰπεῖν ἄφυκτόν τινα σαγήνην, ὄνομα μαρκεσίνα. ἡ φίλτροις καὶ καταδέσμοις ἐρωτικοῖς, καὶ ἠθῶν ἀστειότητι κατὰ μικρὸν ὑπηγάγετο καὶ τοὺς βασιλικοὺς ὀφθαλμούς, καὶ πρὸς τὸν ἑαυτῆς ἐξέκαυσεν ἔρωτας, ὡς παραθεωρεῖσθαι λαμπρῶς ἤδη τὴν βασιλίδα ἄνναν. εἰς τοσοῦτον γὰρ ὕστερον ἀτοπίας αὐτὸν οἱ τῆς μαρκεσίνης ἐξεκύλισαν ἔρωτες, ὥστε καὶ συμβόλοις κοσμεῖσθαι βασιλικοῖς συγκεχωρῆσθαι ταύτην. ὡς τούτων μὲν εἵνεκα μηδὲν ἔλαττον τῆς βασιλίδος ἄννης, τῆς δὲ βασιλικῆς στοργῆς καὶ ῥοπῆς πάσης ἀπήλαυεν, ὡς εἰπεῖν, αὐτή γε καὶ μόνη, ἀλλ' οὐ πλεῖον ἢ κατὰ τὴν νόμιμον σύζυγον, τὴν βασιλίδα ἄνναν φημί. ὅμως συνετός γε τυγχάνων ὁ βασιλεύς, οὐκ ἄλυπος τὸ παράπαν τὸν βίον διεβίωσεν, οὐδὲ κατηφείας καὶ συντριβῆς τῆς περὶ ψυχὴν ἐκτός, ἀλλὰ νύττουσαν εἶχε καθάπερ τι κέντρον ὀξὺ τὴν συνείδησιν. καὶ καιρὸν ἀνέμενε μετανοίας, καὶ λύσιν ἐζήτει θεόθεν τῆς τοιαύτης παρατροπῆς. δῆλον δ' ἐντεῦθεν τουτί. ἀπιοῦσαν γάρ ποτε τὴν μαρκεσίναν φασὶ προσκυνήσεως ἅμα καὶ θέας εἵνεκα εἰς τὸν θεῖον νεών, ὃν ὁ βλεμμύδης οἴκοθεν ἐδείματό τε, καὶ εἰς ἁγίων καὶ θεοφιλῶν ἀνδρῶν ἀσκητήριον κατεσκεύαστο, πολλὴν ἐπαγομένην τὴν τρυφήν, καὶ σφόδρα τοῖς βασιλικοῖς σεσοβημένην συμβόλοις καὶ τῷ ἀκολούθῳ πλήθει. ἀλλὰ πρὶν τῶν προθύρων αὐτὴν ἐπιβῆναι, τὰς τοῦ νεὼ θύρας ἔνδοθεν κλείουσιν ὁ τῶν θείων ἐκείνων ἀνδρῶν σύλλογος· καὶ ταύτῃ τὴν εἴσοδον ἀποκλείουσι, κελεύσει τοῦ καθηγητοῦ βλεμμύδου. ἀνὴρ δ' οὗτος πολλαῖς περιηνθισμένος ταῖς ἀρεταῖς, καὶ πολλῇ τῇ σοφίᾳ ἐξησκημένος, ὁπόσην τε ἑλλήνων ὑμνοῦσι παῖδες, καὶ ὁπόσην οἱ τῆς καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίας προστάται καὶ ῥήτορες εἰς ἡμετέραν ὠφέλειαν προὐθήκαν.

τὰ φίλτρα μαρκεσίνας.

auaricia uerò & rapinæ prohiberentur. Etiam templa elegantiſsima uterque maximis ſumptibus, amplitudine & uarietate ſtructuræ inſignia ædificarunt: Imperator Magneſiæ Deiparæ uirginis nomine, quod Soſandra dicitur: & aliud Nicęę, Magno Antonio ſacrum. Imperatrix uerò, intra Pruſam metropolim, ad montem Olympum ſitam, nomine uenerandi prophetæ, præcurſoris & Baptiſtæ, multis ornamentis additis, & amplis annuis reditibus adiectis, ubi monachi diuino cultui dediti habitarent: quæ loca plena erant ſuauitate & gratia ſpiritus. Nec his contenti, complura domicilia ad alēdos ſenes & pauperes deſtinarunt: aliáque fecerunt, quæ amorem eorum erga Deum euidenter declararent.

DE IMPERATORIS, poſt Irenes obitum, ſecundis nuptijs.

INterim Irene Imperatrice mortua, Imperator poſt longum luctum tandem ſolicitudinis pertæſus, aliam uxorem duxit, Annam Alemanam, admodum adoleſcentulam, Manfredi Siciliæ Regis ſororem. Quam inde nutricis & magiſtræ loco, cum multis alijs mulieribus comitabatur matrona pulcherrima facie, quæ ex oculis caſſes (ut ita dicam) ineuitabiles eiaculabatur, nomine Marceſina: quæ philtris & illecebris amatorijs, ac morum urbanitate paulatim etiam Imperatoris oculos in ſe cōuertit, amoréque ſui ſic incendit, ut iam haud diſsimulanter Imperatrix Anna præ ea negligeretur. Nam tandem eò dementiæ redactus eſt Marceſinæ amoribus, ut eam Imperatorijs inſignibus ornari pateretur, quibus Imperatrici Annæ nihil cederet: eandem uerò & amore & propenſione Imperatoris, & ſubditorum obſeruantia ac reuerentia longo interuallo ſuperaret, ne dicam ſola illis frueretur. Etſi autem prudens erat Imperator, non tamen uitam moleſtiæ, triſticiæ, angoris expertem egit: ſed conſcientiam acris inſtar ſtimuli pungentem habuit, pœnitentiæ occaſionem expectans, & prauitatis illius correctionem à Deo. id quod ex eo conſtat. Aiunt Marceſinam aliquando, tum adorandi, tum ſpectandi cauſa templum Blemmydę ſumptibus exædificatum, & piorum uirorum exercitationibus dedicatum adijſſe magno cum faſtu & ſplendore Imperatorio, ſatellitúmque comitatu. Sed priuſquam ueſtibulum intraſſet, cœtum monachorum templi fores Blemmydæ pręceptoris iuſſu intrinſecus illi occluſiſſe. Erat is multis uirtutibus inſignis, & uaria eruditiōe tum ſacrarū tum prophanarū literarū perpolitus.

Ioānes Ducas Marceſinæ amore captus.

Conſciētiæ ſtimulus adulterij comes.

Marceſina excluſa templo.

Nicephorus Blemmydes.

BIBLIOTECA NAZ. ROMANA VITT. EMANUELE

Digitized by Google

litus. Nefas enim iudicabat diuinus ille uir, nefariam illam & impudicam mulierculam profanis & conſceleratis pedibus ſacrum pauimentum calcare. Nec cum hoc feciſſe mirum, quippe qui prius etiam dicterijs illam tam lingua quàm calamo inceſſere nunquã deſtitiſſet. Ea uerò ſe grauiſsima contumelia affici rata, & tanto dignitatis faſtigio non ferenda, cùm per ſeſe ira ardebat, tum ab adulatoribus magis inflammabatur. Vnde ad Imperatorem magna cum indignatione reuerſa, toto impetu illum ad uindictam incitabat: eam ignominiã in ipſius Imperatoris caput redundare clamitans. Accedebant aſſentatorum uoces, oleum igni (quod aiunt) addentium, aucupandæ gratiæ cauſa. At Imperator ſubito mœrore affectus, ac lachrymis oppletus, cum profundo ſuſpirio: Quid me (inquit) ad uirum iuſtum puniendum impellitis? Nam ſi ego ſine probro & ignominia uiuere uoluiſſem, Imperij maieſtatem inuiolatam conſeruaſſem. Nunc cum ipſe meæ, atque adeò ipſius Imperij contumeliæ cauſam præbuerim: meritis meis gratia refertur, ut malæ ſementis malam meſſem percipiam.

Ioãnes Ducas culpam ſuam deplorat.

EXPEDITIO IMPERATORIS CONTRA MICHAELEM THESSALUM.

CAeterùm his temporibus Theſſaliæ & Aetoliæ, uiciniſq; regionibus præerat Michaelis Angeli primi nothus filius Michael. nam tota eius cognatione extincta, omne locorum illorum imperium ad unum nothum hunc deuolutum fuit. Huic filij fuerunt, Nicephorus, Ioannes, Michael: & quartus Ioannes, nothus & ipſe: inter quos breui pòſt diſtributurus erat ſuum principatum. Tum autem miſsis ad Imperatorem Ioannem legatis, filio ſuo Nicephoro, filij Imperatoris Theodori Laſcaris filiam Mariam, ſponſam petebat: & uoti compos factus eſt, (facta enim tum ſunt ſponſalia, & pacta qualiacunque) cum mane mater Theodora unà cum filio Nicephoro, tum uiſendæ ſponſæ, tum firmandorum ſponſalium cauſa adueniſſet. Quibus peractis, ſponſa ibidem relicta, cum filio domum redijt: fide accepta, fore ut anno ſequenti nuptiæ celebrarentur. Sed paulo pòſt Michael rupto fœdere, limites ſuos tranſgreſſus, Occidentales Romani imperij urbes infeſtauit: ut niſi Imperator Ioannes ipſe illi bellum inferret, periculum eſſet, ne omnes illæ urbes ab eo occuparentur. Vere igitur appetente, Imperator, exercitu maximo coacto, contra Michaelẽ proficiſcitur. Fama uerò præcurrente & ſparſa, Occiden-

IIII. filij Michaelis Theſſali.

Nicephori & Mariæ nuptiæ.

θηκαν. οὐ γὰρ ἔκρινε δίκαιον ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, βεβήλοις καὶ ἀθεμίτοις ποσὶν ἱερὸν πατεῖν ἔδαφος, τὸ ἀνόσιον ἐκεῖνο καὶ ἀναιδὲς γύναιον. πῶς γάρ; ὃς οὐδὲ πρότερον ἔληγε σκώμμασι βάλλων αὐτὴν, καὶ γλώττῃ καὶ γράμμασι διασύρων ἀεί. ἡ δὲ τὰ δεινότατα πάσχειν οἰομένη, καὶ τῆς βασιλικῆς ἀνάξια σφόδρα τιμῆς, εἰς θυμὸν ἀνῆπτεν ἑαυτὴν, καὶ πρὸς τῶν κολάκων παροξυνομένη μάλα ἐτύγχανεν. ὅθεν καὶ ἐπανίει πρὸς τὸν βασιλέα, λίαν ὑβριοπαθοῦσα, καὶ πρὸς ἄμυναν ὅλαις ὁρμαῖς αὐτὸν διεγείρουσα· καὶ εἰς τὴν τοῦ βασιλέως ὑπόστασιν ἀποφαίνουσα, ἀναστρέχειν τὰ τῆς ἀτιμίας τοιαυτησί. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ οἱ περὶ αὐτὴν κόλακες, οἱονεὶ πῦρ πυρὶ καὶ ξύλοις ξύλα προσεπιφέροντες, εἰς ὀργὴν ἀνάπτειν ἐπῆγον τὸ μείζονα ἔτι τὸν βασιλέα, χαριζόμενοι τῷ καιρῷ. ὁ δὲ βασιλεὺς ἔνδακρυς γενόμενος, καὶ βύθιόν τι στενάξας, καὶ πάσης μεστὸς κατηφείας καὶ κατανύξεως ἐν βραχεῖ καταστὰς, ἵνα τί με κολάζειν ἄνδρα δίκαιον συνωθεῖτε; ἔφασκεν. εἰ γάρ μοι πρὸς βουλήσεως ἦν, ἀτιμίας ὁμοῦ καὶ αἰσχύνης καθῆσθαι ἐκτὸς, ἀκίβδηλον ἂν τὸ τῆς βασιλείας ἐτήρουν σεμνὸν καὶ αὐτός. νῦν δὲ τὰς αἰτίας τῶν ἐμῶν ὕβρεων καὶ τῆς βασιλείας αὐτῆς, αὐτὸς παρεχόμενος, προσηκούσας ἀντιλαμβάνω λοιπὸν ἐντεῦθεν τὰς ἀμοιβὰς, καὶ τῶν πονηρῶν σπερμάτων ἄξια τὰ γεώργια.

ΕΚΣΤΡΑΤΕΙΑ ΤΟΥ ΒΑΣΙλέως κατὰ τοῦ ἀποστάτου μιχαήλ.

ΕΠΙ τούτων μέντοι τῶν χρόνων ἦρχε θετταλίας καὶ αἰτωλίας, καὶ τῶν πέριξ, μιχαὴλ ὁ νόθος υἱὸς τοῦ πρώτου ἀποστάτου μιχαὴλ τοῦ ἀγγέλου. τελευτησάσης γὰρ τῆς ἄλλης συγγενείας ἐκείνου πάσης, περιῆλθεν ἤδη πᾶσα ἡ τῶν χώρων ἐκείνων ἀρχὴ εἰς ἕνα τουτονὶ τὸν νόθον μιχαήλ. τούτῳ παῖδες ἐγένοντο, νικηφόρος, καὶ ἰωάννης, καὶ μιχαὴλ, καὶ τέταρτος νόθος ὄνομα ἰωάννης καὶ οὗτος. οἷς ἐπιμερίζειν ἔμελλε μετὰ βραχὺ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀρχήν. τέως μὲν οὖν πρέσβεις ἀποστείλας πρὸς βασιλέα ἰωάννην, ἐζήτει νύμφην ἀγαγέσθαι τῷ ἑαυτοῦ υἱῷ νικηφόρῳ, τὴν τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως θεοδώρου αὐτοῦ λάσκαρι θυγατέρα μαρίαν· καὶ ἀνύει τὸ ζητούμενον (ἐγένοντο γὰρ τηνικαῦτα μνηστεῖαι καὶ συμφωνίαι, οἷαι δὴ καὶ γεγόνασι) συμπαραγενομένης τῷ υἱῷ νικηφόρῳ, καὶ τῆς μητρὸς θεοδώρας κατὰ τὴν ἕω, ἅμα μὲν καὶ πρὸς ἐπίσκεψιν τῆς μνηστευομένης νύμφης, ἅμα δὲ καὶ πρὸς βεβαίωσιν τῶν ἐν τούτοις συμφωνιῶν. ὧν δὴ γενομένων, τὴν νύμφην αὐτόθι παρὰ τὰ οἴκοι καταλιποῦσα, ἐπανέστρεφεν οἴκαδε σὺν τῷ υἱῷ νικηφόρῳ θεοδώρα ἡ τοῦ μιχαὴλ σύζυγος, ἐγγύας λαβοῦσα παρὰ τῶν ἐκεῖσε βασιλέων, ἐν τῷ ἐπιόντι ἔτει τοὺς γάμους τελεῖσθαι. βραχὺ τὸ μεταξὺ, καὶ πρὸς κατάλυσιν ἔβλεψε τῶν σπονδῶν αὖθις ὁ μιχαήλ. καὶ ἄρας τῶν οἰκείων ὑπερέβαινε χώρους ἤδη πονήρως τῶν δυτικῶν πόλεων, αἳ τοῖς ῥωμαίων βασιλεῦσιν ὑπῆρχον ὑπήκοοι· ὡς ἀνάγκην εἶναι ἢ τὸν βασιλέα ἰωάννην στρατεύειν ἐπ' ἐκεῖνον, ἢ κίνδυνον εἶναι πάσας ὑπὸ τῷ μιχαὴλ τὰς δυτικὰς γενέσθαι πόλεις. ἦρος οὖν ἐπιγενομένου, πλείστην ὁ βασιλεὺς ἀθροίσας στρατιὰν, ἔξεισι κατὰ τοῦ ἀποστάτου μιχαήλ. τῆς δὲ φήμης θεούσης καὶ προπορευομένης,

αἱ μὲν

αἱ μὲν δυτικαὶ τῶν ῥωμαίων πόλεις, ἀνεθῤῥώννυντο πρὸς τὸ εὐθαρσές τε καὶ ἀνδρικώτερον. τὰ δὲ τοῦ μιχαὴλ ὑπεῤῥει καὶ ὑπεσπέπηχει· ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς περὶ θεσσαλονίκην καὶ μακεδονίαν ἐγένετο, πάλιν ὑπ' αὐτοῦ ῥᾳδίως αἱ πλείους τῶν δυτικῶν ἐγίνοντο πόλεων, ὁπόσας ἡ τοῦ ἀγγέλου μιχαὴλ ἔφοδος, ἐκλόνησέ τε, καὶ πρὸς βραχύν τινα χρόνον παρασπάσασα πεποίηκε, καστορία τε καὶ πρέσπα, καὶ ἄλλαι πρὸς ταύταις οὐκ ὀλίγαι. ὅθεν εἰς τὸν ἔσχατον συνελαθεὶς φόβον ὁ μιχαὴλ, πρεσβεύεται πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ τὰς προτέρας ἀνακαλεῖται σπονδάς, ἀποδιδοὺς αὐτῷ καὶ φρούρια, τά, τε ἄλλα καὶ τὸν πρίλαπον, ἔτι τε τὸν βελεσὸν καὶ τὸ * ἐτετιμήκει μέντοι ὁ βασιλεὺς ἑκατέρους τῷ δεσποτικῷ ἀξιώματι διὰ τὰς τοῦ κήδους μνηστείας, τόν τε μιχαὴλ καὶ τὸν αὐτοῦ υἱὸν νικηφόρον, ἵνα μηδὲν μεταξὺ ἀνακύπτῃ ἀμφίδοξον, ὁπόσα ψυχάς τε ταράττει, καὶ κινδύνους ἐγείρει πραγμάτων. ἀλλὰ γὰρ οὕτω τὰ ἐκεῖσε κατασκευασάμενος ὁ βασιλεὺς, ἐπανόδου ἥπτετο, μὴ βουλόμενος ἐκεῖσε τὴν χειμέριον ὥραν διαβιβάζειν. ἦν γὰρ ἤδη τῆς ἀρκτούρου ἐπιτολῆς ὁ καιρός.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΟΜΝΗΝΟΥ ΜΙχαὴλ τοῦ παλαιολόγου.

Ἐπεὶ δὲ περὶ τὴν φιλίππων γενόμενος, ἡμέρας ἐκεῖσε συχνὰς διατετρίφει, διαβολαί τινων ἀνεφύησαν κατὰ τοῦ κομνηνοῦ μιχαὴλ τοῦ παλαιολόγου, ὅτι βασιλείας ἐφίεται. καὶ ἤγοντο οἵ τε πρῶτοι τὰ τοιαῦτα διαψιθυρίσαντες φίλοι αὐτοῦ, καὶ οἱ κατ' αὐτοῦ ἔλεγχοι ἐζητοῦντο πρὸς τούτοις. ἀλλ' ἀΐσχυρα τὰ τῶν ἐλέγχων ἐδόκει, καὶ ψευδεῖς αἱ διαβολαί, εἴτε καὶ τῇ ἀληθείᾳ ψευδῶν οὐσῶν, εἴτε καὶ τοῦ καιροῦ σχεδιάσαντος οὑτωσί. ὅμως ἔδοξεν ὅρκοις αὐτὸν βεβαιώσαντα ὅτι τε ψευδεῖς αἱ διαβολαί, καὶ ὅτι οὐ μήποτε βουληθείη βασιλείαν ἐπιχειρῆσαι, ἐλεύθερόν τε εἶναι τοῦ λοιποῦ τῆς γεγενημένης καταδίκης, καὶ ὑποψίας ἁπάσης μένειν ὡς πορρωτάτω, καὶ πρός γε ἐπὶ τῆς προτέρας ἐφ' ὁμοίου τοῦ σχήματος ἀπολαύειν τιμῆς. καὶ γέγονεν οὕτω· ἐκεῖθεν μέντοι ἀπάρας ὁ βασιλεὺς, αὐτὸς μὲν ἀπῄει διαπεραιωσόμενος τὸν ἑλλήσποντον· τὸν δὲ στρατὸν διαφῆκεν ἀπιέναι περὶ τὰ οἴκοι διαχειμάσοντας.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΝΟΣΟΥ ΚΑΙ ΤΕλευτῆς τοῦ βασιλέως ἰωάννου τοῦ δούκα.

Πρὸς δὲ τὴν ἕω διαβάντι τῷ βασιλεῖ, καὶ περὶ τὴν νικαίαν διατρίβοντι, νόσος ἐνσκήπτει δεινὴ οὐκ οἶδ' εἴτε φρενῖτιν χρὴ προσειπεῖν, εἴτ' ἐπιληψίαν. ἐς γὰρ καρηβαρίαν τινὰ καὶ νάρκωσιν ἐπεπτώκει τοῦ ἡγεμονικοῦ, ὁποίαν καὶ οἱ τὰ περὶ τὸν ἐγκέφαλον οὐχ ὑγιῶς διακείμενοι, πάσχουσιν ἐν ταῖς τῶν οὐρανίων φωστήρων συνόδοις, τοῦ περιέχοντος ὑγροτέρου τε ἅμα καὶ ψυχροτέρου τηνικαῦτα καθισταμένου, καὶ ἴλιγγον σφίσιν ἐπάγοντος ἐγκεφάλου, ἀδυνάτως ἔχουσι δέχεσθαι τὰς τοιαύτας τροπὰς καὶ μεταβολάς. ἄφωνος δὲ, καὶ πλὴν τοῦ ἀναπνεῖν νεκρὸς ἐπὶ τρεῖς ὅλας διατελέσας ἡμέρας, ἀναφέρειν ἔδοξεν αὖθις, καὶ τοῦ νοσήματος ἀπαλλάττεσθαι. πλὴν οὐκ ἦν τέλος ἐξοστρακίζον ἰατρῶν ἐπίνοιαι τὸ πάθος ἐνδόμυχον, ἀλλ' ὥσπερ ἐμπεφωλευκὸς ἦν ἐκεῖνο,

καὶ ἕδραν

Occidentales Romanorum urbes animos receperunt: Michaelis uerò res labaſcebant, & peſſum ibant. Imperator autem cum ad Theſſalonicam & Macedoniam acceſsiſſet: pleraſque urbes Occidentales, quas Angeli incurſio concuſſerat, & ad breue tempus interceperat, facile recuperauit: ut Caſteriam, Preſpam, aliaſq; non paucas. Vnde ſummo timore perculſus Michael, miſsis ad Imperatorem legatis, priſtinum fœdus renouat: & præter alia caſtella, Prillapum etiam & Beleſum & * reſtituit. Imperator contrà, & patri Michaeli, & filio eius Nicephoro, propter affinitatis neceſsitudinem, Deſpotarum honorem conceſsit: ne quid poſtea orireturr, quod animos ad ſimultates excitaret, ac pacem perturbaret. Rebus autem ibi ſic ordinatis, reditum parat, quòd ibi hybernare nolebat. Inſtabat enim tum Arcturi exortus.

Theſſali fiunt Deſpotæ.

DE COMNENO MIchale Paleologo.

Cum uerò dies complures Philippis exegiſſet, criminationes quædã contra Michaelem Comnenum Palęologum eruperunt, eum regnum affectare. Producebantur ij qui primi illud ſuſurrarant, amici eius: & argumenta, quibus crimen probaretur, quærebantur. ſed & hæc infirma, falſæq; criminationes uiſę ſunt, ſiue reipſa eſſent falſæ, ſiue per id tempus tales haberentur: decretum tamen, ut iureiurando teſtaretur iniuriam ſibi fieri, nec ſe unquam regnum affectaturum: utq; deinceps ea pœna ſolutus, & ab omni ſuſpicione quàm remotiſsimus eſſet, prætereaq; deinceps priſtinum dignitatis gradum obtineret. His factis Imperator diſceſsit, Helleſpontum traiecturus: exercitum uerò domum in hyberna dimiſit.

MORBVS IOANNIS Ducæ, & obitus.

Qvum uerò in Orientem traiecisset, & ad Nicæam uerſaretur, atroci morbo eſt correptus, qui haud ſcio phrenitis an epilepſia ſit appellandus. nam grauitate & ſtupore capitis afficiebatur: ut ijs qui è cerebro laborant, in Solis & Lunæ congreſsibus aucta frigiditate & humiditate aeris, accidere ſolet, uertigine oboriente cerebro, quod tales cõuerſiones & mutationes ferre nequit. Quum autem mutus, &, reſpiratione excepta, mortuus tres perpetuos dies iacuiſſet: recuperare uires, morbóque leuari uiſus eſt. quem tamen ars medicorum non penitus propulſare potuit, quo minus ex eo tempore in eo deliteſceret,

& firmam

& firmam ſedem fixiſſe uideretur: ita ut deinceps aliâs affligeretur, aliâs ualere uideretur. Nam nunc plurium, nunc pauciorum dierũ interuallo uel accedebat uel recedebat malum: nunc domi, nunc in uia, nullo præcedente ſigno, ſubitò eum inuadebat, ut ſæpe à miniſtris ex equo delapſurus, lectica domum referretur. Morbus is annum integrũ caput eius infeſtabat, clàm ac paulatim ſubinde augeſcens: donec omni medicorum arte ſuperata, è rebus humanis eum ſuſtulit. Deceſsit autem ex eo morbo, cum circa Nymphæum uerſaretur: ac ſepultus eſt in Soſandrio, monaſterio à ſe extructo, anno ætatis ſexageſimo: ſeptem & uiginti natus annos, cum Imperium ſuſcepiſſet, idq; annos tres & triginta adminiſtraret: quot annos & filius ac ſucceſſor eius Theodorus compleuerat, eodem natus anno, quo pater ſumma rerum potitus fuit.

καὶ ἕδραν τινὰ δυσαπόσπαστον εἶχε· καὶ ἦν τὸ λοιπὸν νῦν μὲν πάσχων, νῦν δ' ὑγιαίνειν δοκῶν. κατὰ γὰρ ἡμερῶν διαστήματα, νῦν μὲν πλειόνων, νῦν δ' ἥττων, νῦν μὲν ὑπεχώρει, νῦν δ' αὖθις ἐπεχωρίαζε τὸ δεινόν. καὶ νῦν μὲν ἐν οἴκοις διατρίβοντι, νῦν δ' ἐν ὁδοῖς προσδοκίας οὐ προεγνωσμένης οὐδεμιᾶς, ἐξαίφνης ἐπῄει· καὶ πολλάκις τοῦ ἵππου πρὸς γῆν διακινδυνεύσαντα, δεξάμενοι φορεάδην εἰς τὸ ἀρχεῖον ἐκόμισαν. καὶ ἦν τῇ κεφαλῇ τὸ πάθος ἐπιδήμιον ὅλον ἐνιαυτόν, λάθρα καὶ κατὰ μικρὸν εἰς αὔξησιν προβαῖνον ἀεί· ἕως πολλῷ κρεῖττον πάσης ἰατρικῆς δυνάμεως γενόμενον, ἐξ ἀνθρώπων ἐπεποιήκει γενέσθαι αὐτόν. ἐγένετο μὲν οὖν ἐξ ἀνθρώπων ὁ βασιλεύς, ταυτησὶ περὶ γενομένης τῆς νόσου, περὶ τὸ Νύμφαιον τότε ποιούμενος τὰς διατριβάς. ἐτάφη δὲ ἐν τῇ μονῇ τῶν Σωσάνδρων, ἣν αὐτὸς ἐδείματο. ἦν δὲ ἔτος, ὁπότε ἐτελεύτα, ἑξηκοστόν· ὁπότε δ' αὐτὸς τὰ τῆς αὐτοκρατορίας ἐνεχειρίζετο σκῆπτρα, ἕβδομον ἤδη καὶ εἰκοστόν· ὡς μόνα τὰ τῆς αὐτοκρατορίας αὐτοῦ γίνεσθαι ἔτη τρία καὶ τριάκοντα· ὁπόσα δὴ καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ τῆς βασιλείας διάδοχος, ἦν Θεόδωρος. ὁμοῦ τε γὰρ αὐτὸς ἐξ ὠδίνων εἰς φῶς προήγετο μητρικῶν, καὶ ὁμοῦ τὰ τῆς αὐτοκρατορίας σκῆπτρα ὁ πατὴρ ἄρτι ἐδέδεκτο.

NICEPHORI GREGORAE HISTORIAE ROMANÆ Liber tertius.

CAPITA LIBRI III.

Theodori Laſcaris iunioris imperium.

De patriarcha Arſenio, & Imperatoris unctione.

De expeditione contra Bulgarum & Theſſalum.

De Paleologi fuga ad Turcos.

De Conſtantino Tæcho, principe Bulgarorum.

De obitu Imperatoris Theodori Laſcaris iunioris.

De Muzalone, tutore pueri Imperatoris.

De altero iureiurando ob Imperatoris filium dato.

De occaſionibus & cauſis, quibus ad imperium peruenit Paleologus.

De Michale Paleologo, quo pacto Deſpotæ dignitatem ſit adeptus.

De bellis Theſſalicis.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ, ῬΩΜΑΙΚΗΣ ἱστορίας λόγος τρίτος.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΒΙΒΛΙΟΥ γ.

Βασιλεία Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι τοῦ νέου.

Περὶ τοῦ πατριάρχου Ἀρσενίου, καὶ τῆς βασιλέως χρίσεως.

Περὶ τῆς κατὰ τοῦ Βουλγάρου καὶ Θετταλοῦ ἐκστρατείας.

Περὶ τῆς εἰς τοὺς Τούρκους φυγῆς τοῦ Παλαιολόγου.

Περὶ Κωνσταντίνου τοῦ Τίχου, τοῦ τῶν Βουλγάρων ἄρχοντος.

Περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ βασιλέως Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι, τοῦ νέου.

Περὶ τοῦ Μουζάλωνος, τοῦ ἐπιτρόπου τοῦ παιδὸς τοῦ βασιλέως.

Περὶ τῶν γενομένων ἑτέρων αὖθις ὅρκων ἕνεκα τοῦ παιδός, τοῦ βασιλέως.

Περὶ τῶν ἀφορμῶν καὶ αἰτιῶν τῆς βασιλείας τοῦ Παλαιολόγου.

Περὶ τοῦ Παλαιολόγου Μιχαήλ, ὅπως ἐδέξατο τὸ δεσποτικὸν ἀξίωμα.

Περὶ τῶν Θετταλικῶν πολέμων.

Cum autem Imperium iure hæreditario ad filium eius Theodorum Laſcarim rediturũ eſſet: quia is à patre uiuente nõ appellatus fuerat Imperator, codẽ defuncto, communi concurſu totius exercitus ac nobilium omnium ac procerum Imperator eſt ſalutatus.

Ioãnis Ducæ prudẽtia in regendo filio

Ἐπεὶ δὲ κατὰ κλῆρον πατρικὸν τῆς βασιλείας διάδοχος ὁ υἱὸς αὐτοῦ Θεόδωρος ἔμελλεν εἶναι ὁ Λάσκαρις, παρὰ δὲ τοῦ πατρὸς ἔτι ζῶντος, οὐκ * ἀνηγορεύετο βασιλεύς, ἀνηγορεύετο ἤδη θανόντος ἐκείνου κοινῇ συνδρομῇ τοῦ τε στρατοῦ παντός, καὶ ὁπόσοι τῶν ἐνδόξων ἦσαν καὶ εὐγενῶν.

* ἀνηγόρευτο

νῶν. τὸ μὲν γὰρ ὅτι τὴν βασιλείαν οὐδενὶ τῶν πάντων ἑτέρῳ πλὴν ἢ τῷ υἱῷ καταλιμπάνειν ὁ ἰωάννης ἐβούλετο, παντί που δῆλον. ὅτι δὲ πατὴρ ἦν πάνυ φιλόπαις, καὶ ὅτι οὐδ᾽ ἄλλῳ οὐδενὶ καταλέλοιπε ταύτην. τὸ δὲ ζῶν ἔτι βασιλέα ἀναγορεύειν αὐτὸν, ἐν ἀδήλῳ κειμένης ἔτι τῆς τῶν ὑπηκόων ἑκουσίου γνώμης καὶ προαιρέσεως, οὔπω δ᾽ οὐ πάνυ ἐβούλετο. πολλὰ γάρ φησι νεωτερίζειν οἶδεν ὁ χρόνος, ὁπότε μὴ κατὰ λόγον εὕροι τὴν ἑκάστου προσήκουσαν τῶν πραγμάτων γινομένην κατάστασιν. ἡ γὰρ νεότης ὀξύῤῥοπόν τι καὶ αὔθαδες οἴκοθεν οὖσα, ἀλόγως ἄττει πρὸς πάνθ᾽ ὅσα τὸ βουλόμενον εἰσηγεῖται· ἂν δὲ καὶ βασιλικὴν ἐλπίδα καὶ φήμην προσλάβηται, δι᾽ ἣν καὶ δῆμος ἕπεται μειρακίων τρυφώντων, καὶ πάσης ἀτόπου γλώσσης τὰς ἀκοὰς ἐμπιπλώντων, ὅμοιον γίνεται τηνικαῦτα ὥσπερ ἂν εἴ τις μεθύων ἄνθρωπος, καὶ πάντα παράφορα φρονῶν καὶ δεικνὺς ὁπόσα περὶ λογισμὸν καὶ διάνοιαν, καὶ ὁπόσα τὰ ἐκ κεφαλῆς ἄχρι ποδῶν, ἔπειτα μεγάλης οἴακας ὁλκάδος ἄγειν ἔμελλε χειροτονεῖσθαι, οὔτε τῶν χειροτονούντων ὀρθῶς κρινόντων, οὔτε τοῦ τὴν χειροτονίαν ἀνειλημμένου, οὔτ᾽ οὖν ὅ,τι φέροιτο, οὔθ᾽ ὅ,τι πράττειν χρεὼν εἰδότος. διὰ μὲν οὖν ἕν γέ τι τοῦτο βασιλέα χειροτονεῖν τὸν υἱὸν ζῶν αὐτὸς ἔτι οὐκ ἔκρινε δεῖν, τῇ τε τῆς ἐλπίδος ἀναιρέσει κολάζων τὸ τῆς νεότητος ἄστατον, καὶ ὅτι πολλοὶ διὰ μικροψυχίαν, ἐπιθυμίᾳ τῇ τοῦ κλήρου τῇ τῶν πατρῴων ἠχθέσθησαν μακροβιότητι· κἄπειτα μὴ περιμείναντες τὸ χρεὼν, ἐξέτεμόν τε τῆς πατρικῆς ζωῆς τὸν δρόμον, καὶ τοῦ παρόντος φθάσαντες ἀπήλλαξαν βίου. καὶ τῶν δήμων δὲ οἱ πλείους πολλάκις μὴ καθ᾽ ἑκούσιον γνώμην τὸν εἰς τὸ ἄρχειν ἐληλυθότα προκρίναντες, τύραννόν τε αὐτὸν ὠνόμασαν, καὶ μέντοι καὶ εἰς φθόνους καὶ ὕβρεις ὑπ᾽ ὀδόντα καὶ λαθραίας τὰ πρῶτα ἐχώρησαν, εἶτα καὶ εἰς ἐπιβουλὰς καὶ φόνους τὸ τελευταῖον ἐξώκειλαν. διὰ μὲν δὴ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα, οὐκ ἀνηγορεύετο βασιλεὺς ὁ θεόδωρος, περιόντος ἔτι τοῦ πατρός· ἀνηγορεύετο δὲ ὕστερον παρ᾽ ἑκόντων τῶν ὑπηκόων ἁπάντων, καθεσθεὶς ἐπ᾽ ἀσπίδος, ὡς τὸ ἐν τούτοις ἐπικρατοῦν ἔθος. ἔδει δ᾽ αὐτὸν καὶ διὰ πατριαρχικῆς χειρὸς τὸ βασιλικὸν ἀναδήσασθαι στέφος· ἀλλ᾽ ἦν τηνικαῦτα ὁ πατριαρχικὸς θρόνος ὀρφανισμένος τοῦ διέποντος, ἐπεὶ πρὸ βραχέος ἔφθη γενόμενος ἐξ ἀνθρώπων ὁ πατριάρχης γερμανὸς, ἀνὴρ συνετὸς καὶ ἀρετῇ καὶ λόγῳ τὸν βίον κοσμήσας. σκέμματα τοίνυν καὶ λόγοι προὐτίθεντο περὶ τοῦ τῆς πατριαρχείας ἀναδεξαμένου τοὺς οἴακας. καὶ ἦσαν ἐπὶ γλώττης πολλοί τε τῶν ἐπιδόξων, καὶ ἄλλοι ἄλλοις. ἐν τοῖς πάντων δ᾽ ἔκειτο στόμασι μᾶλλον ἁπάντων, ὁ σοφίᾳ καὶ ἀρετῇ περιώνυμος νικηφόρος ὁ βλεμμύδης· ὃς ἐτύγχανε παρὰ τὴν ἑαυτοῦ μονὴν, ἀθόρυβον ποιούμενος τότε τὴν δίαιταν, καὶ ἀσκήσει τραχείᾳ συντήκων τὸν βίον.

tus. Conſtabat enim, Ioannem utique nemini omnium niſi filio Imperium relinquere uoluiſſe: quòd & pater fuerat pius in liberos, & nemini alteri id deſtinarat. Sed obſcuris adhuc ſubditorum uoluntatibus, an id ijs lubentibus ac approbantibus futurum eſſet, uiuens eum deſignare nullo modo uoluerat: quòd diceret, Tempus multa nouare ſolere, niſi quiſque ita res adminiſtraſſet, quemadmodum oporteret. Nam adoleſcentiam ſuapte natura mobilem & contumacem, temere ad omnia ferri, quæ concupiſſet. Quòd ſi ſpes ac nomen Imperij acceſsiſſet, ob quas res delicatorum adoleſcentum comitatus accederet, ac omnium acclamationibus aures complerentur: idem accidere quod homini ebrio, cuius neque pes neque mens ſuum ſatis officium facit, ſi ad magnæ gubernacula nauis adhiberetur: cū nec ij à quibus eligeretur, rectè iudicarent: nec is qui electus eſſet, quò ferretur, quidùe agendum eſſet, intelligeret. Hanc igitur unam ob cauſam ipſe, dum in uiuis eſſet, illum eſſe deſignādum haud cenſuit: tum ut ſpe adempta, adoleſcentiæ leuitatem cohiberet: tum, quòd multi adeò puſillis eſſent animis, ut hereditatis cupiditate longiorem patrum uitā moleſtè ferrent, nec expectato fato curſum illius immatura morte interrumperent. Ad hæc, id eſſe populi plerunque ingenium, ut qui ipſo inuito rerum potitus eſſet, eum & tyrannum appellaret, & occultis initiò probris ac conuicijs laceraret, donec ad inſidias tandem apertámque uim & cædem deſcenderetur. His igitur & id genus alijs de cauſis, Theodorus patre ſuperſtite nō fuerat appellatus. Poſt eius obitum autem, totius populi ſuffragijs eſt creatus Imperator, in clypeo ſedens, more à maioribus accepto. Sed cum à patriarcha coronandus eſſet, ac tum ſedes uacaret (nam Germanus, uir prudens, & doctrina & probitate uitæ inſignis, non ita pridem deceſſerat) de ſucceſſore eligendo deliberatum ac diſputatum eſt: ac multi in expectatione atque in ore erant, & alij alijs. Sed doctrina & uirtute celebris Nicephorus Blemmydes, omnium ſermonibus cæteris præferebatur: qui tum in monaſterio à ſe extructo, quietam agens uitam, aſpera uictus & exercitationū ratione ſeſe macerabat.

Sedere in clypeo.

Nicephor⁹ Blemmydes patriarchatum recuſat.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΑΡΣΕΝΙΟΥ, καὶ τῆς βασιλέως χρίσεως.

ΟΥ γε μὴ δεξαμένου, προὐκρίθη τῶν ἄλλων ὁ μοναχὸς ἀρσένιος, ὃς τηνικαῦτα τὸν ἀσκητικὸν ἤνυε δίαυλον περὶ ἕν τι τῶν ἀσκητηρίων ὃ κατὰ τοὺς τῆς ἀπολλωνιάδος ἵδρυται χώρους, ἀνὴρ περιφανὴς μὲν τὴν κατ᾽ αὐτὸν ἀρετὴν, τὸν δὲ τρόπον ἁπλοῦς, καὶ μὴ πολλὰς ἐξελίττειν εἰδὼς τὰς λαβυρίνθους περὶ τὸν λογισμόν. ἱερᾶται τοίνυν οὗ-

DE ARSENIO PAtriarcha, & Imperatoris inunctione.

IS cum delatum ſibi honorem recuſaſſet, cæteris prælatus eſt Arſenius monachus: qui in quodam monaſterio iuxta Apolloniam ſtrenuè ſeſe exercebat, uirtute illuſtris ille quidem, ſed ſimplici uir ingenio, & minimè callido. Sacerdotio igitur

hic potitur, & patriarcha creatur communi pontificum ſententia & ſuffragio, Imperatore maximè approbante, & pontificium illud ſuffragium (uti moris eſt) confirmante.

THEODORI SECVNdi expeditio contra Bulgaros & Theſſalos.

QVibus peractis, Imperator à patriarcha unctus, & diademate ornatus, expeditionē parat. Nam Bulgarorū princeps, ut primùm Imperatoris obitū audierat, fœderis, quod cum illo fecerat, rumpendi conſilia agitans, Romanæ ditionis oppidula in Thracia continentibus incurſionibus ita uexabat, ut non paucis ad montem Rhodopē ſitis potiretur. Idem & fœdifragus Michael in Theſſalia fecerat, aduerſus finitimas ſibi Romanorum prouincias & ciuitates. Imperator uerò principiò, quod pater cum Turcis percuſſerat, fœdus renouat, & confirmat: ut Orientalium negociorum cauſa, omnis ſolicitudinis eſſet expers. Deinde ſub Pleiadum exortum, Helleſpontum traijcit, exercitum paterno longè maiorem ſecum adducens. Nec enim eos tantum qui militiæ deſtinati erant, ſed uenationis etiam miniſtros, relictis canibus & auibus, militare iuſſit. Cæterùm Bulgarorum princeps, tanto Imperatoris apparatu audito, graui terrore percelli cœpit, & uarijs ſubinde cogitationibus æſtuauit. Cum autem armis decernere nullo modo poſſet, tum quòd exercitum tantæ hoſtium multitudini, armis præſertim inſtructiſsimæ, parem non haberet: tum quòd Imperatorem ætate florentem gloriæ ſtudio flagrare, & deſtinata ſtrenuè atque alacriter exequi cerneret: tandem quid è re ſua eſſet animaduerſo, uetus fœdus renouat, Imperatorem facilè ſibi reconciliatum iri ſperans, quòd is ſororem ſuam in matrimonio haberet. haud ignarus, quòd etiam fama fœdifragi Theſſali Michaelis perturbatus, illum quamprimùm compeſcere decreuiſſet, antequam omnia occuparet: quæ res uel in primis ad impetrandam pacem adiumento ſibi futura eſſet. Igitur legatis ad Imperatorem miſsis, ſpe facilius pacem impetrauit, reſtitutis omnibus quæ Romanis interceperat caſtellis. Ac ne diutius morer, ſub autumnale æquinoctium Imperator cum ſuis legionibus rectà in Theſſaliam contendit. Sed priuſquam Macedoniam attigiſſet, Theodora Michaelis uxor ei occurrit, tum ut nuptias Nicephori filij ſui & Mariæ filiæ Imperatricis conficeret: tum ut quę maritus Romanæ ditioni per latrociniū quoddam ſubtraxerat, reſtitueret.

Bulgarus ueniam impetrat.

Theſſalus ueniam impetrat.

Quibus

τος, καὶ πατριάρχης χειροτονεῖται κοινῇ τῇ τε ἀρχιερέων γνώμῃ καὶ ψήφῳ, καὶ τοῦ βασιλέως τὰ μέγιστα συναινοῦντος, καὶ ἐπικυροῦντος, ὡς ἔθος, τὴν ἀρχιερατικὴν ψῆφον ἐκείνην.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ ἐκστρατεία κατὰ τῶν βουλγάρων καὶ θετταλῶν.

ΕΠΙ τούτοις ὁ βασιλεὺς παρὰ τοῦ πατριάρχου χρισθεὶς, καὶ τὸ στέφος ἀναδησάμενος, πρὸς ἐκστρατείαν παρεσκευάζετο. ἀκούσας γὰρ ὁ τῶν Βουλγάρων ἄρχων, ὅτι ὁ βασιλεὺς ἐτεθνήκει, πρὸς ἀθέτησιν ἔβλεψεν αὐτίκα τῶν μετ' ἐκείνου σπονδῶν, καὶ συνεχῶς λοιπὸν ἐποιεῖτο τὰς ἐκδρομὰς κατὰ τῶν ἐν θράκῃ ῥωμαϊκῶν πολιχνίων, ὡς καὶ οὐκ ὀλίγα τῶν περὶ τὴν ῥοδόπην τὸ ὄρος ποιήσασθαι ὑποχείρια. τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὁ ἀποστάτης περὶ θετταλίαν ἐπεποιήκει μιχαὴλ, κατὰ τῶν ὁμορούντων αὐτῷ χωρῶν καὶ πόλεων, ὁπόσαι ῥωμαίοις τηνικαῦτα ἦσαν ὑπήκοοι. ἀλλὰ γὰρ πρῶτον ὁ βασιλεὺς ἃς μετὰ τῶν τούρκων ὁ πατὴρ ἐπεποιήκει σπονδὰς, ταύτας ἤδη καὶ αὐτὸς ἀνανεούμενος ἐπεκύρωσεν, ἵν' εἴη φροντίδος ἁπάσης ἐκτὸς, τῶν ἑῴων χάριν πραγμάτων. εἶτα διέβαινε τὸν ἑλλήσποντον ἐν τούτῳ τοῦ χρόνου, ἐν ᾧ καὶ πλειάδες ἄρχονται ἐπιτέλλειν. ἐπήγετο δὲ στρατιὰν πολλῷ τῷ μέτρῳ τὴν τοῦ πατρὸς ὑπερβαίνουσαν. οὐ γὰρ μόνον ἐξ ὧν ἔδει συνεκρότει στρατὸν, ἀλλὰ καὶ ὅσοι περὶ τὴν τῶν κυνηγεσίων ὑπηρεσίαν ἐσχόλαζον, πάντας κυνῶν καὶ ὀρνέων ἀπαλλάξας, στρατείᾳ συνέλεξεν. ἐπεὶ δ' ὁ τῶν Βουλγάρων ἄρχων, τὴν τοῦ βασιλέως ἠκηκόει βαρεῖαν ἔφοδον, φόβοις ἤδη μεγάλοις τὴν καρδίαν σπαράττεσθαι ἤρχετο, συχνούς τε καὶ ἄλλοτε ἄλλους ἀνεκύκλει τοὺς λογισμούς. ἐπεὶ δὲ καὶ πολέμῳ τὴν τῶν πραγμάτων διδόναι κρίσιν, ἄπορον ἦν αὐτῷ, καὶ σφόδρα τῶν ἀδυνάτων, τοῦτο μὲν, ὅτι στρατὸς ἀντίρροπος οὐκ ἦν αὐτῷ, οὐδ' ἱκανὸς ἀντιπαρατάξασθαι πολεμίων τοσούτῳ πλήθει, καὶ ἅμα βαρείᾳ καὶ λαμπρᾷ καταπεφραγμένῳ τῇ ὁπλίσει, τοῦτο δ' ὅτι καὶ βασιλέα ἑώρα νέον, καὶ λαμπραῖς ταῖς φιλοτιμίαις ἀνθοῦντα, καὶ τελεσιουργοῖς ταῖς ὁρμαῖς χρώμενον ἐς τὰ πράγματα· ἔγνω τὸ συνοῖσον οἱ, καὶ τὰς προτέρας ἀνεκαλεῖτο σπονδάς. ἦν γὰρ ἐν ἐλπίσιν αὐτῷ ῥᾷστα τυχεῖν τῆς βασιλικῆς εὐμενείας, ὅτι γαμβρὸς ἦν ἐπ' ἀδελφῇ τούτῳ ὁ βασιλεύς· καὶ ἅμα ᾔδει ὡς καὶ ἡ ἐκ θετταλίας φήμη τοῦ ἀποστάτου μιχαὴλ, βιαίως αὐτὸν ἀνθέλκουσα ἵστατο, τὰ ἐκεῖσε τὴν ταχίστην ἀπελθόντα καταστήσασθαι, πρὶν ὑπὸ χεῖρα γενέσθαι πάντα τῷ μιχαήλ. ἦν γὰρ οὐ μικρὸν οὐδὲ τοῦτο, δυνηθῆναι πεῖσαι σπείσασθαι αὐτῷ. καὶ μέντοι καὶ πρέσβεις ἀποστείλας ἐς βασιλέα, ῥᾷον ἢ κατὰ τὰς ἐλπίδας ἔτυχε τῶν σπονδῶν, ἀποδοὺς πάνθ' ὅσα μετὰ τὴν παρασπόνδησιν εἷλε ῥωμαίων ὑποτελῆ φρούρια. καὶ ἵνα μὴ διατρίβωμεν, ἄρτι τοῦ ἡλίου περὶ τροπὰς τυγχάνοντος φθινοπωρινὰς ἀναλαβὼν τὰ ῥωμαϊκὰ στρατεύματα, εὐθὺ θετταλίας ὁ βασιλεὺς ἐπορεύετο. ἀλλὰ γὰρ οὔπω μακεδονία τὰ βασιλικὰ στρατόπεδα ὑπεδέχετο, καὶ θεοδώρα ἡ τοῦ ἀποστάτου μιχαὴλ γυνὴ ἐφοίτα πρὸς αὐτὸν, ἐκτελέσουσά τε τοὺς γάμους τοῦ τε υἱοῦ νικηφόρου, καὶ μαρίας τῆς τοῦ βασιλέως θυγατρὸς, καὶ ἀποδώσουσα ὅσα παρεξιὼν ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ἐν λῃστοῦ τρόπῳ ὑπηγάγετο μέρη τῆς τῶν ῥωμαίων ἐπικρατείας.

καὶ ἦν

καὶ ἦν ταῦτα μετὰ μικρὸν ῥᾳδίως τῷ βασιλεῖ τελεσθέντα, καὶ ἡ Θεοδώρα ἀπῄει πρὸς τὸν ἄνδρα Μιχαήλ, καὶ Μαρίαν ἤδη μεθ' ἑαυτῆς ἐπαγομένη τὴν ἤδη τοῦ υἱοῦ νύμφην.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΤΟΥΡΚΟΥΣ φυγῆς τοῦ παλαιολόγου.

Ἐν τούτοις δ' ἀσχολουμένῳ τῷ βασιλεῖ γράμματα ἐφοίτα παρὰ τῶν νικαιέων, τὴν τοῦ παλαιολόγου μιχαὴλ πρὸς τούρκους φυγὴν ἀπαγγέλλοντα. αὐτὸς γὰρ ἐξιὼν, τὴν τῶν νικαέων ἡγεμονίαν ἐπετέτραπτο, ἕως ἂν ἐκ τῶν ἑσπερίων αὖθις ἐπανέλθῃ πρὸς ἕω. ὃ δὴ καὶ οὐ μετρίως τὸν βασιλέα λελύπηκε, καὶ εἰς ταραχὴν ἐνέβαλε λογισμῶν. ἡ δὲ πρόφασις τῆς φυγῆς, τοιάδε τις ἐλογίζετο. ὁρῶν φθονοκορυφούμενον πολὺν πολλαχόθεν τὸν φθόνον, καὶ λόγους φθόνου μεστοὺς λάθρα τὴν ἀκοὴν αὐτοῦ περικλύζοντας, καὶ κολάσεις κατ' αὐτοῦ πρὸς τοῦ βασιλέως μελετωμένας καὶ ψιθυριζομένας, οἵας ἄν τις ἐχθροῖς ἀλλοφύλοις ἐπαράσαιτο, μηδὲν ὅλως ἐφ' ἡσυχίας οὐκ εἶχεν· ἀλλ' ἄναντα καὶ κάταντα φερόμενος, μεστὸς ἦν λογισμῶν πολεμίων τὴν ψυχὴν, ὥσπερ αἰχμάλωτον ἀγόντων τε καὶ φερόντων, καὶ ἀγεννῶς σπαραττόντων. ἐδεδίει γὰρ τὸ τοῦ βασιλέως πρὸς τὰς τιμωρίας ἀπότομόν τε καὶ ἀπηνὲς, καὶ ὀξύρροπον, καὶ ἥμερον οὐδὲν οὐδὲ συμπαθὲς ἐν γνώσει πρὸς τοῦ βασιλέως αὐτοῦ γενησόμενον. ἐπεὶ καὶ μεγάλας διαβολὰς, καὶ εἰς ὕψος κορυφωθείσας μακρὸν, ἃς οἱ φθονοῦντες κατ' αὐτοῦ συνεκύκησαν, καὶ τὰς τοῦ βασιλέως ἀκοὰς ἐμπεπλήκασιν, οὐ ῥᾴδιον ἔβλεπεν αὐτῷ ἀπολύσασθαι ἐν βραχεῖ. ταύτῃ τοι καὶ ἀγχίνους, φυγῇ τὴν σωτηρίαν πορίζεσθαι βέλτιον πάσης ἐτίθει βουλῆς. ἐπεὶ δὲ καὶ ἀπιὼν παρὰ τὸ ἰκόνιον, εὗρε τηνικαῦτα τὸν σουλτὰν πάσῃ σπουδῇ τὰς ἑαυτοῦ συγκροτοῦντα δυνάμεις, ἵν' ἐπελαύνοντα κατὰ πλῆθος τὰ σκυθικὰ στρατεύματα δέξαιτο, ὥσπερ δή τι μέγιστον ἕρμαιον ἔδοξεν ἐκείνῳ, καὶ μάλα τοι καίριον. ἐπεὶ γὰρ ἦσαν ὑπ' αὐτοῦ πάλαι δεδουλωμένοι ῥωμαίων συχνοὶ, τούτους εἰς μοῖραν καταλέξας στρατοῦ, ὑπὸ στρατηγῷ τῷ παλαιολόγῳ τάττεσθαι προσέταξε, ῥωμαϊκὴν καὶ ξένην, ἢ κατὰ τὴν ἐκείνων ἐγχώριον περικειμένους στολήν τε καὶ ὅπλισιν, ἵνα τοῖς σκύθαις κατάπληξις τὸ πρᾶγμα γένηται, λογισαμένοις χεῖρα συμμαχικὴν ἐκ ῥωμαίων ἄρτι ἐληλυθέναι. ὃ δὴ καὶ ξυνέβη. φασὶ γὰρ τοὺς σκύθας, ὁπότε ξυνῆσαν εἰς χεῖρας τοῖς τούρκοις, στολήν τινα καὶ εἶδος οὐ μέτριον ἔχειν, ἀλλόκοτον ἐξαίφνης ἰδόντας στρατὸν κατ' αὐτῶν ἥκοντα. καὶ τάχ' ἂν σὺν οὐδενὶ κόσμῳ φεύγοντες ᾤχοντο κατὰ νώτου λαβόντες διώκοντας, οὓς ἀκονιτὶ χειρώσασθαι ἤλπισαν, εἰ μή τις τῶν τοῦ σουλτὰν κατὰ γένος προσηκόντων διά τινα προλαβοῦσαν ἀπέχθειαν, πολλὴν ἐπαγόμενος στρατιὰν, ἑκὼν προσερρύη τοῖς σκύθαις, ῥηγνυμένης ἤδη τῆς μάχης. τοῦτο γὰρ τὰ τῶν τούρκων ῥᾷστα ἀνέτρεψε πράγματα, καὶ τὴν πλείονα χώραν αὐτῶν τῇ τῶν σκυθῶν προσέθηκεν αἰχμῇ. ἀλλ' οὔπω πολὺς παρερρύη χρόνος, καὶ γράμματα πολλῆς τῆς βασιλικῆς εὐμενείας μεστὰ, καὶ πολλὴν ὑπισχνούμενα τὴν στοργὴν καὶ τιμὴν ἧσαν παρὰ βασιλέως, ἀνακαλούμενα τὸν παλαιολόγον, ἔνορκον ἔχοντα τὴν ἀσφάλειαν ὧν ὑπισχνοῦντο. καὶ οὕτως ἡ ῥωμαίων γῆ, τὸν παλαιολόγον αὖθις ἐλάμβανεν, οὐ πρότερον μέντοι πρὶν ἢ καὶ αὐτὸν δοῦναι τὴν ἀσφάλειαν τῆς αὐτοῦ πρὸς τὸν βασιλέα πίστεως βεβαίαν δι' ὅρκων φρικωδεστάτων,

Quibus rebus paulo poſt facilè confectis, Theodora ad maritum Michaelem reuertitur, filij ſponſa Maria unà ſecum adducta.

DE PALAEOLOGI fuga ad Turcos.

IMperatori his rebus occupato, literæ Nicæa redduntur, quæ Palæologi ad Turcos fugam ſignificarent. ei enim abiens Nicænam præfecturam, dum ex Occidente in Orientem rediret, mandarat. Quę res Imperatorem non mediocriter perculit, ac perturbauit. Fugę uerò prętextus hîc ferebatur. Cũ ſe à multis & multifariam in inuidiam adductum cerneret, uerbis que odioſiſsimis Imperatoris aures clàm occupari: ab eòque imminere ſibi & ſuſurrari ſupplicia, quæ infeſtiſsimis hoſtibus imprecanda eſſent: ſibi nullo modo quieto eſſe licuiſſe, quo minus hoſtilium cogitationum plenus, ſurſum deorſum huc atque illuc inſtar mancipij raptaretur, & ignominioſe uexaretur: timuiſſe Imperatoris in puniendo ſeueritatem & celeritatem, nec quicquam clementiæ ſperare potuiſſe. Neque enim expeditum ſibi fuiſſe, magnas calumnias, & ſupra modum exaggeratas, quas inuidi ſui cõcinnaſſent, ac Imperatoris auribus ingeſſiſſent, exiguo tempore refellere. Quare ſe deſperatione coactum, nihil prius habuiſſe, quàm ut fuga ſalutem quæreret. Cum uero Iconium proficiſcens, Sultanum ſuas copias ſummo ſtudio conducentem repeiſſet, ad Scythas cum maximo exercitu irruentes, propulſandos: optatiſsimus illi ac gratiſsimus aduentus eius fuit. Nam cum Romanos complures pridem ſubactos haberet, eos in unam legionem contractos Palæologo parêre iuſsit, Romanis & peregrinis armis & ueſtibus ornatos: ad Scythas percellendos, qui crediturí eſſent, Turcis recentia auxilia illinc eſſe miſſa. id quod accidit. Aiunt enim Scythas, cum Turcos inuaderent, haud mediocriter eſſe perterritos, peregrino exercitu conſpecto: ac forſitan perturbata acie fugituros fuiſſe, ac terga daturos ijs quos abſque ullo negocio ſe fuſuros eſſe credidiſſent, niſi quidam Sultani cognatus, ex ueteri ſimultate, cum magnis copijs, cum iam ad manus uentum eſſet, ultrò ſe ad hoſtes contuliſſet. Quę res Turcorum fortunas euertit, & maiorem partem ditionis eorum Scythis adiecit. Cæterùm non multo pòſt liberaliſsimis & amiciſsimis Imperatoris literis Palæologus eſt reuocatus, ſecuritate iureiurando firmata. Ita Palęologus in Romanam terram redijt, non prius tamen, quàm ſanctiſſimo iureiurando Imperatori promiſiſſet, ſe dicto

Cauſa fugæ

Turcorum Romana legio.

Turci à Scythis uincuntur.

Perfidia cognati.

Palæologi reditus.

ſe dicto ſemper fore audientem, nec regnum affectaturum eſſe unquam, nec ad ea redíturum quæ antè crimini data ipſi eſſent: neque poſthac intermortuam ſuſpicionem aucturum, ſed conſeruaturum & propagaturum parem beneuolentiam & amorem erga ipſum Imperatorem Theodorum, & filium eius Ioannem, cęteróſque tam familię quàm imperij ſucceſſores. His igitur conditionibus Magni Conoſtabili dignitate recepta, deinceps Imperatoria beneuolentia & liberalitate in primis floruit.

Palæologus Magnus Conoſtaulus.

DE CONSTANTINI Tœchi regno in Bulgaria.

INter hæc Bulgarici motus nunciantur. Nam Aſane illorum principe, cuius ſoror Theodoro Imperatori nupta erat, ſine liberis defuncto, qui ei ſuccederent, neceſſe erat principatum ad Mytzen ſororis eius maritum tranſire: idq; factum eſt. Erat autem is homo ſegnis & effœminatus. quibus de cauſis paulatim contemptui eſſe cœpit, donec mutatis populi uoluntatibus omni poteſtate priuaretur. Erat autem ijs temporibus in Bulgaria uir clarus, nomine Conſtantinus, cognomento Tœchus, ingenij dexteritate & robore corporis multum alijs antecellens: qui, cum rem Bulgaricam labaſcere cerneret, inſurgit: conciliatáque ſibi & plebis & nobilitatis beneuolentia, illorúmque omnium uoluntate principatu potitus, Ternobum obſidet, quæ Bulgarorum regia erat: ut Mytzes uel inuitus cum uxore & liberis in munitum quoddã & maritimum caſtellum, nomine Meſembriam, confugere cogeretur. Vnde ad Imperatorem tranſit, Nicææ in Aſia tum degentem: Romanæ'que ditionis Meſembriam fecit. pro qua prædijs circa Troiam & Scammandrum ab Imperatore cum annuis reditibus acceptis, ibidem æui reliquum cum uxore ac liberis quietus exegit. Ceterùm Conſtantinus Tœchus Bulgarici regni potitus, legatos ad Imperatorem mittit, ſe amicum eius & fœderatum profitens, ſi qua ſibi ex eius filiabus deſponderetur: non quòd coniuge eſſet opus, quippe qui uxorem & liberos haberet: ſed quia nullo gentilitio iure Bulgaricum regnum ad eum pertinebat, iniquo ferebat animo, ea ſe parte deteriorem, ac ueluti nothum & dici & haberi. Hac igitur de cauſa, & quia Imperatoris filiam, Aſanis non ita pridem defuncti Regis ex ſorore neptem eſſe ſciebat: atque etiam ſui honoris cauſa, & ad firmandum principatum, eas nuptias ambiebat, priorem coniugem ſtatim ſe repudiaturum promittens. Quibus ab Imperatore impetratis, & Theodora eius filia & thori & regni ſocia accepta, priorem coniugem Nicæam mittit,

Ternobus.

Meſembria

Theodora Imperatoris filia Bulgaro nubit

quæ

ὥστε ἐμμένειν τοῖς ὅροις ἀεὶ τῆς ὑποταγῆς, καὶ μὴ ζητεῖν ἐθέλειν ἑαυτῷ βασιλείαν ποτὲ, καὶ ἐπανιστᾶν πρὸς τὰ πρότερον κατ' αὐτοῦ λαληθέντα, καὶ βεβαιοῦν αὖθις διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἔργων τὴν ἤδη τεθνηκυῖαν ὑποψίαν, ἀλλὰ τηρεῖν καὶ διαβιβάζειν ὁμοίως ἀεὶ τὴν αὐτὴν εὔνοιαν καὶ στοργὴν πρός τε δὴ τὸν βασιλέα Θεόδωρον, καὶ πρὸς τὸν αὐτοῦ γε υἱὸν Ἰωάννην, καὶ τοὺς ἐφεξῆς διαδόχους τοῦ τε γένους αὐτῶν καὶ τῆς βασιλείας. καὶ μὲν δὴ ἐπὶ τούτοις αὖθις ὑπὸ τοῦ μεγάλου τετίμηται ἀξιώματι κονοσταύλου, καθὰ καὶ τὸ πρότερον, καὶ ἦν τοῦ λοιποῦ λαμπρᾶς τῆς βασιλικῆς κηδεμονίας ἀπολαύων καὶ εὐμενείας.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΚΩΝσταντίνου τοῦ Τοίχου ἐν Βουλγάροις.

ΕΝ τούτοις τοσαῦτα καὶ τὰ τῶν Βουλγάρων ἀγγέλλεται πράγματα. ὁ γὰρ τῶν Βουλγάρων ἄρχων Ἀσὰν ὁ τοῦ βασιλέως Θεοδώρου γυναικάδελφος, τὸ ζῆν ἐξεμέτρησεν· αὐτῷ δὲ παῖς οὐκ ἦν ὁ διαδεξόμενος, ὡς εἰκὸς, τὴν ἀρχήν. ὡς ἀνάγκην εἶναι λοιπὸν κατὰ δεύτερον, τὸ λεγόμενον, πλοῦν, εἰς τὸν ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸν τὸν Μυτζῆν αὐτὴν διαβαίνειν. τοιγαροῦν καὶ ξυνδεδράμηκεν. ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ νωθρός τις καὶ ἄνανδρος, καὶ διὰ τοῦτό γέ τοι ὑπάρχων πρὸς τὸ καταφρονούμενον ὑπορρέων κατὰ μικρὸν, εἰς τὸ παντελῶς ἀκυροῦσθαι ἐκκεκύλισται τὰ δόξαντά οἱ παρὰ τοῦ πλήθους. ἦν δέ τις ἐν Βουλγάροις ἐπίσημος τηνικαῦτα, Κωνσταντῖνος ὄνομα, Τοῖχος ἐπώνυμος, φρονήσεως ἐμβριθείᾳ καὶ ῥώμῃ σώματος πολλῷ τῶν ἄλλων προέχων· ὃς πλημμελοῦσαν ἰδὼν τὴν ἀρχὴν τῶν Βουλγάρων, ἐπανίσταται κατ' αὐτῆς· καὶ προσεταιρισάμενος τό, τε δημοτικὸν καὶ ὅσον ἐν ἀξιώμασι τοῦ ἔθνους καὶ ἔκκριτον, καὶ παρ' ἑκόντων ἁπάντων αὐτῶν τὴν τοῦ κράτους δεξάμενος ἀνάρρησιν, ἐπολιόρκει τὴν Τέρνοβον ἐν ᾗ τὰ βασίλεια ἦν τῶν Βουλγάρων· ὡς ἀναγκασθῆναι καὶ ἄκοντα τὸν Μυτζῆν, φυγεῖν ἅμα γυναικί τε καὶ τέκνοις εἰς ὀχυρόν τι καὶ παράλιον φρούριον Μεσημβρίαν καλούμενον. ἐκεῖθεν εἰς βασιλέα μεταχωρεῖ, κατὰ τὴν ἐν Ἀσίᾳ διατρίβοντα Νίκαιαν, Ῥωμαίοις ὑπήκοον ποιησάμενος, καὶ τὸ τῆς Μεσημβρίας ἤδη τούτοις φρούριον· καὶ χωρία τινὰ περὶ Τροίαν καὶ Σκάμανδρον εἰληφὼς παρὰ βασιλέως εἰς ἐπέτειον πρόσοδον, ἐκεῖσε τοῦ λοιποῦ διανέπαυσεν ἑαυτὸν, ἅμα γυναικί τε καὶ τέκνοις. ὅ γε μὴν Κωνσταντῖνος ὁ Τοῖχος τῆς Βουλγαρικῆς ἀρχῆς ἐγκρατὴς καταστὰς ἑαυτὸν, διαπρεσβεύεται πρὸς τὸν βασιλέα, φίλος εἶναι καὶ σύμμαχος ὁμολογῶν, εἰ λάβοι πρὸς κοινωνίαν γάμου μίαν τῶν αὐτοῦ θυγατέρων. ἐζήτει δὲ ταύτην, οὐχ ὅτι γυναικὸς ἐδεῖτο (ἦν γὰρ αὐτῷ καὶ γυνὴ καὶ παῖδες) ἀλλ' ἐπειδήπερ ἄνωθεν ἐκ γένους δίκαιον οὐκ ἦν οὐδὲν αὐτῷ πρὸς τὴν Βουλγαρικὴν ἀρχὴν, ἤχθετο νόθος κατ' αὐτὴν δοκεῖν ὁμοῦ τε καὶ λέγεσθαι. τοῦτ' ἄρα καὶ ἀδελφιδῆν οὖσαν τοῦ πρὸ μικροῦ τετελευτηκότος ἄρχοντος τῶν Βουλγάρων Ἀσὰν, τὴν τοῦ βασιλέως εἰδὼς θυγατέρα, ἐζήτει τιμῆς τε ἕνεκα τῆς ἑαυτοῦ, καὶ βεβαιώσεως ἅμα τῆς ἀρχῆς, ἀπολύσειν ὑπισχνούμενος αὐτίκα τὴν προτέραν ὁμόζυγον. ἐπεὶ τ' ἀρεστὸν ἔδοξε καὶ αὐτῷ βασιλεῖ, καὶ Θεοδώραν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα κοινωνὸν εἰληφὼς τοῦ τε λέχους καὶ τῆς ἀρχῆς Κωνσταντῖνος ὁ Τοῖχος, πέμπει πρὸς Νίκαιαν τὴν προτέραν σύζυγον,

ἐχέγγυον

ἐχέγγυον πίστεως παρεχόμενος τοῖς ῥωμαίοις τῆς ἐν τῇ δευτέρᾳ στοργῆς. τί ἔτι;

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ θεοδώρου τοῦ νέου λάσκαρι τελευτῆς.

Ἕκτον καὶ τριακοστὸν ἐκ γενέσεως χρόνον ἀμείβοντι, νόσος ἐνσκήπτει τῷ βασιλεῖ χαλεπὴ καὶ βαρεῖα, καὶ ὅπλα φέρουσα θανάτου φοροῦσα. ἣ δὴ καὶ ποικίλας τὰς ἑλεπόλεις κατὰ τοῦ βασιλικοῦ σώματος ἀντιστήσασα, οὐκ ἀνῆκε παίουσα καὶ συντρίβουσα, μέχρι καὶ αὐτὴν ἐπήνεγκε τούτῳ τὴν τελευτήν, ἀλλαξαμένῳ προθύμως τὸ σχῆμα μικρὸν πρὸ τῆς τελευτῆς ἐν τὸ μοναδικὸν τριβώνιον, καὶ πολλοὺς ταῖς ἰδίαις χερσὶ διανείμαντι χρημάτων σωρούς, καὶ πολλὰς δακρύων ἐκ μάλα ζεούσης καρδίας ἀφέντι πηγάς· δι' ὧν τὰς πληγὰς ἀπέπλυνέ τε καὶ ἐθεράπευεν ἐν ἀνάγκης τοιαύτης καιρῷ, τῆς ψυχῆς. ἡμᾶς δὲ μικροῦ τὸ τῆς ἱστορίας παρέδραμε καιριώτατον.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΟΥΖΑΛΩΝΟΣ.

Ἀνὴρ γάρ τις μουζάλων ἐπίκλην, γεώργιος ὄνομα, γένους ὢν οὐ λαμπροῦ, διὰ δὲ μόνην εὐτραπελίαν γνώσεως καὶ ἠθῶν ἀστειότητα, ἐν τὴν αὐτοκρατορικὴν παρεισδὺς οἰκίαν ἔτι παιδός, ἵν' εἴη διηνεκὴς τῷ βασιλεῖ θεοδώρῳ καὶ αὐτὸς σὺν ἄλλοις πολλοῖς συμπαίστωρ ἡλικιώτης, ὁπότε κἀκεῖνος τῆς τοῦ παιδὸς παρήλλαττεν ἡλικίαν, τοσοῦτον ἁρμόττοντα δέδωκε τάχιστα πρὸς τὰ τοῦ νέου βασιλέως τὰ ἑαυτοῦ ἤθη, ὥστ' αὐτὸς ἦν ἐκείνῳ μόνος τὰ πάντα, προσφυεῖς καὶ κατὰ γνώμην καὶ λόγον καὶ πρᾶξιν· καὶ τῷ χρόνῳ προβαίνοντες, συνηύξανον ἀεὶ καὶ τὴν τοιαύτην διάθεσιν καὶ στοργήν, ὥστε καὶ τὴν τῶν αὐτοκρατόρων περιζωσαμένου ἀρχήν, πάντ' ἦν αὖθις ἐκεῖνος αὐτῷ, ἄριστος γνώμων τῶν ὅσα βουλομένη τῇ βασιλικῇ διανοίᾳ ὑπῆρχε, διοικητὴς δεξιὸς τῶν ἐκτός, μυστηρίων πιστὸς κοινωνὸς τῶν ἐντός. δι' ἃ δὴ καὶ ἐς τὸ τοῦ πρωτοβεστιαρίου τάχιστα ἀνήχθη ἀξίωμα, καὶ γυναικὶ συνεζεύχθη, ἣ τῶν καθ' αἷμα προσηκουσῶν ὑπῆρχε τῷ βασιλεῖ. τοῦτον ἐπίτροπον θνήσκων ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλικῶν ἀφῆκε πραγμάτων, ἅμα τῷ πατριάρχῃ ἀρσενίῳ, μέχρις ἂν ἐς τὴν ἀνήκουσαν ἡλικίαν ὁ τοῦ βασιλέως φθάσῃ παῖς ἰωάννης. ἦν γὰρ ἕκτον τηνικαῦτα διανύων ἐκ γενέσεως ἔτος ἐκεῖνος, τιτθευόμενος ἔτι, καὶ γονέων εἴπερ ποτέ, νῦν μάλιστα χρήζων ὁ καὶ ἀμφοτέρων στερούμενος. θυγατέρες μὲν γὰρ ἐγένοντο τῷ βασιλεῖ τελευτῶντι ἄγουσαι ἡλικίαν τέτταρες· ἄρρην δ' ἄλλος οὐκ ἦν, πλὴν τούτου δὴ τοῦ βρεφικὴν ἄγοντος ἄρτι τὴν ἡλικίαν ἰωάννου. ὧν δὴ θυγατέρων τὴν πρώτην, φημὶ τὴν μαρίαν, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, εἶχεν ἤδη λαβὼν εἰς γυναῖκα νόμιμον ὁ αἰτωλὸς νικηφόρος, ὁ καὶ δεσπότης διὰ τὸ κῆδος παρὰ τοῦ πενθεροῦ καὶ βασιλέως τετιμημένος. τὴν δὲ γε δευτέραν τὴν θεοδώραν εἶχεν ὁμοίως ὁ τῶν βουλγάρων ἀρχηγὸς κωνσταντῖνος ὁ τεῖχος, ὡς ἄρα δὴ καὶ τοῦτ' ἔφθημεν εἰρηκότες. ἐλείποντο δὲ ἤδη περὶ αὐτὸν τῆς ὀρφανίας ἑλκύσαι ζυγόν, ἕτεραι θυγατέρες δύο, καὶ ὁ νεώτατος οὗτος παῖς ἰωάννης. δι' ὃν αἵ τε τοῦ βασιλέως ἔγγραφοι διετίθεντο διαθῆκαι, ἐπίτροπον τὸν μουζάλωνα καθιστῶσαι, καὶ πρός γε δὴ φρικώδεις ὁρκωμοσίαι παρὰ πάντων ὁμοῦ μεγάλων τε καὶ μικρῶν ἐτελέσθησαν. ἐτελέσθησαν δ' οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πρῶτον μὲν τελευτῶντος τοῦ βασιλέως, ἔπειτα δ' εὐθὺς μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτήν.

quæ pignus eſſet Romanis fidei, atque etiam conſtantis erga alteram amoris.

DE IMPERATORIS Theodori Laſcaris iunioris obitu.

Imperatorem annum ætatis ſextum & trigeſimum agentem, moleſtus ac difficilis & planè lethalis morbus inuaſit: qui paulo ante obitum, alacriter monaſticum habitum induit, & multos pecuniarum aceruos ſuis manibus diſtribuit, feruentique corde uim lachrymarum profudit, quibus animi uulnera, in tantæ neceſsitatis articulo, eluebat & curabat. Sed me id penè præteriſſet, quod uel in primis exponendum eſt.

DE MUZALONE.

Nam uir quidam cognomento Muzalo, nomine Georgius, non claro genere ortus, ſed ob familiaritatis noticiam tantum, & urbanitatem morum, à puero in aulam Imperatoriam aſcitus, ut ſcilicet Imperatori Theodoro cum multis alijs æqualibus colluſor eſſet: etiam cum is adoleuiſſet, ita ſe ad mores eius accommodauit, ut unus illi eſſet omnia: ac quicquid Imperatori gratum eſſet, continenter & diceret & faceret. Quantum autem ætate procedebat, tantum hic affectus & amor eorum augebatur: adeò ut apud eum iam Imperatorem, principem & gratiæ & autoritatis locũ obtineret, ſolertiſsimus coniector quid illi placeret, dexter negociorum adminiſtrator, fidus arcanorum particeps. Quas ob res celeriter Protoueſtiarij dignitate ornatus, uxorem ex Imperatoria familia duxit. Hunc unà cum Arſenio patriarcha Imperator moriens curatorem Imperij reliquit, donec filius Ioannes, ſextum tum agens annum, ad maturam ætatem perueniſſet, ſub nutricibus adhuc agens, & parentum uel maximè egens, cum utroque orbatus eſſet. Nam filias quidem grandiuſculas quattuor reliquerat Imperator, marem uerò nullum præter hunc Ioannem, puerum adhuc. Quarum filiarum natu maximam Mariam, ut ſuprà expoſui, legitimo ſibi matrimonio Nicephorus Aetolus iunxerat, cui à ſocero Deſpotæ titulus tributus erat: alteram Theodoram Bulgarorum princeps Conſtantinus Tœchus, quod & ipſum iam diximus. Reſtabant duæ pupillæ, cum puero Ioanne natu minimo, propter quem ſcriptum Imperatoris teſtamentum extabat, quo tutor illi Muzalo dabatur. prętereàque ſanctiſsimum iuſiurandum à ſummis & infimis exactum erat: nec id ſemel, ſed primùm Imperatore moriente, deinde ſtatim poſt eius obitum.

Muzalo & Arſenius tutores pueri Laſcaris.

Laſcaris filiæ, Maria, Theodora.

Muzalonis nouitas inuiſa nobilitati. Nam cum proceres nonnulli, & claris orti natalibus, Muzalonis fortunam adeò ſubitò mutatam cernerent, inter ſeſe ſuſurrabant, dignitatis illius faſtigium ęgrè ferentes: cum multi eſſent, ad quos ſimul & tutela pueri, & Imperij adminiſtratio magis pertineret, tum quòd propinqua cognatione Imperatorem attingerent, tum quòd ad huiuſmodi munia obeunda Muzaloni multum antecellerent: ad quem contemnendum, & odio proſequendum, ut ipſi dicebant, multę cauſæ ſuppetebant. Nam quòd nec genere nobili ortus eſſet, & Imperatori ſæpe ſuppliciorum miniſter fuiſſet: hæ res ad odium uulgi animis ingenerandum ſatis efficaces erãt. quòd ſi imperium etiam concupiſceret ac cogitaret: quo ſcelere caput ſuum non obligaret? Hæc Muzalonem non latebant, cùm aliàs ad talia intelligenda acutum, tum uerò iſtis motibus & ſolicitudinibus maximis ingenio eius magis etiam excitato. Igitur proceribus omnibus celerrimè in curiam conuocatis, dexteram porrigit: ſubmiſſe'que cum eis collocutus, haud obſcurè fert, ſe libenter cuiuis tum adminiſtratione Imperij, tum tutela Imperatoris pueri ceſſurum eſſe. *Muzalo honoris onus excutere ſtudet.* Quãuis autem omnes ſimul uelut ex compoſito id recuſarent, & cum preferendum eſſe confiterentur, quem ipſe Imperator & rerum & pueri dominus hoc munere fungi uoluiſſet: Muzalo tamen nullo modo ceſsit, ſed fortiter reſtitit, ocium præferens, & negocium totis uiribus à ſeſe amoliens, non tam propter obrepentem inuidiam, quàm ob maximi periculi metum. * Quare iuſiurandum priore ſanctius datur. *Videntur nonnulla deeſſe.* *Iuſiurandũ tertium.* iurant omnes tam nobiles, quàm ex plebe militari: ſibique & familiæ ſuæ quilibet exitium imprecantur, ni quod iuraſſent, ſanctè ſeruarent, ac Muzaloni tutelam, Imperatoris uerò filio Imperium inſidiarum expers, & inuiolatum ad omnem eius poſteritatem tuerentur. Sic illi diſcedebant, res uerò rurſus à Muzalone adminiſtrabantur. Sed priuſquam nouem dies elaberentur, quidam nobilitate & opibus præſtantes, inuidia impellente, dexteras ſuas, concitato exercitu, in Muzalonis cædem armarunt: ſanctum illud iuſiurandum, quo non ita pridem ſeſe obſtrinxerant, & atrociſsimas diras (heu principium malorum) prorſus obliti. *Exequiæ cruentæ.* Aderat nonus dies: omnes matronæ nobiles in Soſandrio monaſterio, ubi cadauer Imperatoris ſepultum erat, conueniebant, ut de more lugerent, & memoriam eius celebrarent. Aderant omnes principes, plebeij omnes: inter quos ij quoque qui inſidias inſtruxerant. Confluebat omnis exercitus, alij ob luctum, alij cædem ſpirantes. Quid

τῶν γὰρ ἐν ἀξιώμασί τινων καὶ τῇ τοῦ γένους σεμνυνομένων λαμπρότητι, νεωτερίσασαν οὕτω ταχέως ἰδόντες τὴν τοῦ Μουζάλωνος τύχην, διεψιθύριζον πρὸς ἀλλήλους, ἀχθόμενοι τῷ ὕψει τῆς τούτου τιμῆς, πολλῶν ὄντων οἳ μᾶλλον ἐκείνου προσήκουσι τήν τε ἐπιτροπὴν τοῦ βασιλικοῦ παιδὸς ἀναδέχεσθαι, καὶ ἅμα τὴν τῶν κοινῶν πραγμάτων διοίκησιν, ἔκ τε τοῦ προσεχῶς τῷ βασιλεῖ τὸ γένος ἀναφέρειν, καὶ αὖ ἔκ γε τοῦ δεξιωτέρους πολλῷ πεφυκέναι ἐν τοῖς τοιούτοις, ἢ κατὰ τὸν Μουζάλωνα, ἄνδρα πολλὰς κεκτημένον τὰς ἀφορμὰς ἐν τῷ ὑπερφρονεῖσθαί τε καὶ μισεῖσθαι παρὰ πάντων, ὡς αὐτοὶ διετείνοντο. τό, τε γὰρ μὴ γένους φύσιν εὔκλειαν ἕλκειν ἐκ τῶν φύντων, τό, τε συνεργὸν γενέσθαι πολλάκις ἐν ταῖς τῶν πολλῶν τιμωρίαις, ἱκανὰ ταῦτα μῖσος δεινὸν ἐντεκεῖν ταῖς ψυχαῖς τῶν πολλῶν κατ' αὐτοῦ. εἰ δὲ καὶ βασιλείας ἤρα, καὶ ταύτην ὠνειροπόλει, καθὰ τινες διαβάλλοντες προὔφερον, πόσῳ δὲ ποίους οὐκ ἂν αὐτὸς ἐπισπάσαιτο κακίας πυρσοὺς κατὰ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς; ταῦτα δ' οὐκ ἐλελήθει Μουζάλωνα. δεινὸς μὲν γὰρ ὁ ἀνὴρ καὶ πρότερον ἦν ἐν τῷ συνιέναι τοιαῦτα, τότε δὲ καὶ τῶν πραγμάτων ζεόντων, καὶ ἀγωνίαν μεγίστην τῇ τούτου ψυχῇ προξενούντων, συντονώτερος αὐτὸς ἐδόκει πολλῷ ἑαυτοῦ. καὶ δὴ τῇ ταχίστῃ ἐν βουλευτηρίῳ ἅπαντας μεγιστᾶνας συναθροίσας, δεξιάν τε ἐδίδου τοῖς ὅλοις, καὶ ἐκ τοῦ ἠπιωτέρου προὔφερε τὴν ὁμιλίαν καὶ δῆλος ἦν παραχωρήσων ἀσμένως τῷ βουλομένῳ τὴν ἐπιτροπὴν τῶν τε κοινῶν πραγμάτων, καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ παιδὸς τοῦ βασιλέως. ἐπεὶ δὲ πάντες μὲν ὥσπερ ἐκ συνθήματος ὁμοῦ παρῃτοῦντο, αὐτὸν προτιμᾶσθαι τῶν ἄλλων ὁμολογοῦντες, ὃν καὶ βασιλεὺς αὐτός, ὁ τῶν πραγμάτων καὶ τοῦ παιδὸς ἐδικαίωσε κύριός τε καὶ αὐτοκράτωρ· ὁ δὲ Μουζάλων οὐδ' ὁπωστιοῦν ἐνεδίδου, ἀλλὰ γενναίως ἀνθίστατο, τήν τε ἡσυχίαν αἱρούμενος, καὶ τὸ πρᾶγμα ἀπωθούμενος ὅλαις ὁρμαῖς καὶ κινήσεσι τῆς ψυχῆς, διά τε τὸν ὑφέρποντα φθόνον τῷ πράγματι, καὶ μάλιστα διὰ τὸν ἐντεῦθεν ὑποφαινόμενόν τε καὶ πλαστουργούμενον κίνδυνον.

* φρικωδέστεροι τῶν προτέρων ὅρκοι πάλιν ἐγίγνοντο. *περὶ τῶν δὶς τῶν ὅρκων.* καὶ ὤμνυον ἅπαντες ὅσοι τε ἐν ἀξιώματι, καὶ ὅσοι τοῦ δήμου τοῦ στρατιωτικοῦ. καὶ σφίσι τε αὐτοῖς ἦσαν ἐπαρώμενοι πανωλεθρίαν, καὶ ἅπαντι τῷ γένει σφῶν ἕκαστος, εἰ μὴ τοῖς ὅρκοις ἐμμένοιεν ἀσφαλῶς, καὶ διατηροῖεν τῷ μὲν Μουζάλωνι τὴν ἐπιτροπήν, τῷ δὲ τοῦ βασιλέως υἱῷ τὴν βασιλείαν ἀνεπιβούλευτόν τε καὶ ἀπαράτρεπτον μέχρι διαπαντός, αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ γεννηθησομένοις. καὶ οὕτως οἱ μὲν ἀπηλλάττοντο, τὰ δὲ πράγματα ἦσαν αὖθις ὑπὸ τῷ Μουζάλωνι διοικούμενα. ἀλλὰ τελέσαι μὲν οὔπω παρήλλαττον ἡμέραι ἐννέα, καί τινες τῶν γένει καὶ πλούτῳ προὐχόντων, φθόνῳ δεινῷ στρατηγούμενοι, τὸν στρατὸν συνεκίνησαν, καὶ τὰς αὐτῶν ἥπλισαν δεξιὰς κατὰ τῆς σφαγῆς τοῦ Μουζάλωνος. τοὺς δὲ χθὲς καὶ πρότριτα τελεσθέντας φρικώδεις ὅρκους ἐκείνους, καὶ τὰς παλαμναιοτάτας ἀράς, φεῦ τῆς ἀρχῆς τῶν κακῶν, λήθης ἐκλαβόντες βυθοί, καὶ πλημμύραι διέφθειραν. ἐννάτη μὲν γὰρ ἡμέρα παρῆν μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως, καὶ ἅπασαι τῶν ἐνδόξων συνῄεσαν γυναικῶν ἐπὶ τῇ μονῇ τῶν Σωσάνδρων, ἔνθα καὶ τὸ τοῦ βασιλέως τέθαπται σῶμα, τὸ νενομισμένον τελέσουσαι πένθος καὶ τὰ μνημόσυνα. παρῆσαν δ' ὁμοῦ καὶ πάντες ἄρχοντες καὶ ἀρχόμενοι, ἐν οἷς καὶ οἱ τὴν ἐπιβουλὴν ἐξαρτύσαντες ἦσαν, καὶ συνέρρει πᾶς ὁ στρατός, οἱ μὲν πένθους ἕνεκα, οἱ δὲ φονικὴν ὠδίνοντες ὁρμήν.

καὶ τί

καὶ τί δεῖ διατρίβειν; ἔτι τῆς ἱερᾶς τελουμένης ὑμνῳδίας, τὰ ξίφη γυμνώσαντες πάντες οἱ στρατιῶται, ἔνδον ἐξαίφνης τοῦ ναοῦ εἰσεπήδησαν, καὶ παρὰ τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ τραπέζῃ καταφυγόντα τὸν Μουζάλωνα, κατέσφαξαν ἀπηνῶς, κἀπὶ τούτῳ τοὺς δύο ἅμα ἀδελφούς, Ἀνδρόνικόν τε φημὶ τὸν μέγαν δομέστικον, καὶ Θεόδωρον τὸν πρωτοκυνηγόν· καὶ πρὸς τούτοις τὸν σφῶν ὑπογραμματέα, δι᾽ ὁμοιότητα προσώπου τινά, συμβὰν οὑτωσί πως, σφαλέντες. καὶ οὕτως αἵ τε γυναῖκες καὶ ὁ λοιπὸς ὄχλος ἀτέλεστον ἀφέντες τὸ πένθος, ἄλλος ἐπ᾽ ἄλλῳ συντριβόμενοι διὰ τὸν φόβον, ἔφυγον ὅλοις ποσίν, ὅποι τύχοιεν ἕκαστοι. τὸ δὲ ἱερατικὸν ἅπαν, καὶ ὁ τῶν μοναχῶν σύλλογος ἔνδον τοῦ ἱεροῦ τεμένους ἑκόντες ἄκοντες συνελαθέντες, ὠλίσθαινόν τε καὶ ἐπέπιπτον ἄλλος ἐπ᾽ ἄλλον, τοῦτο μὲν καὶ διὰ τὸ βίᾳ καὶ ῥύμῃ σφοδρᾷ παρ᾽ ἀλλήλων συνωθεῖσθαι, τοῦτο δὲ καὶ ὅτι ἀνέδραστον εἶχον τὴν τῶν ποδῶν βάσιν, ἐκ τῶν χυθέντων αἱμάτων. ὀλίγαι παρῆλθον ἡμέραι, καὶ ὁ πατριάρχης Ἀρσένιος ἐπίτροπος ὢν καὶ αὐτός, καὶ γινώσκων, φθειρομένων πραγμάτων, καὶ μέγιστον ἐν ποσὶν εἶναι ὑπισχνουμένων τὸν κίνδυνον, τοῦ τε παιδὸς καὶ τῶν ὅλων πραγμάτων, οὐδ᾽ ἐν ἔσται τὸ κωλῦον ἂν κακίας ἔσχατα χωρῆσαι αὐτίκα τὰ πράγματα, διὰ δὴ τὴν ψυχὴν μεριζόμενος ἂν διαφόρους ὁδοὺς λογισμῶν ἀμφιβόλων, οὐκ εἶχεν ὅ, τι πράξειε καίριον. ἦν μὲν γὰρ τὴν πρὸς ἀρετὴν φρόνησιν καὶ κατὰ θεὸν ἀγωγὴν ὁ ἀνήρ, οὐ πολὺ τῶν ἄκρων ἀπολειπόμενος· ἐν δὲ πραγμάτων πεῖραν καὶ πολιτικὴν διοίκησιν, καὶ αὐτῶν (ὡς εἰπεῖν) τῶν ἀπὸ σκαπάνης ὀψὲ τῆς ὥρας ἀπαλλαττομένων ἀπολειπόμενος. οὐ γὰρ θεωρία πνευματικὴ καὶ πρᾶξις πολιτική, ὡς τὰ πολλὰ συνεῖναι πεφύκασιν· δέοιτ᾽ ἂν δ᾽ ἄν, εἰ μὴ μαχόμενα τὸ πλεῖον πρὸς ἄλληλα φαίνοιντο, καθάπερ σῶμα καὶ πνεῦμα, καὶ αὖ ὅσα τῶν αἰσθητῶν πρός γε τὰ ὑπὲρ αἴσθησιν. ἐμοὶ δ᾽ ἀρέσκει κρᾶσιν ἐξ ἀμφοτέρων ἔχειν, ὅς τίς ποτε δεῖν ὁ βουλόμενος ἄρχειν, καθάπερ κἀν τοῖς μουσικοῖς ὁρῶμεν ὀργάνοις τοὺς αὐτῶν ἐπιστήμονας πράττοντας. οὐ γὰρ ἰσοτόνους τὰς νευρὰς καθιστῶσιν ἁπάσας· ἄμουσον γὰρ τὸ τοιοῦτον, καὶ ἐκμελές· ἀλλὰ τὰς μὲν πρὸς τὸ βαρύτερον τείναντες, τὰς δὲ πρὸς τὸ ὀξύτερον, καὶ τὰς μὲν μᾶλλον, τὰς δ᾽ ἧττον, οὕτω ποικίλην τινὰ καὶ ἔμμουσον καθιστῶσι τὴν ἁρμονίαν. τῷ γὰρ μόνῃ προσέχοντι τὸν νοῦν τῇ κατὰ θεὸν θεωρίᾳ, ὄρεσι καὶ σπηλαίοις ἐνδιατρίβειν προσήκει, ἀκοινώνητον ὡς τὰ πολλὰ τὸ ἦθος ἀσκήσαντι, καὶ πάνυ τοι ἄμικτον, καὶ τοῖς πολλοῖς ἠλλοτριωμένον. ὅστις δὲ μετὰ τῆς ἀρετῆς καὶ πολιτικὸν ἤσκησεν ἦθος, καὶ χαρίεν καὶ κοινωνικόν, καὶ πεῖραν ἔχει πραγμάτων παντοίων, οὗτος λαὸν ὁδηγεῖν ἂν τὰ βέλτιστα καὶ σωτήρια κράτιστος. ἐπεὶ καὶ ὁ σωτὴρ ἡμῶν καὶ θεός, εἰ μὴ τοῖς ἀνθρωπίνοις ὑπέκυψε πάθεσι, καὶ τελώναις συνῆσθιε, καὶ κοινωνικὸν ἐδείκνυτο ἦθος, καὶ τοῖς πᾶσι τὰ πάντα μετὰ τοῦ καθήκοντος ἐγίγνετο λόγου, οὐκ ἂν οἶμαι πρὸς τὰ λυσιτελοῦντά τε καὶ σωτήρια ῥᾳδίως ὅλους ἦγε δήμους καὶ πόλεις. ἀλλ᾽ ἐκεῖσε ἐπάνειμι. διηπορεῖτο μὲν οὖν ὁ πατριάρχης Ἀρσένιος, μέσος ἐναπολειφθεὶς τοσούτου θορύβου πραγμάτων, καὶ ἐπεσκοπεῖτο καθ᾽ ἑαυτὸν μὲν ἥκιστα (πῶς γάρ; πεῖραν πραγμάτων τοιούτων, καὶ λογισμῶν λαβυρίνθους οὐκ ἔχων, ὡς εἴρηται) ἐσκοπεῖτο δ᾽ οὖν μετὰ τῶν ἐν τέλει τὸ πρακτέον,

Quid multis morer? Dum adhuc hymni cantarentur, milites omnes ſtrictis enſibus ſubitò impetu in templum facto, Muzalonem, qui ad ſacroſanctam menſam confugerat, & duos eius fratres Andronicum magnum Domeſticum, & Theodorum uenatorum principem, atque etiam ſcribam horum, formæ ſimilitudine decepti, crudeliter occiderunt. Ita & matronæ & omnis reliqua turba, inchoato luctu omiſſo, alij aliòs ex metu urgentes, quò quenque pedes ferebant, celerrimè aufugerunt. Sacerdotum uerò ordo, & grex monachorum, in templum uolentes nolentes compulſi, labentes alij in alios incidebant, tum quòd ui & impetu uehementi inuicem urgebant, tum quòd ob fuſum cruorem conſiſtere non poterant.

Arſenij patriarchæ perturbatio, & inopia conſilij.

Paucis diebus pòſt, Arſenius patriarcha, qui & ipſe tutor eſſet, intelligens maximum ex hoc tumultu periculum & puero & ſummę rerum impendêre, & ad ſummum ſcelus eua ſura eſſe omnia: anceps animi æſtuabat, nec quid conſilij capêret reperiebat. Nam quod ad uirtutem & pietatis cultum attinebat, ille uir parum à ſummis aberat: ſed uſu rerum & Imperij adminiſtratione, ne cum foſſore quidem conferendus.

Religionẽ & Remp. unà tueri difficile.

Nam diuinarum rerum contemplatio, & Reipublicæ adminiſtratio, haud ferè coniungi ſolent: atque adeò optandum eſt, ne magna inter eas pugna, ut inter carnem & ſpiritum, & ſenſum ac mentem, appareat. Mihi uerò placet, eum qui ad principatum adſpirat, ex utraque contemperatum eſſe: ut in Muſicis inſtrumentis fieri cernimus. neque enim ibi omnes chordæ ęqualiter intenduntur: id enim ineptum & abſonum eſſet: ſed aliæ ad grauiorem, aliæ ad acutiorem ſonum, aliæ plus minúsue aſtrictæ, uariam & concinnam efficiunt harmoniam. Qui enim ſoli diuinarum rerum ſpeculationi eſt intentus, in montibus & ſpeluncis debet uiuere: ut cuius mores à ciuili conſuetudine prorſus abhorreant. Qui uerò morum ciuilitatem cum uirtute coniunxit, & uſu uariarum rerum perpolitus eſt: is populum ad res optimas & ſalutares facile deduxerit.

Chriſti comitas.

Nam & ſeruator ac Deus noſter, niſi ad humanos affectus ſe demiſiſſet, & cum publicanis cibum cœpiſſet, & humanitatem præ ſe tuliſſet, & quatenus ratio ſineret, omnium ingenijs ſe accommodaſſet: haud facile opinor totas ciuitates ac populos ad amplectendas res utiles & ſalutares perduxiſſet. Sed illuc redeo.

Arſenius lupo ouem committit.

Arſenius patriarcha tanto rerum tumultu circumuentus, æſtuabat, nec ſecum ipſe meditabatur (quomodo enim id faceret, homo minimè malus, ut dictum eſt, & ſimplici uir ingenio) ſed cum proceribus quid agẽdum eſſet deliberabat, priuſ-

priuſquam Ioannis Imperatoris caput ferro peteretur. Cæterùm minimè proſpiciebat, id conſilium, quod nullo uſu rerum, nulla prudentia niteretur, facilius ei cui proſpectum uellet exitio futurum, quàm omnes gladios hoſtiles: ut progreſſu orationis declarabitur.

DE OCCASIONIBVS & cauſis Imperij Paleologi.

Palæologi mores. Comnenus Michael Palęologus, cuius ſuprà mentionem ſæpe fecimus, inter proceres erat cæteris ſuperior, uultu perquàm hilari, comis atque urbanus, præterèaque munificus & liberalis. quæ res ei omnium animos uehementer conciliabant, ut facilè omnes ad ſe alliceret, tribunos, centuriones, exercitum, duces, ſiue plebeij ſiue ſenatorij ordinis. Mouebantur præterea Imperij preſagijs, ut illi ſe adiungerent, eiúſque amore flagrarent. *Præſagia imperij.* Eôdem etiam faciebant haud ſcio an rumores de illo ſparſi, an uerò inſomnia & omina quædam. Solent enim etiam huiuſmodi rebus uulgò iactari ſolitis, non omnino temerè atque inſcitè, aut (ut dici queat) ex imperitia homines commoueri. Nam plurima earum teſtimonia apud eos extant, qui illas diligentius obſeruarunt. *Nobilitas generis.* Suppetebant tamen aliæ maiores his occaſiones, quibus ad Imperij faſtigium promoueretur: à ueteri ſtirpe, uelut à magno fonte riuuli quidam nobiles ad eum deſcendentes, quibus ipſe & amici eius freti, huiuſmodi de eo cogitationibus multum tribuebant. Nam eius auia materna Irene, primogenita filia fuit Alexij Imperatoris: qui cum filios non haberet, illi rubras crepidas induci iuſſit, ut ipſa, & qui illam duxiſſet, in Imperio ſibi ſuccederent. Vnde cum eam Alexio Palæologo deſpondiſſet, eúmque Deſpotæ titulo ornaſſet: niſi is morte prius ſublatus fuiſſet, poſt Alexium ſocerum Imperator fuiſſet. Sed cum mortuus unam tantum filiam reliquiſſet, eam non multo pòſt mater Andronico Palæologo deſpondet: quem deinde Theodorus imperator magnum Domeſticum fecit. Ex his natus eſt Comnenus Michael, duplex (ut ita dicam) Palæologus, à paterno ſimul maternóque genere. Habuit igitur inde quoque, ut dictum eſt, adiumenta nõ parua ad eam rem qua de nũc agitur: & ut paucis dicam, omnibus rebus, & ab omni parte uir ille illuſtris erat & ſuſpiciendus, famáque eius paulatim uagabatur, & omnium auribus ſeſe clàm inſinuabat. *Gratia Palæologi.* Ne patriarcha quidem ab amore eius abhorrebat, eúmque ſi non plus quàm cæteri, nõ minus tamen quàm quiſquam alius diligebat: & quod maius eſt, Imperatorij fiſci claues, cũ ſtipendia militibus numeranda erant, aut alia res pecuniam poſtulabat, ei ſoli credebat: *Claues fiſci.*

πρὶν ἐπιβουλὴν ὁπλισθῆναι σιδήρου κατὰ τῆς κεφαλῆς Ἰωάννου τοῦ βασιλέως υἱοῦ. ἐλάνθανε δ' ἄρα πάντως αὐτόν, ὡς ἀπεῖραν βαθεῖαν καὶ φρενὰς ποικίλας οὐκ ἔχουσα σκέψις αὕτη, μᾶλλον ἂν εἴη ταχύτερος ὄλεθρος ὑπὲρ οὗ γίνεται, ἢ πάντα ξίφη πολέμια. δηλώσει δὲ προϊὼν ὁ λόγος.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΦΟΡΜΩΝ ΚΑΙ αἰτιῶν τῆς τοῦ παλαιολόγου βασιλείας.

Κομνηνὸς μιχαὴλ ὁ παλαιολόγος, περὶ οὗ πολὺν ἀνωτέρω λόγον ἐποιησάμεθα, ἦν μεταξὺ τῶν ἐν τέλει, τῶν ἄλλων ἐπέκεινα, πολλὴν μὲν τοῦ προσώπου φέρων τὴν ἱλαρότητα, τήν τε ὁμιλίαν χρηστός, καὶ τὸ ἦθος ἀστεῖος, καὶ πρὸς τούτοις, τὴν χεῖρα φιλότιμος. ἃ δὴ πάντα πολλὴν αὐτοῦ τὴν στοργὴν ἀνεῤῥίπιζον ἐν ταῖς ἁπάντων ψυχαῖς· καὶ πάντας ῥᾳδίως ἐφείλκετο, ταξιάρχας, λοχαγούς, στρατόν, στρατηγούς, σὺν ὅσοι τοῦ δήμου, καὶ ὅσοι τῆς συγκλήτου. ἐνῆγε δὴ τούτους καὶ πρόληψις λογισμῶν βασιλείας προσέχειν αὐτῷ, καὶ προφανῶς αὐτοῦ γε ἐκκρέμασθαι. ἐνῆγε δ' αὐτοὺς οὐκ οἶδ' ὁποτέρωθεν, εἴτ' ἐκ τῶν περιλαληθέντων κατ' αὐτοῦ, εἴτε ἐξ ὀνείρων καὶ κληδόνων τινῶν. φιλεῖ γὰρ καὶ τοιαῦτα περιπολεύοντα τὸν βίον πάθειν τοὺς πλείους· οὐ πάνυ τοι σφόδρα ἀλόγως, οὐδ' ἀμαθῶς, οὐδ' ὥσπερ ἄν τινες φαῖεν, ἀπειρίαν νοσοῦντες. πλεῖστα γὰρ καὶ τούτων μαρτύρια κηλινδεῖται παρὰ τοῖς ὅσοι σφίσι προσέχον τὸν νοῦν. ἦσαν μὲν τοι καὶ ἀφορμαί τινες ἕτεραι μείζους τῶν ἄλλων, τὴν βασίλειον ταύτην ἀρχὴν ἄνωθεν αὐτῷ μνηστευόμεναι, καθάπερ μεγάλης πηγῆς ἀπόρροαί τινες εὐγενεῖς ἐς αὐτὸν κατιοῦσαι. ἃς αὐτός τε καὶ ὅσοι τῶν φίλων δραξάμενοι, τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ τοιούτοις λογισμοῖς μέγα παρεῖχον τὸ δίκαιον. ἡ γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ μήτηρ εἰρήνη, ἡ πρώτη τῶν θυγατέρων ἦν ἀλεξίου τοῦ βασιλέως. ὃς ἐπειδὴ γονῆς ἄῤῥενος αὐτὸς οὐκ ἠμοίρει, ταύτην ἐρυθροῖς ὑποδεδέσθαι κρηπῖσι προστετάχει, ἵν' ἔχῃ αὐτή τε καὶ ὁ ταύτῃ συζυγησόμενος τῆς βασιλείας διάδοχος. ἔνθεν συζεύξας αὐτὴν ἀλεξίῳ τῷ παλαιολόγῳ, καὶ δεσπότην αὐτὸν αὐτίκα τετίμηκε, κἂν εἰ μὴ φθάσας αὐτὸν ὁ θάνατος ἐξήρει τοῦ τῇδε βίου, αὐτὸς ἂν ἦν ὁ μετὰ τὸν πενθερὸν ἀλέξιον βασιλεύς. ἐπεὶ δὲ θανὼν θυγατέρα μόνην καταλελοίπει, ταύτην μετὰ βραχύν τινα χρόνον ἡ μήτηρ, ἀνδρὶ συζεύγνυσιν ἀνδρονίκῳ τῷ παλαιολόγῳ, ὃν καὶ μέγαν δομέστικον ὁ βασιλεὺς θεόδωρος τετιμήκει ὕστερον. ἐκ τούτων ὁ κομνηνὸς γεγέννηται μιχαὴλ ὁ παλαιολόγος, διπλοῦς (ὡς εἰπεῖν) παλαιολόγος ὤν, πατρόθεν καὶ μητρόθεν. εἶχε μὲν οὖν κἀντεῦθεν ἀφορμάς, ὡς εἴρηται, οὐ μικρὰς ἐς τὴν νῦν προκειμένην ὑπόθεσιν. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τοῖς πᾶσι πολλαχόθεν ἐπίσημος ἦν ὁ ἀνήρ, καὶ περίβλεπτος, καὶ ἡ περὶ τούτου φήμη ἠρέμα πως ἐᾴει, τὰς ἁπάντων κλέπτουσα καὶ γοητεύουσα ἀκοάς. ὅ γε μὴν πατριάρχης, ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς πόῤῥω τῶν ἐκεῖνον φιλούντων ἵστατο, ἀλλ' εἰ μὴ πλέον τῶν ἄλλων, οὐδ' ἧττον μέν τοι ἐκεῖνον καὶ αὐτός γε ἐφίλει, καί, τό γε μεῖζον, τὰς κλεῖς τοῦ βασιλικοῦ πρυτανείου μόνῳ ἐπίστευεν, ὁπότε χρημάτων ἐδεῖτο τὰ στρατιωτικὰ πράγματα, καὶ ἡ κοινὴ τῶν ἀναγκαίων χρεία ἀπῄτει.

ὃ δὴ συνοισιμώτατον ἦν τὰ λάθρα μελετώμενα, καὶ τομὰς ὀξύτατον τοῖς ἐκ πολλοῦ θρυλλουμένοις παρέσχεν. ἀδείας γὰρ ἐκεῖνος λαβόμενος τοσαῦτα μεταχειρίζεσθαι χρήματα, ὅσα εὔξασθαι μὲν ἐχρῆν αὐτὸν, ἐλπίσαι δ' οὐκ ἄν ποτ' ἐχρῆν, ὅλαις λοιπὸν ἐξήντλει χερσὶν εἰς τὰς δεξιὰς τῶν τε προὐχόντων ἐν γένει καὶ τῶν στρατείαις κατειλεγμένων, καὶ ὅσοι καὶ γλώττης πειθοῖ κατεδημαγωγεῖν τὸν ὄχλον ἐδύναντο. ἐν οἷς ἦσαν καὶ τοῦ ἱερατικοῦ βήματος οὐκ ὀλίγοι. ἐντεῦθεν βουλευτήρια συνεχῆ παρὰ τούτων ἁπάντων συνεκροτοῦντο, τὸν πατριάρχην συνωθοῦντα μὴ ἀμελεῖν, ἀλλὰ διανίστασθαι, καὶ τὴν ἀνήκουσαν τοῖς ἐνεστῶσι πράγμασι διδόναι προμήθειαν. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ μικρᾶς δεῖσθαι ταύτης αὐτά, καὶ οἵας ἄν, εἰ παροφθείη τις, μηδέν αὖθις ἐς τὸ καθεστὼς αὐτά. ἀλλ' αὐτίκα μάλα διακινδυνεύειν ἐξωλωλγίαι, καθάπερ μυριοφόρος ὁλκὰς ἐν μέσῳ πελάγει τῶν οἰάκων ἀφῃρημένη, ἢ ὥσπερ οἰκία μεγάλη κατασεισθέντων τῶν θεμελίων. καὶ ἦν ἤδη γλώττης αὐτίκα τοῖς πλείοσιν ὁ Κομνηνὸς Μιχαὴλ ὁ Παλαιολόγος, ἱκανὸς ἐμβριθείᾳ συνέσεως καὶ ἐμπειρίᾳ πραγμάτων, τοσοῦτον ὄχλον βασιλικῆς ἀναδέξασθαι διοικήσεως, μέχρις ἂν ἐς τὴν προσήκουσαν ἡλικίαν ὁ τοῦ βασιλέως φθάσῃ υἱός. τούτοις σύμψηφον ὁ πατριάρχης ἤδη καὶ ἑαυτὸν ἐποιεῖτο, καὶ ἐκυροῦτο τὰ δεδογμένα λοιπόν. καὶ ἦν ἤδη τῶν κοινῶν πραγμάτων ὁ Κομνηνὸς Μιχαήλ, πλὴν τῶν βασιλικῶν συμβόλων, πᾶσαν τὴν ἐξουσίαν ἀνειλημμένος. αὕτη γίνεται τῷ Μιχαὴλ τῆς εἰς βασιλείαν ἀναγωγῆς ἀρχὴ καὶ κατάστασις πρώτη· ἐντεῦθεν γὰρ ἐξ οὐρίας ᾔει τούτῳ τὰ πράγματα, καὶ πλήρεσιν (ὡς εἰπεῖν) τοῖς ἱστίοις ἐς τοὺς τῆς βασιλείας ἔπλει λιμένας.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΥ ΜΙχαὴλ ὅπως ἐδέξατο τὸ δεσποτικὸν ἀξίωμα.

Ὀλίγαι παρῆλθον ἡμέραι, καὶ δεύτερον συγκροτοῦσι βουλευτήριον οἱ αὐτοῦ σπουδασταί. οὐ δέον εἶναι φάσκοντες τὸν τὰ βασιλικὰ καὶ κοινὰ διοικοῦντα πράγματα, καὶ πρεσβείας πολλῶν ἀναδεδεγμένον ἐθνῶν, μὴ καὶ τῆς βασιλείας ἔγγιστα ἔχειν καὶ τὸ ἀξίωμα, τιμῆς ἕνεκα τοῦ τῶν Ῥωμαίων γένους. καὶ ἅμα βεβαιώσεως τῶν μεταξὺ γινομένων καταστάσεων. τοῦτ' ἄρα καὶ τὸ τοῦ δεσπότου ἀξίωμα δέχεται, παρά τε τοῦ πατριάρχου, καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΘΕΤΤΑΛΙΚΩΝ πολέμων.

Ἐν τούτοις μέν τοι τοῖς χρόνοις ἀκούσας ὁ τῆς Αἰτωλίας τε καὶ Ἠπείρου κρατῶν Μιχαὴλ ὁ δεσπότης, ὡς ὁ συμπένθερος καὶ βασιλεὺς Θεόδωρος ἐτεθνήκει, ἐπ' οὐδενὶ διαδόχῳ τελείῳ τῆς βασιλείας, καὶ ὡς πολὺς ἐντεῦθεν θόρυβος, ἐνεχωρίαζε τοῖς ἐν τέλει Ῥωμαίων, πάσας τὰς ἔξω φροντίδας ἐκκρούουσιν, ἤλπισε μικρὰ πονήσας, μεγάλης ἀρχῆς γενήσεσθαι κύριος. μηδὲ γὰρ ἔχειν Ῥωμαίους ὅπως αὐτὸν ἀποσοβήσωσι, κατατρέχειν Μακεδονίαν καὶ Θρᾴκην αὐτίκα μάλα βουλόμενον, τῆς οἴκοθεν τέως ἀχολίας

id quod ad clandeſtina conſilia efficaciſſimum fuit, & celerem ijs quæ diu iactata erãt finem impoſuit. Accepta enim tantæ pecuniæ tractandæ poteſtate, quam optare ille quidem potuit, ſperare uerè nunquam potuit: iam totis modijs eam in manus nobilium & militum effundebat, eorumq; etiam qui eloquentia demulcere populum norant. In quibus ſacri ordinis haud pauci erant. *Sacra pecunia.* Hinc crebra concilia ab his omnibus indici: patriarcha urgeri ne ceſſaret, ſed expergiſceretur, eámque rerum curam ſuſciperet, quam tempora poſtularent. Neque enim parum referre: nec eius generis eas eſſe, quæ ſemel neglectæ in integrum reſtitui poſſint, ſed in præſenti exitij diſcrimine uerſaturas: quemadmodũ magnum nauigium in medio pelago, gubernaculo amiſſo, aut amplum ædificium fundamentis labefactatis. Statim autem in ore erat omnibus Michael Comnenus Palæologus, & prudentia & uſu rerum tantæ Imperij moli ſuſtinendę par, donec Imperatoris filius ad maturam ætatem perueniſſet. *Imperij adminiſtratio Palæologo cõmittitur.* His uocibus etiam patriarcha eſt aſſenſus, eámque ſententiam approbauit. Itaque Reipublicæ præfuit Comnenus Michael, omni autoritate, Imperatorijs inſignibus exceptis, præditus. Hoc Michaeli fuit initium & primus gradus ad Imperatorium faſtigium aſcendendi. ex eo enim ſecundis uentis, & plenis (quod aiunt) uelis in Imperij portum eſt inuectus.

QVEMADMODVM Michael Paleologus Deſpotes ſit deſignatus.

PAucis diebus elapſis, aliud concilium eius ſtudioſi indicunt: negantes oportere eum qui negocia Imperij & Reipublicæ adminiſtraret, multarumq; gentium legationes audiret, dignitate regiæ proxima carere, tum honoris cauſa populi Romani, tum etiam ad ſtatum interregni firmandum. His de cauſis igitur Deſpotæ titulo ornatur, tam à patriarcha, quàm à filio Imperatoris.

DE BELLIS Theſſalicis.

SVb hæc, quum Michael Aetoliæ & Epiri Deſpotes ſoceri ſui Theodori Imperatoris obitum, nullo maturæ ætatis ſucceſſore relicto, audiſſet, eáque de cauſa magnis agitari turbis proceres Romanos: cæteris curis omnibus repudiatis, ſe paruo labore magni principatus eſſe potiturum ſperauit. Neque enim Romanos, domeſticis negocijs ita intricatos & diſtractos, ut omnis eorum cura in ijs conſumeretur, ſuas in Macedoniam & Thraciam impreſsio-

preſsiones propulſandi facultatē habituros. Igitur magnum è ſuis prouincijs exercitum contrahit, & longè maiorem à fœderatis accipit. *Deſpotæ Aetoliæ & Epiri fœderati, & generi.* Nam legatione eius benigniſsimè audita, celerrimè adſunt Peloponeſi & Achaiæ princeps, qui filiā eius Annā in matrimonio habebat: &, qui tum in Sicilia regnabat, Manfredus, cui & ipſi filia eius Helena nupta erat: copias ſecum adducentes, ut ferebatur, propè innumerabiles. Nec enim tam adiuuandi Michaelis, quàm ſuas ditiones amplificandi cauſa, & alienas urbes occupandi, aderant: ſpe concepta, Romanas prouincias omnes, ab Ionio ſinu Byzantium uſque, ſe ſtatim abſque labore ſibi uendicaturos: & haud ſecus quàm ſi iam earum poſſeſsionem firmaſſent, ſorte illas, priuſquam bellum inchoaſſent, diſtribuerunt. *Duces à Palæologo cōtra Deſpoten miſsi.* Hoc illuſtri & memorabili apparatu Michael Comnenus Palæologus audito, modò Deſpoticum titulum adeptus, magisque firmata ſuæ poteſtatis autoritate, nulla mora interpoſita, fratrem ſuum Ioannem Sebaſtocratorem cum magnis copijs obuiam illis mittit: adiunctis eidem Senatorij ordinis illuſtribus uiris non paucis, qui aliquem rei militaris uſum haberent: in quibus etiam Cæſar erat Conſtantinus, uterinus eius frater: & Alexius Strategopulus, magnus Domeſticus: prætereàque Conſtantinus Tornicius Sebaſtocratoris ſocer, magnus Primicerius. Factum hoc eſt poſt æſtiuum ſolſtitium, ſub ipſum Orionis & caniculę exortum. Igitur Helleſponto celerrimè traiecto, unà per Thraciam & Macedoniam proficiſcentes, Romanas eorum locorum legiones ſecum adducunt, quæ ſparſim in urbibus, oppidis & agris ocium tum agebant. Sed cum iamiam autumnale æquinoctium inſtaret, ad Achridam & Deabolim, Macedonię caſtella munitiſsima, perueniunt. Inter quæ caſtris poſitis, hoſtes etiam Aulonis planiciem tenere audiuerunt, ut caſtra *Bellegradi oppugnatio.* utrorumque interiecto monte diuiderentur, Romanorum uerſus Septentrionem, hoſtium ad Auſtrum uergentibus, qui Bellegradum caſtellum altiſsimum & ſupra nubes ferè eminens circumſedentes oppugnabant: eo conſilio, inani quidem illo & ſtulto, ut eo potiti, inde uelut è ſpecula in omnes alias Romanas prouincias excurrerent, inſtar magni fluminis ex alto mōte in ſubiectā uallem cum impetu ruentis. Ignari nimirum, *Heu nihil inuitis fas quenquam fidere Diuis.* ea ſe animis agitare, quæ non ſucceſſura eſſent: nec reputantes, omne corporum robur, omnem equitatum, armorúmque apparatum, Deo non adiutante, ab agmine formicarum prorſus nihil differre. Itaque arrogantia & inuicti roboris opinione tumidi, ac ſecuri, Romanos inuadunt, conuenientem uanis cogitationibus exitum ſortiti.

λίας μετὰ πολλοῦ τοῦ κράτους σφίσιν ἐπιτιθεμένους, καὶ πᾶσαν φροντίδα πρὸς μόνην ἑαυτὴν ἔξωθεν μεθελκούσης. ὅθεν πολλὴν ἐκ τῆς χώρας αὐτοῦ συναθροίζει στρατιάν, πολλαπλασίονα δὲ ἔξωθεν αὖ κατὰ συμμαχίαν προσελάμβανε. τὴν γὰρ αὐτοῦ πρεσβείαν ἀσμένως δεξάμενοι, τάχιστα ἥκουσιν, ὅ τε Πελοποννήσου καὶ Ἀχαΐας πρίγκιψ, γαμβρὸς ἐπὶ Ἄννῃ τῇ θυγατρὶ τυγχάνων αὐτοῦ, καὶ ὁ τῆς Σικελίας τότε κρατῶν Μαφρές, γαμβρὸς καὶ αὐτὸς ἐπὶ Ἑλένῃ τῇ θυγατρὶ τυγχάνων αὐτοῦ, πλῆθος ἐπαγόμενοι στρατιᾶς οὐ πάνυ τοι ῥᾷστα ἀριθμῷ ὑποπίπτειν ἐπαγγελλόμενον. οὐ γὰρ τοσοῦτον συμμαχήσοντες ἧκον ὑπὲρ Μιχαήλ, ὅσον σφίσιν αὐτοῖς περιποιησόμενοι πλάτος ἀρχῆς, καὶ πόλεις ἀλλοτρίας. καὶ γὰρ τὴν μετὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον εὐθὺς ἄχρι Βυζαντίου πᾶσαν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἤλπισαν ἕξειν ἀπονητί· καὶ ὡς ἤδη βεβαίως ἔχοντες, κλήρῳ ταύτην κατὰ σφᾶς αὐτοὺς διελάγχανον, πρὶν ἅψασθαι ἔργου. τῆς δὲ λαμπρᾶς ταύτης καὶ θαυμασίας παρασκευῆς ἐν ἀκοῇ καταστὰς ὁ Κομνηνὸς Μιχαὴλ ὁ Παλαιολόγος, ἄρτι τὸ δεσποτικὸν περιζωσάμενος ἀξίωμα, καὶ βεβαιοτέραν ἐν τοῖς πράγμασι τὴν τῆς ἐξουσίας περιπεποιημένος ἀρχήν, πέμπει μηδὲν μελλήσας τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν Ἰωάννην, σεβαστοκράτορα ὄντα, χεῖρα συχνὴν ἐπαγόμενον. πέμπει δὲ σὺν αὐτῷ καὶ τῶν τῆς συγκλήτου λαμπρῶν οὐκ ὀλίγους συνεργοὺς καὶ συλλήπτορας, ὁπόσοι στρατηγικῆς ἐμπειρίας οὐ πάνυ τοι ἀδαεῖς ὄντες ἐτύγχανον· ἐν οἷς ἦν καὶ Καῖσαρ ὁ ἀμφιμήτριος ἀδελφὸς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος, καὶ Ἀλέξιος ὁ Στρατηγόπουλος μέγας δομέστικος ὤν· καὶ πρός γε ἔτι Κωνσταντῖνος ὁ Τορνίκιος, ὁ τοῦ σεβαστοκράτορος πενθερός, μέγας ὢν πριμικήριος. ἦν δὲ τηνικαῦτα ὁ χρόνος μετὰ τροπὰς θερινάς, κατ' αὐτὰς δὴ τὰς Ὠρίωνος καὶ κυνὸς πλατείας ἐπιτολάς. καὶ διὰ τὴν ταχίστην διαπεραιωσάμενοι τὸν Ἑλλήσποντον, ᾔεσαν διὰ Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας ὁμοῦ. καὶ τὰ ἐκεῖθεν συνεφελκόμενοι πάντα Ῥωμαϊκὰ στρατεύματα, ὁπόσα σποράδην κατὰ πόλεις καὶ κώμας καὶ ἀγροὺς ἐσχολακότα τέως διῆγον. μέλλοντος δὲ ὅσον οὐδέπω τοῦ ἡλίου τὰς φθινοπωρινὰς ἰσημερίας ἐπιτελεῖν, φθάνουσι περὶ Ἀχρίδαν τε καὶ Δεάβολιν, φρούρια ταῦτα Μακεδονίας, πολλὴν παρεχόμενα τὴν ἀσφάλειαν τοῖς χρωμένοις αὐτοῖς. τούτων μεταξὺ τὸ ἑαυτῶν πηξάμενοι στρατόπεδον ἀκούουσι, καὶ τοὺς πολεμίους στρατοπεδεύοντας ἀνὰ τὰ τοῦ Αὐλῶνος ἐπίπλατα, ὡς διαιρεῖσθαι τὰ ἀμφοτέρων στρατόπεδα, διὰ τοῦ μεταξὺ παρατείνοντος ὄρους, καὶ γίνεσθαι τοὺς μὲν Ῥωμαίους ἀρκτικωτέρους, τοὺς δὲ πολεμίους νοτιωτέρους. οἱ μέντοι πολέμιοι περικαθίσαντες, ἐπολιόρκουν τὸ τῶν Βελλεγράδων ὑψηλόν τε, καὶ (ὡς εἰπεῖν) ὑπερνέφελον φρούριον, μελέτην ἔχοντες μετὰ τὴν ἐκείνου καταστροφήν, ὡς ἐξ ὁρμητηρίου λαμπροῦ τινος κεχύσθαι, καὶ κατὰ τῆς ἄλλης ἁπάσης δυτικῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπικρατείας, καθάπερ τις πλούσιος ποταμὸς ἐξ ὄρους ὑψηλοῦ τινος ἐς τὸ κάταντες ῥᾳδίως καταρραγείς, μάταιοι τῆς ἀνοίας, ταῦτα ἐλπίζοντες ἃ δὴ οὐ τελεῖσθαι ἔμελλον. οὐ γὰρ ἴσασιν, ὡς πᾶσα ῥώμη σώματος, καὶ πλῆθος ἵππου, καὶ ὅπλων ἐπισκευή, μυρμήκων ἀγέλης οὐδὲν οὐδαμῇ διενήνοχε, μὴ συναιρομένου θεοῦ. διὸ καὶ ἀλαζονείᾳ τὸ πᾶν ἐπιτρέψαντες καὶ οἰήσει, ἄντως ἐχώρουν ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους. ταῦτ' ἄρα καὶ τοῖς ματαίοις λογισμοῖς ἀνάλογον ἐπηκολούθει τὸ τέλος.

οἱ δὲ

οἱ δὲ ῥωμαῖοι οὐδὲν ἑαυτοὺς λογιζόμενοι πλὴν τῆς θεόθεν ἐπικουρίας, θεῷ καὶ τῇ ἐκεῖθεν ἀρωγῇ πᾶσαν τὴν σφῶν αὐτῶν ἐπιτρέψαντες κίνησιν, διαγωνίζεσθαι πρὸς πολλαπλασίους ἐθάρρησαν· καὶ μὲν τοι καὶ λαμπρὰν, συναιρομένου θεοῦ, τὴν νίκην εἰργάσαντο. ἐπεὶ γὰρ ἐγγὺς ἤδη τῶν πολεμίων οἱ ῥωμαῖοι ἐπήξαντο τὰ στρατόπεδα, πέμπουσι δή τινα τῶν μάλα ἐπιτηδείων ἐκπολεμῶσαι καὶ συνταράξαι κατ' ἀλλήλων τὰ τῶν πολεμίων στρατεύματα. οὐ γὰρ ἦν τι τῶν ἀδυνάτων τοῦτό γε ἦν, τοῦ τε τῆς ἀχαΐας πρίγκιπος καὶ τοῦ ῥηγὸς σικελίας, ἑτεροφύλων ὄντων, καὶ οὐχ ὁμογενῶν τοῦ ἀγγέλου. διαναστὰς οὖν ἐκεῖνος αὐτόθεν, αὐτόμολος δῆθεν ἄπεισι νύκτωρ ἐς τοὺς πολεμίους, καὶ προσελθὼν λάθρα τῷ τῆς αἰτωλίας ἄρχοντι μιχαὴλ τῷ ἀγγέλῳ, ἴσθι, φησὶν, ὡς σοί τε καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ σὲ, μέγας ἐπήρτηται κίνδυνος σήμερον· ἄμφω γὰρ οἱ σοὶ γαμβροί τε καὶ σύμμαχοι, ὅ, τε πρίγκιψ πελοποννήσου καὶ ἀχαΐας, καὶ ὁ τῆς σικελίας ῥὴξ, λάθρα διαπρεσβεύονται πρὸς ῥωμαίους περὶ σπονδῶν ἐπὶ δώροις τακτοῖς. εἴ σοι τοίνυν ζωῆς μέλει, προνοήθητι τὴν ταχίστην σαυτοῦ, πρὶν εἰς πέρας ἐλθεῖν τὰς ἐκείνων σπονδάς τε καὶ συμφωνίας. πείθεται ὁ μιχαὴλ, καὶ διαμηνυσάμενος ἡσυχῇ τῶν οἰκείων, ὁπόσους αὐτός τε ἐδύνατο, καὶ ὁ καιρὸς ἐχορήγει, φεύγων ᾤχετο πρὶν ἢ ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον. καὶ τούτου κατόπιν ἄλλος ἐξ ἄλλου τὴν φυγὴν ψιθυριζομένην ἀκούοντες τοῦ μιχαὴλ, σποράδην ἔθεον ἅπαντες οἱ στρατιῶται, τῇ φυγῇ προλαμβάνειν ἕτερος ἕτερον σπεύδοντες. ἅμα δ' ἕῳ διεγερθέντες οἱ σύμμαχοι, καὶ τὴν μὲν φυγὴν μαθόντες τοῦ μιχαὴλ, τὴν δὲ τῆς φυγῆς αἰτίαν οὐκ ἔχοντες συμβαλεῖν, ἀχανεῖς ἦσαν. καὶ τὸ μὲν ὅπλα κατὰ ῥωμαίων κινεῖν ἀπηγόρευον, τοῦτο μὲν καὶ ὡς ἀγνοοῦντες τὰ δρώμενα, τοῦτο δὲ καὶ ὡς βραχύτεροι τὸν ἀριθμὸν ἐκ πάνυ πολλῶν καταστάντες. ὅθεν καὶ πρὸς φυγὴν ἤδη ἐτράποντο, προδεδομένους ἑαυτοὺς ὑπὸ μιχαὴλ λογισάμενοι. τούτοις οὕτω τεταραγμένοις, αἰφνιδίως οἱ ῥωμαῖοι ἐπεισπεσόντες, τοὺς μὲν πλείστους ἔργον ἀπέφηναν ξίφους· τοὺς δ' ἄλλους πλὴν ὀλίγων ἐζώγρησαν, μεθ' ὧν ἦν καὶ ὁ πρίγκιψ πελοποννήσου καὶ ἀχαΐας. ὁ δὲ τῆς σικελίας ῥὴξ, διέδρα λαθὼν σὺν ὀλίγοις πάνυ τῶν ἑαυτοῦ.

Romani uerò, qui ſeſe abſque diuina ope nihil eſſe intelligerent, omnesq; conatus ſuos ad eam referrent, dimicare cum longè pluribus non dubitarunt, & illuſtrem Deo adiuuante uictoriam ſunt adepti. Nam cum propius hoſtem caſtra mouiſſent, quendam mittunt hominem ualde idoneum, ad concitandos & conturbandos hoſtiles exercitus. Neque enim id fieri non poterat, cum Achaiæ princeps & Siciliæ rex alterius eſſent nationis & gentis, quàm Angelus. Statim igitur is noctu per ſpeciem transfugæ ad hoſtes tranſit, & clàm cum Angelo Michaele principe Aetoliæ congreſſus: Scito, inquit, hodie tibi & tuis omnibus magnum periculum impendêre. Ambo enim generi tui, tam Peloponeſi & Achaiæ princeps, quàm Siciliæ rex, clàm per legatos pacem Romanis offerunt, ſi ſibi certæ largitiones dentur. Si ergo ſalus tua curæ tibi eſt, quàm primùm tibi proſpicito, priuſquam illorum pacificatiò & concordia rata fiat. Obtemperat Michael: & re paucis ſuorum, quibus poterat, & tempus ſinebat, clàm indicata, ante ſolis ortum fugit: eumque alij atque alij, cum fugam ſuſurrari audirent, ſequuntur. Ita ſparſim omnes Michaelis milites alij alios fuga anteuertere ſtudentes, in pedes ſeſe coniecerunt. Manè uerò ſocij experrecti, fugaq; Michaelis cognita (cuius quæ cauſa eſſet, nulla cōſequi coniectura poterant) obſtupeſcebant: nec armis laceſſendos eſſe Romanos ſtatuerunt, tum quòd quid ageretur ignorarent, tum ob numerum ſuorum ualde imminutum. Itaque in fugam uertuntur, ſe à Michaele proditos eſſe rati. Eos igitur ita turbatos aggreſſi Romani, maxima ex parte ceciderunt: cæteros, paucis exceptis, uiuos cæperunt, inter quos & Peloponeſi & Achaiæ princeps fuit. Siciliæ uerò rex cum paucis ſuorum clàm effugit.

Transfugæ hoſtium cō ſilia perturbat.

Peloponēſium & Siculorum cædes.

Princeps Peloponeſi captus.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ, ῬΩΜΑΙΚΗΣ ἱστορίας λόγος τέταρτος.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΒΙΒΛΙΟΥ δ.

Περὶ τῆς τοῦ παλαιολόγου ἀναῤῥήσεως.

Περὶ τῶν τοῦ παλαιολόγου ὅρκων.

Περὶ τῆς στεφηφορίας τοῦ παλαιολόγου, ἐν ᾗ καὶ πάλιν ἕτεροι ὅρκοι.

Περὶ τοῦ πῶς ὑπὸ ῥωμαίοις αὖθις ἡ πελοπόννησος ἤρξατο γίνεσθαι.

Περὶ σκυθῶν αὖθις, καὶ ὅπως διέβησαν καὶ τὸν εὐφράτην.

Ἅλωσις τῆς κωνσταντινουπόλεως ὑπὸ ῥωμαίων.

NICEPHORI GREGORAE HISTORIAE ROMANæ Liber quartus.

CAPITA LIBRI IIII.

De Palæologi deſignatione.

De iureiurando Palæologi.

De coronatione Palæologi, in qua rurſus aliud iuſiurandum exactum.

Ut Peloponeſus à Romanis recuperari cœperit.

Rurſus de Scythis, ut Euphratem tranſierint.

Quemadmodum Conſtantinopolis à Romanis recepta ſit.

Paleologi Imperatoris in urbem ingreſſus.

Expeditio Cæſaris contra Michaelem Theſſalum fœdifragum.

De excæcatione hæredis Imperij Ioannis.

De Paleologo ſacris ab Arſenio patriarcha interdicto.

Arſenij patriarchæ exilium, & Germani in ſede illius collocatio.

De Icario Eubœo.

De Scytharum in Thraciam incurſione.

De Aegyptijs Arabibus.

De Celtogalatarum expeditione.

De Ioſepho, qui Germano patriarchæ ſucceſſor datus eſt.

De magno bello, quod Romani Theſſalico Sebaſtocratori intulerunt.

De nauali Romanorum & Eubœorum pugna ad Caſſandriam.

Εἴσοδος παλαιολόγου τοῦ βασιλέως εἰς κωνσταντινούπολιν.

Ἐκστρατεία τοῦ καίσαρος κατὰ τοῦ ἀποστάτου μιχαὴλ τοῦ θετταλοῦ.

Περὶ τῆς τυφλώσεως τοῦ διαδόχου τῆς βασιλείας ἰωάννου.

Περὶ τοῦ ἀφορισμοῦ ὃν ὁ πατριάρχης ἀρσένιος κατὰ τοῦ παλαιολόγου ἐξεφώνησεν.

Ἐξορία τοῦ πατριάρχου ἀρσενίου, καὶ ἀναγωγὴ γερμανοῦ εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον.

Περὶ τοῦ ἐξ εὐβοίας ἰκαρίου.

Περὶ τῆς ἐπὶ τὴν θρᾴκην ἐφόδου τῶν σκυθῶν.

Περὶ τῶν αἰγυπτίων ἀράβων.

Περὶ τῆς τῶν κελτογαλατῶν ἐκστρατείας.

Κάθοδος γερμανοῦ ἐκ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου, καὶ ἄνοδος ἰωσήφ.

Περὶ τοῦ μεγάλου πολέμου, ὃν ἐποιήσαντο κατὰ τοῦ θετταλοῦ σεβαστοκράτορος οἱ ῥωμαῖοι.

Περὶ τῆς ἐν κασσανδρείᾳ ναυμαχίας ῥωμαίων καὶ εὐβοίων.

Arſenij perturbatio & incõſtantia

Quæ cum ibi ita gererẽtur, uiri autoritate & nobilitate præſtantes, circa Magneſiam clypeo inſidentem Michaelem Palæologum, Imperatorem appellant. Quo patriarcha Arſenius audito uehementer perturbatus, puero metuebat: ac primùm in animo habuit, tam eũ qui appellatus eſſet Imperator, quàm qui appellaſſent, ſacris interdicere. Deinde mutato conſilio, moderatius & melius eſſe ratus eſt, eos ſancto iureiurando aſtringere, ne uel pueri uitæ inſidientur, uel de Imperio illi per uim aut fraudem eripiendo cogitent: itaq; factum eſt Calendis Decembris. Sed priuſquam menſis elaberetur, is ipſe qui hæc timuerat, & illa ipſa pro ſecuritate pueri egerat, ſuis manibus, in ſacro ſuggeſtu Michaelis Palæologi capiti coronam imponit, & Imperatorio diademate uirum ornat, ſententijs Senatus & ſacri ordinis impulſus. Ceterùm non perpetuum illi decernit imperium, ſed quòd tum rebus ita cogentibus id ab eo adminiſtrandum eſſet, donec legitimus illius hæres & ſucceſſor adoleuiſſet: tum uerò illi ſoli cedendum eſſe ultrò & ſolio regio, & omnibus Imperij inſignibus. Atq; his ſanctiore iureiurando quàm prius firmatis, uelut optimum Imperij auſpicium uictoria Romanorum Occidentalis ei nunciatur: paulóque poſt autores illius adſunt, Peloponeſi Achaiæq; principem & multos alios captiuos adducentes,

Conditiones coronationis.

Ἀλλὰ τούτων οὕτως ἐκεῖ πολιτευομένων, ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ἐνταῦθα περὶ τὴν μαγνησίαν καθίσαντες μιχαὴλ τὸν παλαιολόγον, ἀναγορεύουσι βασιλέα οἱ δόξῃ καὶ γένει προὔχοντες. ὅπερ ἀκηκοὼς ὁ πατριάρχης ἀρσένιος, καὶ τὴν κνίσαν τότε διὰ γὰρ ξίφους παντὸς χαλεπωτέραν κατὰ καρδίας τὴν λύπην ἐδέξατο· καὶ ἠρεμεῖν ὅλως οὐκ εἶχε, δεδιὼς περὶ τοῦ παιδός. ὅθεν ἀφορισμῷ καθυποβαλεῖν ἐπιχείρησε πρῶτον τόν τε ἀναγορευθέντα, καὶ τοὺς ἀναγορεύσαντας. ἔπειτα ἐπέσχε, μετριώτερόν τε καὶ βέλτιον ἡγησάμενος ὅρκοις φρικωδεστάτοις αὐτοὺς ἀσφαλίσασθαι, μήτε τῇ ζωῇ τοῦ παιδὸς ἐπίβουλον χεῖρα ἐπιβαλεῖν, μήτε σκέψιν τινὰ καὶ παρευδοκίμησιν τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐνθυμηθῆναι. καὶ δὴ γίνεται τοῦτο, καλανδῶν δεκεμβρίων ἄρτι ἐπιλαμψασῶν. οὔπω δ᾽ ὅλος ἀπηρτίζετο μήν, καὶ αὐτὸς ὁ ταῦτα μὲν δεδιώς, ἐκεῖνα δ᾽ ἐμπεδῶν, καὶ ἀσφαλιζόμενος ὑπὲρ τοῦ παιδός, οἰκείαις χερσὶν ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ καταστρέφει βήματος μιχαὴλ τὸν παλαιολόγον καὶ τῷ βασιλικῷ κοσμεῖ διαδήματι, ταῖς γνώμαις τῶν ἄλλων ὅσοι τῆς συγκλήτου, καὶ ὅσοι τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου συγκαθελκυσθεὶς καὶ αὐτός. πλὴν οὐκ αὐτῷ γε διηνεκῆ τὴν αὐτοκρατορικὴν ἀρχὴν χαρίζεται, ἀλλ᾽ ὡς τῶν πραγμάτων τέως ἀναγκαζόντων διοικεῖν αὐτὸν αὐτήν, μέχρις ἂν εἰς ἥβην ὁ γνήσιος τῆς βασιλείας κληρονόμος ὁμοῦ καὶ διάδοχος φθάσῃ. τότε δ᾽ αὐτὸν ἑκόντα παραχωρεῖν ἐκείνῳ μόνῳ τῶν τε αὐτοκρατορικῶν θρόνων, καὶ πάντων ἅμα τῶν βασιλικῶν συμβόλων. καὶ ἐπὶ τούτοις αὖθις ὅρκοι ἐτελοῦντο φρικωδέστεροι τῶν προτέρων. τηνικαῦτα γε μὴν καθάπερ τις ἄριστος οἰωνὸς τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἀγγέλλονται τούτῳ τὰ δυτικὰ τῶν ῥωμαίων τρόπαια, καὶ μετ᾽ ὀλίγον ἥκουσι καὶ οἱ τὰ τρόπαια πεπραχότες, αἰχμάλωτον ἄγοντες τόν τε πελοποννήσου καὶ ἀχαΐας πρίγκιπα, καὶ πλείστους ἄλλους τῶν πολεμίων.

μένων. κἀκεῖνοι μὲν ἄξια κομίζονται τὰ γέρα, καὶ τῶν πόνων τὰ ἔπαθλα. ὁ μὲν γὰρ σεβαστοκράτωρ, ἐς τὸ δεσποτικὸν ἀνάγεται παρὰ τοῦ βασιλέως ἀξίωμα· ὁ δὲ μέγας δομέστικος ἐς τὸ τοῦ καίσαρος· ὁ δὲ καῖσαρ ἅμα τῷ πενθερῷ τοῦ δεσπότου, ἐς τὸ τοῦ σεβαστοκράτορος. ἐποίει δ' ἐπίσημον τὴν ἐκ τοῦ πενθεροῦ διαφορὰν, ὅτι ἐν τοῖς κυανοῖς πεδίλοις καὶ χρυσοϋφεῖς αὐτῷ ἐνηρμόζοντο ἀετοί. ὅ γε μὴν πρίγκιψ Πελοποννήσου καὶ Ἀχαΐας ὠνούμενος τὴν ἐλευθερίαν μετὰ τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς, δίδωσι τῷ βασιλεῖ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων τρεῖς τὰς βελτίους· τήν τε Μονεμβασίαν, καὶ τὴν περὶ τὰ Λεῦκτρα Μαΐνην, ἣ Ταιναρία πάλαι παρ' Ἕλλησιν ἄκρα ἐκαλεῖτο, καὶ τρίτην τὴν προκαθεζομένην τῆς Λακωνικῆς Σπάρτην. καὶ οὕτως ὡσὰν ἐξ ᾅδου κευθμώνων ἀπροσδόκητος ἐχαρίζετο τοῖς ἰδίοις. ἐγκρατὴς δὲ τῶν εἰρημένων γίνεται πόλεων ἐν Πελοποννήσῳ, Κωνσταντῖνος ὁ ἀμφιμήτριος ἀδελφὸς τοῦ βασιλέως, ὅν, ὡς μικρῷ πρόσθεν εἰρήκαμεν, ἐκ καισάρων σεβαστοκράτορα πεποίηκε. καὶ ἀπελθὼν ἐκεῖσε, πολλὰς εἰργάσατο νίκας κατὰ τῶν Πελοποννησίων Λατίνων· καὶ πολλὰς ἑτέρας προσεκτήσατο πόλεις, ὡς ἐξ ὁρμητηρίων μεγάλων τῶν τριῶν ἐκείνων ὁπλιζόμενος πόλεων. ἐπὶ τούτοις καταλιπὼν τὸν πατριαρχικὸν ὁ Ἀρσένιος θρόνον, ᾤχετο ἡσυχάσων ἐς τὸ παράλιον τοῦ Πασχασίου μονύδριον. πρόφασις δ' ἦν τῆς ὑποχωρήσεως, ἡ περιφρόνησις Ἰωάννου τοῦ Λάσκαρι τοῦ βασιλέως παιδός. ἔπεμψε γὰρ αὐτὸν πρὸ βραχέος ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ ὁ Παλαιολόγος ἐν Μαγνησίᾳ φυλάττεσθαι, μήποτε νεωτερισμόν τινα δῆθεν πράξῃ παρά τισιν, ἔχουσιν εἰς τοῦτο ἐπιρρεπῶς, ἡ αὐτοῦ γε ἐμφάνεια. καὶ δὴ Νικηφόρος αὐτ' ἐκείνου ἐς τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον, ὁ τῆς Ἐφέσου μητροπολίτης, ὃς ἕνα ἐπιβιοὺς ἐνιαυτὸν ἐτελεύτησεν. ὁ μέντοι βασιλεὺς σὺν πολλοῖς τοῖς στρατεύμασι διεπεραιοῦτο εἰς Θρᾴκην, ἐπίδοξος ὢν ἐσβαλεῖν καὶ ἐς τὰ τῆς Κωνσταντινουπόλεως προαύλια, πείρας εἵνεκα πολεμικῆς. καὶ μετὰ τὴν ἔξω διατριβὴν παρελάσας, ἐπολιόρκει πρῶτον τὸ κατὰ τὴν περαίαν τοῦ Γαλάτου ἐπικεκλημένον φρούριον, ὡς ῥᾳδίως ἐντεῦθεν ἁλωσομένης αὐτῷ καὶ τῆς Κωνσταντίνου, εἰ αὐτὸ παραστήσαιτο πρότερον. ἀλλ' ἦσαν ἄρα τὰ τῶν τοιούτων ἐλπίδων αὐτῷ γρηγορούντων ἐνύπνια. πλεῖστα γὰρ τῶν λιθοβόλων μηχανήματα τῶν ἀντιπεριστήσας αὐτῷ, καὶ πολλὰς ἐπενεγκὼν βίας, ἑλεῖν οὐ δεδύνηται. ὅθεν ὀχυρώσας τὰ περὶ τὸ Βυζάντιον φρούρια, καὶ ὁπλίτας ἀφεὶς ἐν αὐτοῖς, προσέταττε συνεχεῖς ἐπιδρομὰς καὶ ἐνέδρας ποιεῖσθαι κατὰ τῶν Βυζαντίων Λατίνων, ὡς μηδὲ προκύπτειν ἐᾶν εἰ δυνατὸν αὐτοὺς τῶν τειχῶν. ὃ δὴ πρὸς τοσαύτην ἤλασε τοὺς Λατίνους πενίαν, ὡς τῇ τῶν ξύλων σπάνει, καὶ τὰς τοῦ Βυζαντίου πλείστας καὶ περιφανεῖς οἰκίας καθελεῖν, εἰς δαπάνην χρειώδη τοῦ πυρός. ἐντεῦθεν ἐς Νίκαιαν αὖθις ὑποστρέφει· αὕτη γὰρ ἐγεγόνει ῥωμαίων βασίλειον, μετὰ τὴν τῆς Βυζαντίδος πόρθησιν, καὶ ἦν ἐκεῖ διατρίβων ἐφ' ἱκανόν.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΚΥΘΩΝ αὖθις.

ΕΝ τούτοις μέντοι τοῖς χρόνοις, διαβάντες καὶ τὸν Εὐφράτην οἱ Σκύθαι, τῆς ἄχρι Παλαιστίνης, οἰκειοῦνται Συρίαν καὶ Ἀραβίαν. μηδὲ γὰρ * εἶν τῶν πάνυ ῥᾳδίων „ ὅρας λαμβάνειν τὴν ἀνθρώπων πλεονεξίαν, μέχρις „ ἂν ἐπηρμένη τῇ δεξιᾷ καὶ τῇ αἰχμῇ τὸ δύνασθαι. καὶ

* ἦν

πολλοῖς

ducentes, & iuſtis laborum ſuorum præmijs & honoribus afficiuntur. Nam Sebaſtocratori Deſpotica poteſtas ab Imperatore decernitur: Magnus Domeſticus Cæſar, Cæſar uerò cum Deſpotę ſocero Sebaſtocrator appellatur: ſoceri uerò illuſtre diſcrimen in cæruleis calceis aureæ aquilæ intertextæ cōſtituebant. At Peloponeſi & Achaiæ princeps, redimendæ uitæ & libertatis ergò, tres optimas Peloponeſi ciuitates dat, Monembaſiam, Mainen ad Leuctra ſitam, quæ olim Tænarium promontorium dicebatur, & Spartam principem Laconiæ urbem: itáque ſuis, uelut ex inferorum faucibus ereptus, reſtituitur. Vrbibus uerò illis uterinus Imperatoris frater Conſtantinus præficitur, quem, ut modò diximus, è Cæſare Sebaſtocratorem fecerat. Quò cum perueniſſet, Latinos Peloponenſes ſæpenumero uicit, & multas alias urbes ſubegit, opportunitate triū illarum uſus. Poſt hæc Arſenius, relicta ſede patriarchica, ſe in maritimum Paſchaſij monaſteriolum quieſcendi cauſa contulit. Cauſa illius ſeceſſus fuit, Ioannis contemptus, Imperatoris Laſcaris filij. Miſerat enim eum paulo antè Imperator Michael Palæologus Magneſiam cuſtodiendum, ne præſentia eius quoſdam, alioqui rerum nouarum cupidos, commoueret. Proinde Nicephorus Epheſi metropolitanus ſucceſſor illi datus eſt: qui uno anno in ea dignitate exacto, mortem obijt. Imperator uerò cum magnis copijs in Thraciam profectus, ſuburbana Conſtantinopolis, fortunæ bellicæ tentandæ cauſa, inuaſurus putabatur: & cum foris ad tempus commoratus eſſet, caſtellum Peræ cognomento Galatæ primùm oppugnauit, quaſi facile pòſt, illo potitus, etiam urbis potiturus. Sed ea ſpes nihil utique fuit aliud, quàm ſomnium uigilantis. Nam cum id multis machinis ſaxa eiaculantibus circumdediſſet, & ſæpe impetum in id feciſſet, capere tamen haud potuit. Vnde Byzantino agro finitima caſtella muniuit: & militib. præſidiarijs mandauit, ut crebris incurſionibus atq; inſidijs Byzantinos Latinos infeſtarent, ne (ſi fieri poſſet) illis uel proſpicere extra mœnia liceret. Quæ res ad tantā illos egeſtatem redegit, ut ob lignorum inopiam plurimas & pulcherrimas urbis ædes deſtruerent, ut neceſſarijs ignibus materia ſuppeteret. Inde Nicæam redijt, quæ poſt Byzantij uaſtationem regia Romanorum fuit: ibiq; diu commoratus eſt.

Victoribus ducibus noui tituli cōferuntur.

Monembaſia, Maine, Sparta, Romanis redditæ.

Arſenius monaſteriū ingreditur.

Palæologus Byzantium tentat.

Galatæ caſtellum.

Nicæa Byzantij uicaria.

RVRSUS DE SCYTHIS.

CAeterùm his temporibus Scythæ, etiam Euphrate ſuperato, Syriam uſq; ad Palæſtinā & Arabiam ſubigunt: (neque enim a- „ uaricia humana facilè conquie- „ ſcit, dum conatibus fortuna reſpondet:) & „

Digitized by Google

multis manubijs onuſti, domum inde redeunt: cum reliquijs Syrorum, Arabũ & Phœnicum, ueluti miſeris mancipijs, annua tributa imperaſſent. Anno ſequenti, etiam in Aſiam intra Euphratem irrumpunt, eámque prædati facilè ſubigunt: limitibus excurſionis & motus illius conſtitutis, uerſus Septentrionem Cappadocia & flumine Thermodonte: ad meridiem Cilicia, & Tauri montis Aſiæ maximi partibus, quæ paulo pòſt eius initium multifariam diuiduntur. Deinde Turcorum quoque regia potiuntur. Quare Sultanus Azatines, cum fratre Meleco exul, ad Romanorum Imperatorem Michaelem Palæologum confugit, magna ſpe fretus, quòd non ita pridem liberaliter & munificè ipſum etiam tractaſſet, imminens ab Imperatore diſcrimen fugientem, & plurima terrorum illorum ueſtigia in animo circumferentem. Quæ cum in memoriam illi reuocaſſet, petit ut uel opem ferat contra Scythas, uel partem aliquam Romani agri, ac ueluti coloniam ſibi aſsignet, in qua cum ſuis tutius conſidere queat. Adducebat enim ſecum uxorem & liberos, famulóſque multos, prætereáque magnas diuitias. Imperatori autem tot undique bellis urgentibus, non committendum eſſe uiſum eſt, ut Romanas copias comminueret: terræ autem partem tanto uiro qui multis prouincijs imperaſſet, & regio faſtu ab ineunte ætate educatus eſſet, aſsignare, ne ipſum quidẽ ſuſpicione carere, aut metu in poſterũ. Neceſſe enim eſſe, ut ſubiecti Satrapę ducẽ ſuũ quærãt & alibi atq; alibi diſperſi: &, ueluti planetæ, noctu oberrantes, ad eum qui facem præferat ac uiam mõſtret, cõcurrant, ac tandem Romanos inſigni detrimento afficiant. Vnde animum eius, uelut in æquilibrio nutantem, ſpe ueluti paraſitum alebat.

Azatinis Turci fuga ad Imperatorem.

EXPEDITIO ADuerſus Deſpotam Aetoliæ & Epiri.

DVo perpetui anni exierãt, ex quo Michael Imperatorio ſolio potitus, Occidẽtalia & Theſſalica arma repreſſerat (de pugna Acarnanum & Aetolorum loquor) cũ malæ illius radicis mala & ſpinoſa germina repullulaſcerent, perfidiáque Michaelis ac bellici tumultus renouarentur. Imperator igitur celeriter aduerſus illum Cæſarem Strategopulum, Bithynis illi paulũ ſupra DCCC datis mittit: reliquos milites, quotquot res poſtularet, è Thracia & Macedonia cogere iubet. Mandat etiam, ut cum Bithynis militibus obiter per ſuburbia Byzantij tranſiret, ad Latinos perturbandos, ne prorſus ocium agere, quietiq; eſſe ſinerẽtur: aut multũ extra mœnia, quoties libitũ eſſet, euagarentur; ſed in perpetuo metu eſſent, & tanquam in carcere incluſi.

Obiter tentandum Byzantium.

πολλοῖς ἐκεῖ τοῖς λαφύροις περιτυχόντες, βεβυσμένοι ἐπανήκουσι δεξιαῖς, φόρους ἐτησίους, ὅσα καὶ δούλοις ἀθλίοις, τάξαντες τοῖς ἐναπολειφθεῖσιν ἀραψί τε καὶ σύροις, καὶ φοίνιξι. κατὰ μέν τοι τὸ ἑξῆς ἔτος εἰσβάλλουσι καὶ ἐς τὴν ἐντὸς εὐφράτου ἀσίαν, καὶ πᾶσαν ῥαδίως καταστρέφονται καὶ ληΐζονται, ὅρους ποιησάμενοι τοῦ τοιούτου δρόμου καὶ κλόνου, πρὸς μὲν ἄρκτους καππαδοκίαν καὶ ποταμὸν τὸν θερμώδοντα, πρὸς δὲ μεσημβρίαν, τήν τε κιλικίαν, καὶ τὰ μικρὸν μετὰ τὰς ἀρχὰς πολλαχῇ διαιρούμενα μέρη τοῦ ταύρου, ὃς μέγιστος ἐπιφύεται τῶν κατὰ τὴν ἀσίαν ὀρῶν. χειροῦνται δ' ἤδη τούτοις καὶ τὰ τῶν τούρκων βασίλεια. καὶ φυγὰς ὁ σουλτὰν ἀζατίνης ἅμα τῷ ἀδελφῷ μελὴκ, φοιτᾷ πρὸς τὸν βασιλέα ῥωμαίων μιχαὴλ τὸν παλαιολόγον, ἐνέχυρα φέρων πιστὰ μεγάλων ἐλπίδων οὐ πάνυ παλαιᾶς φιλοξενίας, καὶ μεγάλης κηδεμονίας ὑπομνήματα, ὁπότε δηλαδὴ καὶ αὐτὸς παρ' αὐτῷ ἧκε, φεύγων τε τοὺς βασιλικοὺς ἐκείνους κινδύνους, καὶ πλεῖστα φέρων ἤδη τῆς καρδίας τὰ τῶν μεγάλων φόβων ἴχνη. τούτων ἀνάμνησιν ἐπ' αὐτοῦ ποιησάμενος, αἰτεῖ δυοῖν θάτερον· ἢ συμμαχίαν κατὰ τῶν σκυθῶν, ἢ γῆς ῥωμαϊκῆς ἀποτομήν τινα, καὶ οἱονεὶ κληρουχίαν εἰς κατοικίαν μονιμωτέραν αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἅμα αὐτῷ. ἦν γὰρ ἐπαγόμενος γυναῖκα καὶ τέκνα καὶ θεράπειαν συχνὴν, καὶ πρὸς τούτοις πλοῦτον μάλα μακρὸν, καὶ πολυτελῆ. τῷ μὲν οὖν βασιλεῖ τὰ ῥωμαίων κατακερματίζειν στρατεύματα, πολλῶν πολλαχόθεν περικυκλούντων πολέμων, οὐ πάνυ τοι ἀσφαλὲς ἐδόκει. τό, τε γῆς κληροδοσίαν ἀπονέμειν ἀνδρὶ τοσούτῳ, πολλῶν σατραπῶν ἀρχηγῷ κατὰ ταὐτὸ, καὶ ἡγεμονικοῦ τινος ἤθους τροφίμῳ. καὶ ἴσως ἦν οὐκ ἀνύποπτον ἦν αὐτῷ, οὐδ' ἄνευ φόβων μελλόντων. ἀνάγκη γὰρ τοὺς ὑπὸ χεῖρα σατράπας ζητῆσαι τὸν ἀρχηγόν· καὶ τοὺς ἔνθεν διασπαρέντας καὶ φερομένους οἷα πλανήτας ἐν νυκτὶ, ἤδη τὸν λαμπαδοῦχον καὶ ὁδηγὸν συνδραμεῖν, καὶ χρόνῳ γενέσθαι ῥωμαίοις κακὸν ἀμήχανον· ὅθεν ὡς ἤδη τρυτάνης μετεωρισθείσης αὐτοῦ τῆς ψυχῆς, ἦγε καὶ ἔφερεν ἐλπίδων ὥσπερ παράσιτον.

ΕΚΣΤΡΑΤΕΙΑ ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΤΗΣ τε αἰτωλίας, καὶ τῆς ἠπείρου δεσπότου.

ΔΥΟ ἑξῆς ἦν ἤδη ἔτη, ἀφ' οὗ τῶν τε βασιλικῶν θρόνων ἐγκρατὴς ὁ μιχαὴλ ἐγεγόνει, καὶ τὸ δυτικὸν καὶ θετταλικὸν ἔπαυσε δόρυ, τῇ μάχῃ φημὶ τῶν τε ἀκαρνάνων καὶ αἰτωλῶν, καὶ τῆς πονηρᾶς ἐκείνης ῥίζης πάλιν ὑπεφύοντο πονηρὰ καὶ ἀκανθώδη βλαστήματα, καὶ πάλιν ὅρκων ἀνατροπαὶ καὶ μάχαι πολεμικαὶ τοῦ δεσπότου μιχαήλ. πέμπει τοιγαροῦν κατὰ τάχος ἐπ' ἐκεῖνον ὁ βασιλεὺς καίσαρα τὸν στρατηγόπουλον, δοὺς αὐτῷ καὶ βιθυνοὺς μὲν ὁπλίτας μικρὸν ὑπὲρ τοὺς ὀκτακοσίους· τοὺς δ' ἄλλους ὁπόσους ἡ χρεία ζητοίη, στρατολογήσειν αὐτὸν ἔκ τε θρᾴκης καὶ μακεδονίας. προσέταξε δ' αὐτῷ καὶ πάρεργον ὁδοῦ ποιήσασθαι, μεθ' ὧν ἤδη φέρει τῶν βιθυνῶν ὁπλιτῶν τὴν διὰ τῶν τοῦ βυζαντίου προαστείων διάβασιν, θορύβου τινὸς ἕνεκα τῶν ἐν βυζαντίῳ λατίνων· καὶ τοῦ μὴ πάνυ σχολάζειν αὐτοὺς καὶ ἀναπεπτωκέναι συγκεχωρῆσθαι, κατὰ τὸ πλεῖστον τῶν τειχῶν περιεξιέναι ὁπότε βούλοιντο· ἀλλ' εἶεν περιδεεῖς ἀεὶ, καὶ οἷον ἐν εἱρκτῇ

φρουρου-

φρουρουμένους. καὶ μὲν δὴ διαπεραιωσάμενος τὴν Προποντίδα, ὁ καῖσαρ, στρατοπεδεύει περὶ τὸ ῥήγιον· ἔνθα περιτυγχάνει τισὶν ἀγοραίοις ἀνδράσι, λόγοις μεγάλοις καὶ ἀῤῥήτοις τῆς τὰ πάντα διοικούσης προνοίας· ἣ πλήθει μὲν ἵππου καὶ στρατιᾶς οὐχ ὑπηρετεῖ πολλάκις, βραχείᾳ δέ τινι δυνάμει, καὶ πολλὴν ταῖς ἐλπίσι τρυφὴν χορηγεῖν οὐκ ἐχούσῃ συναίρεται μᾶλλον, καὶ νίκας μεγίστας παρέχεται. τῶν μὲν γὰρ τὴν ἐλπίδα κιβδηλεύει τὰ ὅπλα πολλάκις, καὶ ἡ τῆς ἄλλης ἴσως παρασκευῆς ἀφθονία, καὶ οὐκ ἐᾷ ῥᾳδίως ἄνω φέρεσθαι πρὸς τὸν ζωῆς καὶ θανάτου κύριον· ἀλλὰ κατασπᾷ καὶ βαρύνει, καὶ περὶ τὴν γῆν ὡς τὰ πολλὰ καλινδεῖσθαι βιάζεται. τῶν δὲ, τοὐναντίον ἡ σπάνις τῶν ἀναγκαίων κουφοτέρας ποιεῖ, καὶ οἷον αἰθεροδρομεῖν τι ἀναγκάζει, καὶ θερμοτέραν τὴν ἄνωθεν ἐκκαλεῖσθαι δεξιάν. διὰ τοῦτό γε μὴν ἐστὶ καὶ πολλοὶ μεγάλα ἐλπίσαντες, τοὐναντίον ἢ κατὰ τὰς ἐλπίδας ἀπήλλαξαν. ἕτεροι δὲ δι' ἀπορίαν καὶ ἑαυτῶν ἀπεγνωκότες, τροπαίων μεγίστων ἐπέτυχον. ἰδοὺ γὰρ κἂν τῷ παρόντι βασιλεῖς τῶν τριῶν οὐκ ἐλάττους πολλαῖς πολλάκις χιλιάσι στρατοῦ προσβαλόντες τῇ Κωνσταντίνου, ἄπρακτοι ἐπανῆκον, οὐδὲ τοῖς τείχεσι καθαρῶς δυνηθέντες ἐγγίσαι. ἀλλὰ ταύτην ὁ καῖσαρ εἷλεν αἰχμάλωτον, μηδ' ἄχρι χιλιάδος μιᾶς ἐπαγόμενος στράτευμα, μηδὲ τειχῶν ἀμυντήριον ὄργανον οὐδὲν, μηδὲ μηχανημάτων ὄχλον ὁντινοῦν, ἀλλὰ μόνῃ τῇ θείᾳ ἐπικουρίᾳ τὸ πᾶν ἀναρτήσας. εἷλε δὲ οὕτως. Ἐπεὶ γὰρ τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις ὁ καῖσαρ ἐνέτυχε, ῥωμαίοις μὲν οὖσι τὸ γένος, αὐτόχθοσι δὲ Κωνσταντινουπόλεως, κατὰ δὲ χρείαν ἅλωνος καὶ καρπῶν συλλογῆς ἔξω διαιτωμένοις τῆς πόλεως, ἤρετο περί τε τῆς τῶν Λατίνων δυνάμεως ὅση καὶ οἵα· καὶ περὶ ὅσων ἄλλων εἰκὸς ἦν περιεργάζεσθαι στρατηγὸν ἄνδρα, καὶ πολλῶν ὀλυμπιάδων τοιούτων μεστόν. οἱ δὲ καὶ τῷ τῶν Λατίνων πάλαι ἀχθόμενοι ζυγῷ, καὶ ἄλλως τοῖς ὁμοφύλοις μᾶλλον ἢ τοῖς ἀλλοφύλοις συνδιαιτᾶσθαι ποθοῦντες, ἕρμαιον κάλλιστον τὴν τοῦ καίσαρος ἡγήσαντο ξυντυχίαν, καὶ πάντα σαφῶς τε ἀπήγγειλαν, καὶ ἐπὶ τούτοις συμφωνίας τῷ καίσαρι συνετίθεσαν περὶ προδοσίας. καὶ δωρεῶν ὑποσχέσεις μεγάλων ῥᾷστα ἐλάμβανον, ὡς ἐφ' ὁμολογουμένῃ τῇ πράξει. οὐ γὰρ μόνον ἀσθενῆ τὴν τῶν Λατίνων δύναμιν ἔφασαν ἤδη τυγχάνειν, ἀλλὰ καὶ ταύτης τὸ πλεῖστον ἀπεῖναι ἐς τὴν τῆς Δαφνουσίας πολιορκίαν. πόλις δὲ αὕτη περὶ τὸν εὔξεινον πόντον, πολλοῖς κυκλουμένη τοῖς ὕδασι, χιλίους σταδίους διϊσταμένη τῆς Κωνσταντίνου· σφίσι δ' αὖ ῥᾴδιον εἶναι τὴν εἴσοδον νύκτωρ τῷ στρατῷ συσκευάσαι, καὶ ἅμα συνάρασθαι μετὰ τῶν φίλων αὐτοῖς καὶ χερσὶ καὶ ὅπλοις καὶ πάσῃ δυνάμει τὴν τῶν ἀντιπάλων ἄμυναν. τήν τε γὰρ οἴκησιν ἔγγιστά που τῆς πύλης κεκτῆσθαι, τῆς κατ' εὐθεῖαν βλεπούσης πρὸς τὸν ναὸν τῆς θεομήτορος τῆς πηγῆς, εἴσοδόν τε εἰδέναι λαθραίαν, ἣν παλαιός τις ὑπόνομος ἔλαθεν ὅπερ ἐξ αὐτομάτου νῦν παρεχόμενος, δι' οὗ πεντήκοντα εἰσιόντας ὁπλίτας νυκτὸς, τούς τε φύλακας ἀποκτεῖναι, καὶ τὴν πύλην συντρίψαντας ῥᾳδίαν ἤδη καὶ ἅπαντι τῷ στρατῷ πεποιηκέναι τὴν εἴσοδον. ταῦτ' ἔφασαν οἱ ἄνδρες, καὶ οἴκαδε ἀπιόντες, οὐ μάλα συχνῶν ἡμερῶν εἰς πέρας ἦγον τὰ ὑπεσχημένα.

Modeſtis adeſt Deus

incluſi. Itaque Cæſar Propontide traiecta, caſtrisque circa Rhegium poſitis, in circumforaneos quoſdam homines incidit, magno arcanóque cuncta gubernantis Prouidentiæ conſilio: quæ ſæpe multitudini equorum & exercituum non ſubſeruit, exiguis uerò copijs & parum locuplete ſpe fretis magis adeſt, maximáſque uictorias largitur. Nam illorum ſpem arma ſępe & reliqui apparatus abundantia uelut adulterat, nec ſurſum ferri ad uitę necísque dominũ ſinit, ſed graui quodam pondere deorſum premit, humíque uerſari cogit: horum contrà fiduciã penuria expeditiorem facit, ac propemodum ad percurrendum cœlum impellit, ac uotis ardentioribus ſupernam dexteram euocandam. Hinc eſt quòd multi magna ſpe deiecti, contrariũ experiuntur: alij uerò ex inopia & ſui deſperatione maximos triumphos ſunt adepti. Ecce enim Imperatores tribus haud paucio res, cum maximis ſæpe copijs Conſtantinopolim aggreſsi, re infecta diſceſſerunt, cum nec ad ipſa mœnia propius accedere licuiſſet. At Cæſar eandem cœpit, cum ne millenarium quidem exercitum adduceret, nec ullas machinas ad deijciendos muros paratas haberet, ſed à ſola Diuina ope penderet. Cœpit autem ſic. Cum in illos uiros incidiſſet, genere Romanos, Conſtantinopoli uerò natos, qui ob ruſticum opus condendáſque fruges foris agerent: rogauit eos, quales & quantæ eſſent Latinorum uires: aliaq; à duce inquirenda, longo prę ſertim uſu exercitato. His uerò, cum Latinorũ iugum longo iam tempore moleſtè ferrent, & alioqui etiam popularium ſuorum quàm alienigenarum conſuetudine uti mallent, optatiſſimus Cæſaris aduentus fuit: eiq; cuncta perſpicuè narrauerunt, conſiliaq; proditionis cũ eo agitauerunt, & maximorum præmiorum pollicitationes cupidiſsimè, ueluti re minimè dubia, admiſerunt. Nam Latinorũ uires non exiguas modò nunc eſſe, ſed etiam maximam earum partem abeſſe, in Daphnuſiæ (oppidum id Euxini Ponti eſt, multis aquis circundatum, mille ſtadijs à Conſtantinopoli diſsitum) obſidione: ſibi uerò facile eſſe noctu illi patefacere ingreſſum, atque etiam aſcitis amicis opẽ ei laturos eſſe, & manu & armis & totis uiribus ad hoſtes ulciſcendos: quòd & ædes ſuæ portæ contiguæ eſſent, quæ rectà fanum Deiparæ Fontanæ ſpectaret: occultúmque ſcire aditum, quem uetus quidam cuniculus ultrò præberet: per quem quinquaginta armati ingreſsi, occiſis uigilibus, effractáque porta, facilem ingreſſum uniuerſo exercitui patefacturi eſſent.

Byzantij proditores.

Daphnuſia

His illi dictis domum reuerſi, paucis diebus interiectis, quæ uerbis promiſerant, re ipſa præſtiterunt.

RECUPERATIO CONſtantinopolis.

Byzantiū à Cæſare incenditur.

Cæſar uerò ſub diluculū urbem ingreſſus, ibique certo in loco acie ad pugnā inſtructa, uno die exacto, poſtridie ignem iniici ædibus, & quatuor in locis urbem incendi iubet, ut gemino bello exitium Latinis machinaretur. Regia Latinorum erat Pantocratoris monaſterium. Qui uerò tum Conſtantinopoli regnaret, Balduinus erat, Balduini primi ex ſorore nepos. Ei enim frater Herricus ſucceſsit: huic ſororis Iolentæ primogenitus filius Robertus: Roberto frater ętate proximus Balduinus, quartus & poſtremus à Balduino primo Conſtantinopolis rege. Is manè cum ſurrexiſſet, ac hoſtes in urbe eſſe audiuiſſet, ſimulque urbem flammis circumdatam cōſpexiſſet, quæ actæ uento mox ipſius quoque regiam inuaſuræ eſſent: primùm arma & bellum ſpectauit, coactis ſi qui aderant Latinis militibus. Sed cum ſtatim animaduertiſſet, irritum eſſe conatum ſuum: & inſignia regni & ipſum regnum ualere iubet, ac nudus cymba quadam arrepta, fuga ſalutem quærit. Cuius rei fama eodem die ad eos qui Daphnuſiam obſidebant affertur: qui ea relicta, poſtridie quàm celerrimè poterant, præter & circum mœnia urbis nauigātes conſpiciuntur, & elabentes Latinos, quatenus licebat, aceruatim recipientes. idq; à ueſpere uſque ad diluculum cōtinenter fecerunt. Sub auroram uerò expanſis uelis rectà uerſus Italiam curſum intenderunt, multum & ipſi adulterinam patriam ualere iubentes. Lætus autem bene geſtæ rei nuncius, cum celerrimè Nicæam ad Imperatorem perlatus eſſet, is initiò credere non potuit: cogitās, ſe non ita pridem maximo cum exercitu, maximoq; machinarum apparatu exiguum Galatæ oppidulum expugnare nō potuiſſe: & nunc audire, Conſtantinopolim, tantum orbis terrarum miraculum, adeò facile ab DCCC uiris eſſe captam. Deinde cum ſe collegiſſet, ac reputaret, Prouidentia numinis etiam arida refloreſcere, & pauperes ditari, & imbecilles confirmari, & paruos amplificari: contráque fieri, cum diues ſuis opibus glorietur, & potens ſuis uiribus intumeſcat: gratas manus ad Dominum extendit, & multos hymnos huic argumento conuenientes recitauit. Ad hunc ergo modum eo nuncio affectus, in eo fuit, omiſsis alijs rebus omnibus, ut cum uxore & Andronico filio, tum bimulo, reginam urbium ingrederetur.

Balduinus poſtremus Byzantij rex.

Palæologi lætitia de recuperata urbe.

Ludit in humanis diuina potentia rebus.

INGRES-

ΑΛΩΣΙΣ ΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ.

Καὶ ὁ καῖσαρ εἴσεισι τὴν Κωνσταντινούπολιν νύκτωρ πρὸς ὄρθρον. καὶ αὐτοῦ που διημερεύσας, συντεταγμένος πρὸς πόλεμον, τῇ ὑστεραίᾳ πῦρ τε ὑφῆναι κατὰ τῶν οἰκιῶν κελεύει, καὶ τετραχῇ τὴν πόλιν ὑφάψαι, ἵνα διπλοῖς πολεμίοις ὁ τῶν Λατίνων ὄλεθρος εἴη μεμηχανημένος. τὰ μὲν οὖν τῶν Λατίνων βασίλεια, ἡ τοῦ Παντοκράτορος ὑπῆρχε μονή. ὁ δὲ τηνικαῦτα Κωνσταντινουπόλεως βασιλεύων Βαλδουῖνος, ὁ τοῦ πρώτου Βαλδουΐνου ἀδελφιδοῦς· Ἐρρῆς μὲν γὰρ ἐκεῖνον ὁ ἀδελφὸς διαδέχεται, τὸν δὲ ὁ τῆς ἀδελφῆς Ἰολάντης πρῶτος υἱὸς ὁ Ῥομπέρτος, καὶ τοῦτον αὖ ὁ Ῥομπέρτου δεύτερος ἀδελφὸς Βαλδουῖνος, τέταρτος καὶ τελευταῖος ὢν ἀπὸ τοῦ πρώτου Βαλδουΐνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως βασιλεύς. οὗτος ἕωθεν ἀναστάς, καὶ ἀκηκοὼς ἔνδον ὄντας τοὺς πολεμίους, καὶ ἅμα ἰδὼν ὡς τὸ πῦρ τήν τε πόλιν διέζωσεν ἅπασαν, καὶ ὅσον οὐδέπω καὶ αὐτοῦ τῶν βασιλείων γενέσθαι ἔμελλεν ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἐλαυνόμενον, πρῶτα μὲν εἰς ὅπλα καὶ πόλεμον ἔβλεψε, συναθροίσας εἴ τί που τῶν Λατίνων ὑπῆρχεν ὁπλιτικόν. τάχιστα δ' αὖθις ἐγνωκὼς ἀνηνύτοις ἐπιχειρῶν, χαίρειν ἀπεῖπε καὶ σύμβολα βασιλείας καὶ βασιλείαν αὐτήν. ὁ δ' ἁλιάδι τινὶ γυμνὸν ἑαυτὸν ἐμβαλών, φυγῇ τὴν σωτηρίαν πορίζεται. φέρουσα δ' ἡ φήμη φθάνει αὐθήμερον, καὶ τοὺς τὴν Δαφνουσίαν πολιορκοῦντας. οἳ δὴ καὶ ἄραντες ἐκεῖθεν, τάχιον αὐτόσε ἢ ὡς εἴποι τις, καὶ ὁρῶνται τῇ ὑστεραίᾳ τὰ τείχη τῆς πόλεως παραπλέοντές τε καὶ περιπλέοντες, καὶ τοὺς ἐκπίπτοντας τῶν Λατίνων συναιροῦντες ὅσον ἐφικτόν. καὶ τοῦτ' ἐξ ἑσπέρας εἰς ὄρθρον ποιοῦντες διετετελέκασιν. ἅμα δ' ἕῳ τὰ ἱστία διαπετάσαντες, εὐθὺ τῆς Ἰταλίας τὸν ἀπόπλουν ἐποίουν, μακρὰ καὶ αὐτοὶ χαίρειν εἰπόντες τὴν νόθον πατρίδα. τὰ δὴ τάχιστα φθάνει τῶν πεπραγμένων τὰ εὐαγγέλια, καὶ τὸν βασιλέα περὶ τὴν Νίκαιαν. ὁ δὲ πιστεύειν οὐκ εἶχε τὰ πρῶτα, ῥᾳδίως ἐννοῶν ὡς πρὸ βραχέος αὐτὸς μὲν ἅμα μυρίαν ἐπαγόμενος αἰχμήν, καὶ μυρίαν ἐπιδειξάμενος μηχανὴν ἑλεῖν οὐδὲ τὸ σμικρότατον ἠδυνήθη τοῦ Γαλάτου πολίχνιον· κἄπειτα παραδόξως ἀκούει τὴν Κωνσταντίνου, τὸ μέγα θαῦμα τῆς οἰκουμένης, ἁλοῦσαν ῥᾳδίως ὑπ' ὀκτακοσίων ἀνδρῶν. εἶτα καθ' ἑαυτὸν γενόμενος, καὶ συνιεὶς ὡς τοῦ θείου ἡ πρόνοια δύναται καὶ τοῖς ξηροῖς διδόναι βλάστην, καὶ τοῖς πένησι πλοῦτον, καὶ ῥώμην τοῖς ἀσθενέσι, καὶ μέγεθος τοῖς μικροῖς, ὥσπερ καὶ τοὐναντίον, ὁπότε ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ καυχᾶται τῷ ἑαυτοῦ, καὶ ὁ δυνατὸς ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ· εὐχαριστηρίους ἀνεπέτασε χεῖρας πρὸς κύριον, καὶ ὕμνους πολλοὺς διεξελήλυθε τῇ γλώττῃ, μάλα τῇ ὑποθέσει προσήκοντας. ὁ μὲν δὴ βασιλεύς, οὕτω περὶ τὴν ἀκοὴν διέθηκεν ἑαυτόν. τὸ δὲ ἦν ἔργον ἐπιμελὲς λοιπόν, πάντων ἀφεμένῳ τῶν ἄλλων πραγμάτων, ἰέναι πρὸς τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων ἅμα τῇ συζύγῳ δεσποίνῃ, καὶ τῷ υἱῷ Ἀνδρονίκῳ τῷ νέῳ βασιλεῖ, δεύτερον ἔτος ἄγοντι τῆς ἡλικίας.

ΕΙΣΟ-

Digitized by Google

ΕΙΣΟΔΟΣ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΥ τοῦ βασιλέως εἰς Κωνσταντινούπολιν.

Συχναὶ παρῆλθον ἡμέραι, καὶ εἶχε τὸν βασιλέα ἡ τῶν πόλεων βασιλεύουσα. πλὴν οὐ πρότερον εἰσελθόντα αὐτόν, πρὶν ἢ τὴν θείαν εἰκόνα τῆς ὑπεράγνου θεομήτορος τῆς ὁδηγητρίας, διὰ τῆς οὕτω πως ὀνομαζομένης χρυσῆς πύλης εἰσελαύνεσθαι· ἔνθα αὐτῇ τοὺς εὐχαριστηρίους ἀποδεδωκότας ὕμνους, οὕτως ἔπειτα εἰσιέναι πεζῇ καὶ βάδην, προηγουμένης τῆς θείας εἰκόνος τῆς θεομήτορος. ἐλθόντα δὲ τὸ πρῶτον οἰκῆσαι παρὰ τὸ ἔγγιστα τοῦ ἱπποδρόμου παλάτιον. τὸ γὰρ ἐν Βλαχέρναις ἠμέλητο ἐκ πολλοῦ, καὶ ἦν τὸ πλεῖστον γε καπνοῦ καὶ κόνεως ἐμπεπλησμένον. ἦν μὲν οὖν ἰδεῖν τὴν βασιλεύουσαν τῶν πόλεων, πεδίον ἀφανισμοῦ, μεστὴν ἐρειπίων καὶ κολωνῶν, οἰκίας τὰς μὲν κατεσκαμμένας, τὰς δὲ πυρκαϊᾶς μεγάλης μικρὰ λείψανα. ἀπημαύρωσε μὲν γὰρ καὶ πολλάκις πρότερον τὸ κάλλος αὐτῆς, καὶ τὸν κράτιστον κόσμον, θυμὸς πυρός, ὁπότε Λατίνοις τὸ πρῶτον δουλεύειν ἔμελλεν. ἔπειτα δ' αὖ δουλωθεῖσα, οὐδεμίαν ἐδέξατο παρ' ἐκείνων ἐπιμέλειαν πώποτε, ὅτι μὴ κατάλυσιν παντοίαν ἐφ' ἡμέρᾳ καὶ νυκτί, ὥσπερ ἀπιστούντων τῶν Λατίνων τῇ ταύτης ἐς τέλος οἰκήσει, οἶμαι τοῦ θείου τὸ μέλλον φωναῖς ἀλαλήτοις σφίσιν ὑποσημαίνοντος. ἀπημαύρωσε δ' αὐτὴν οὐ μετρίως καὶ τὸ τελευταῖον ἐκεῖνο πῦρ, ὃ Ῥωμαῖοι δι' ἔκπληξιν τῶν Λατίνων ταῖς οἰκίαις ἐνέβαλον πρότριτα. ἔργον μὲν οὖν αὐτίκα τὸ πρῶτον καὶ σπουδαιότατον ἦν βασιλεῖ, ταύτην ἀνακαθαίρειν, καὶ τὴν πολλὴν ἀκοσμίαν ἐκείνην εἰς εὐκοσμίαν μετάγειν, ὡς ἐφικτὸν ἦν· νεώς τε περιφράττειν, οἳ μήπω τελέως καταπεπτώκεσαν· καὶ τὰς κεκενωμένας οἰκίας, ἀνθρώπων πληροῦν. δεύτερον, ἀνακαλεῖσθαι τὸν πατριάρχην Ἀρσένιον, ἐπεὶ ὁ πατριαρχικὸς τηνικαῦτα θρόνος οὐκ εἶχε τὸν διέποντα. εἶχεν οὖν καὶ ὁ πατριαρχικὸς τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνος, Ἀρσένιον πατριάρχην, πῇ μὲν ἄκοντα, πῇ δ' αὖ ἑκόντα. ἄκοντα μέν, διὰ τὰ φθάσαντα σκάνδαλα· ἑκόντα δ' αὖ, ὅτι τε τὴν βασιλεύουσαν ἐπεθύμει καὶ αὐτὸς θεάσασθαι τῶν πόλεων, καὶ ὅτι οὐδ' αὐτὸς δόξης ἐρώτων ἀήττητος ὑπῆρχε τελέως. ἄνθρωπος γὰρ ἦν καὶ αὐτός· καὶ καινὸν οὐδὲν, εἰ τῶν μὲν μᾶλλον καὶ μάλα μᾶλλον ἡττωμένων εἰς ἀρχικὴν δόξαν, αὐτὸς ἧττον ἡττᾶτο· ἢ μᾶλλον οὐ τοσοῦτον ἤρα τῶν θρόνων, ὅσον ἄδικον ἡγεῖτο περιφρονεῖν τὸν λαχόντα δίκαιον κλῆρον. τρίτον, αὐτάξιον ἀποδοῦναι γέρας Ἀλεξίῳ τῷ καίσαρι, ὅτι δι' αὐτοῦ Ῥωμαίοις τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν ὁ θεὸς ἐχαρίσατο. τὸ δὲ ἦν, θρίαμβον συγκροτηθῆναι πολυανθρωπότατον καὶ περιφανέστατον κελεύσει τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ ἐπὶ τούτῳ τὸν καίσαρα πομπεῦσαι διὰ πάσης τῆς πόλεως, οὐ μόνον τοῖς τοῦ καίσαρος παρασήμοις κοσμούμενον, ἀλλὰ πρὸς τούτοις καὶ στεφάνῳ πολυτελεῖ καὶ μικροῦ δεῖν λέγειν βασιλικῷ, ὃ δὴ καὶ γέγονε. προστέταχε δ' ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεύς, διὰ μνήμης καὶ τὸ τοῦ καίσαρος ὄνομα ἄγεσθαι ὁμοῦ τοῖς τῶν βασιλέων, ἐν τοῖς ὑμνητηρίοις καὶ εὐφήμοις ἅπασι, πανταχῇ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἄχρις ἐνιαυτοῦ. καὶ τὰ μὲν τοῦ καίσαρος εὐτυχήματα τοιαῦτα. ἔθος δὲ τῷ βασκανίας ἀρχηγέτῃ, κῆρας τινὰς ἐπωδύνους καὶ

αὐτίκα-

INGRESSVS IMPERATORIS IN VRBEM.

POſt dies complures Imperator Conſtantinopolim intrat: non prius tamen, quàm ſacroſanctæ Deiparæ, quam quaſi uiæ monſtratricem Hodegetriam uocãt, imago, per portam, quam Auream dicunt, ingreſſa eſſet. Vbi cum illi gratiæ hymnis actæ fuiſſent, tum demum pedes, præcedente ſacroſancta imagine, eſt ingreſſus: & in palatio, quod Hippodromo proximum eſt, habitare cœpit. nam Blacherniũ longo iam tempore neglectum, & fumo ac puluere plenum erat. Tum uerò principem urbem, uaſtitatem eſſe cerneres, ruderibus & tumulis plenam: ædes alias euerſas, alias magni incendij paruas reliquias. Nam prius etiam uis flammarum, pulchritudinem eius & potiſsimum ornatum abſumpſerat, cum Latina ſeruitute opprimeretur. Oppreſſam uerò illam adeò non curarunt, ut etiam noctu atque interdiu deſtruerent. quippe Latinis firmam eius poſſeſsionem deſperãtibus: Deo, opinor, occultis uocibus, quid futurum eſſet, illis ſignificante. Nec mediocriter illam poſtremus ille ignis deformauit, quem Romani proximè, ad terrorem Latinorum, domibus iniecerant. Prima igitur & præcipua Imperatoris occupatio fuit, ut eam repurgaret: ac multiplicem illam confuſionem, quoad liceret, eleganti ordine exornaret. Proinde templa nõdum collapſa fulciuntur, & uacuæ ædes habitatoribus complentur. Altera, ut Arſenius patriarcha ſedem Byzantinam tum uacantem occuparet: id'que, reuocato illo, factum eſt, partim uolente, partim nolente. nolente, propter ſuperiores offenſas: uolente, quòd & ipſe Imperatricem urbem ſpectare cupiebat, & amore gloriolæ non prorſus inuictus erat. Homo enim & ipſe erat: neque noui quicquam, ſi minus ille quidem quàm ambitioſiſsimi, ſed nonnihil tamen gloriæ cupiditate moueretur: ac potius non tam ſedem adamaret, quàm ſortem quę iure ſibi obueniſſet, ſpernere, iniquum iudicaret. Tertia, ut Alexium Cæſarem pro dignitate remuneraretur, cuius opera Deus Imperatricem urbem Romanis donaſſet. Iubet igitur triumphum frequentiſsimum & ſplendidiſsimum indici: & Cæſarem cum maxima pompa per totam urbem incedere, non Cæſaris tantum inſignibus ornatum, ſed etiam precioſa corona, eáque parum abeſt quin Imperatoria dicam, redimitum. Præterea mandauit, ut nomen Cæſaris per integrum annum, unà cum Imperatorum in omnibus Romanis prouincijs, hymnis, alijs'que laudibus celebraretur. Ac Cæſaris quidem felicitates hæ fuerunt. Inuidiæ autem autori eſt in more poſitũ, ut acerbas aliquas calamitates atq;

Deipara ὁδηγήτρια Imperatorẽ præcedit.

Byzãtij uaſtitas ex incuria Latinorum.

Vrbis inſtauratio.

Arſenius patriarcha Byzantiũ uocatur.

Ambitio moderata.

Alexij Cæſaris triumphus.

Nullũ gaudium perpetuum.

» infeſtas proſperis ſucceſsibus admiſceat, tan
» quam ſegeti lolium, nec ullum ferè humanæ
» uitæ gaudium ſolidum ac perpetuum eſſe pa
tiatur. Quæ Philippo Macedoniæ tyranno
causa fuit, ut cum tres uno die ſucceſſus ob-
tigiſſent, lætitia quidem exultaret: non ta-
men illis inſolenter gloriaretur, ſupercilia ue
attolleret: ſed cum inuſitatis proſperitatibus
grauiores calamitates ſolere comites eſſe in-
telligeret, euentus illos moderatius tulit, ma
gisque de futuris ſollicitus, quàm præſenti-
bus lætus, cum aſſurrexiſſet: O' Dij immor-
» tales (inquit) mediocre bonis hiſce malum
» admiſcete, ne tantorum bonorum uolupta-
» tibus elati, in magnorum malorum barathrũ
» præter opinionem præcipitemur. Sic igi-
tur Telchines quidã his exercitati artificijs,
in Cæſaris etiam res ſecundas inuidis oculis
coniectis, citra moleſtiam omne tempus æta
tis eum degere, ut ſuo loco dicetur, non ſi-
uerunt.

Philippi Macedonis uotum.

EXPEDITIO CAESARIS aduerſus fœdifragum Michaelem.

Poſt magnas enim uictorias i-
ſtas & triumphos, Cæſar iterum
ab Imperatore eodem mittitur,
ad Michaelem Epiri & Aetoliæ
Deſpotam ulciſcendum: qui li-
mites ſuos transgreſſus, Romanos fines ua-
ſtabat, ut antè diximus. Ille uerò Thracicis &
Macedonicis exercitibus coactis, iuſtaq́ ma
nu facta, hoſtem inuadit. Sed poſt multas bel
li uiciſsitudines, ac uariam Martis aleam, Ro
mani uincuntur, Cæſarq́ uiuus capitur: cu-
ius uictoriarum & triumphorum fama non
ita pridem & Auſtrũ & Septentrionem ſtu-
pore affecerat. Sic nihil humani firmum ac
certum eſt, ſed omnia incerto euẽtu uelut in
» mari æſtuant & affligantur. Abſtruſus qui-
» dam error humanæ peritiæ & cognitioni in-
» ſultat, ſurſum deorſumque trahens ac permi-
» ſcens omne conſiliorũ ſtudium, & uelut teſſe
» ras euertens firmis decretis nixas delibera-
tiones. Cyrus, qui olim Perſis, Medis &
Chaldæis imperauit, cum Aſiæ maximam
partem percurriſſet, & Babylonem Aſię de-
cus facilimè cœpiſſet, a cie cum Maſſageti-
ca muliercula congreſſus, à fortuna turpiter
deſtituitur. Hannibal Carthaginenſis, qui
omnem Libyam & Aphricam domuit, poſt
Ibericas illas & Celticas uictorias, poſt aſper
rimas Alpes ſuperatas, poſt mirabiles uicto-
rias de Romanis partas, paulo pòſt unius Ro
mani ducis arma, idq́ in patria ſua, tolerare
non potuit: ſed funditùs euerſus, exiliũ exilio
mutauit, ac potius crudeliter à fortuna exagi
tatus eſt. Pompeius magnus, Romanus
Conſul & Imperator, cũ uictor Aſiã uſq́ ad
Caucaſeas rupes & mare Caſpium percurriſ
ſet, & plurimis nationibus ſubactis, Romam infinitis pecuniarum aceruis collocupletaſ-
ſet:

Alexius Cæſar capitur.

Inconſtantis fortunæ exempla.

Cyrus.

Hannibal.

ἀντιπάλους τοῖς ἀγαθοῖς εὐτυχήμασιν ἐπιπασπείρειν, καθάπερ ἐν σίτου χωρίῳ ζιζάνια, καὶ οὐκ ἄκρατον εἰς τέλος τὸ τῆς εὐφροσύνης καλὸν ἐν τῷ βίῳ συγχωρεῖν τοῖς ἔχουσιν ὡς τὰ πολλὰ περιγίγνεσθαι. διὰ τοῦτο καὶ Φίλιππος ὁ μακεδονίας τύραννος, τριῶν αὐτῷ ποτε περιγενομένων εὐτυχημάτων ἡμέρας μιᾶς, ὑπερήσθη μὲν τὴν τῆς ψυχῆς διάθεσιν, γλῶσσαν δὲ μεγαλοῤῥήμονα τοῖς παρεστῶσι δεῖξαι οὐκ ἐπετράπη, οὐδ' ἐπὶ μέγα ἦρε τὴν ὀφρῦν· ἀλλ' εἰδὼς ὡς ταῖς ὑπερβολαῖς τῶν εὐτυχημάτων ὑπερβολικώτερα ἐπιφύονται τὰ λυποῦντα, μετριώτερον διετέθη πρὸς τὰ γεγενημένα· φόβον δ' εἶχε περὶ τοῦ μέλλοντος μείζονα, ἢ κατὰ τὸ μέτρον τῆς εὐφροσύνης. καὶ ἀναστὰς, ὦ θεοὶ, εἶπε, μίξον τι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ δυστύχημα μέτριον, μήπου ταῖς ἡδοναῖς συνεπαρθεὶς τῶν μεγάλων καλῶν, εἰς μεγάλους ἀπροσδοκήτως ἐμπέσω κρημνοὺς τῶν κακῶν. διὰ δὲ ταῦτα καὶ τοῖς τοῦ καίσαρος εὐτυχήμασι βάσκανον ἐπιῤῥίψαντες ὀφθαλμὸν οἱ πρὸς ταῦτα ἐνησκημένοι τελχῖνες, ἄλυπον οὐδ' αὐτὸν ἀφῆκαν εἰς πέρας ἀφῖχθαι τοῦ βίου· δηλώσει δὲ προϊὼν ὁ λόγος.

ΕΚΣΤΡΑΤΕΙΑ ΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ κατὰ τοῦ ἀποστάτου μιχαήλ.

Μετὰ γὰρ τὰ μεγάλα τρόπαια ταυτὶ καὶ τοὺς ἐπινικίους θριάμβους, πέμπεται πάλιν ὁ καῖσαρ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὴν προκειμένην ὁδὸν, πολεμήσων τῷ τῆς ἠπείρου καὶ αἰτωλίας ἄρχοντι μιχαὴλ τῷ δεσπότῃ, τοὺς οἰκείους ὅρους παρεξιόντι, καὶ κακῶς τὰ ῥωμαίων διατιθεμένῳ πράγματα, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν. ὁ δὲ συναθροίσας τά τε θρακικὰ καὶ μακεδονικὰ στρατεύματα, καὶ χεῖρα πεποιηκὼς ἱκανὴν, ἐπὶ τὸν ἀντίπαλον ἔρχεται. καὶ μετὰ πολλὰς τὰς τοῦ πολέμου στροφὰς, καὶ τοὺς τῆς τύχης κύβους, τὰ ῥωμαίων νικᾶται στρατεύματα. καὶ ὁ καῖσαρ ἁλίσκεται ζῶν ὁ τῇ φήμῃ τῶν χθὲς τροπαίων καὶ θριάμβων ἐκείνων, βοῤῥᾶν καὶ νότον ἐγείρας εἰς ἔκπληξιν. οὕτως οὐδὲν ἐν ἀνθρώποις ἀληθὲς, οὐδὲ βέβαιον· ἀλλ' ἐν ἀδήλοις ὥσπερ πελάγεσι συγκυκᾶται καὶ ναυαγεῖ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ βαθύς τις πλάνος καταχορεύει τῆς ἀνθρωπίνης ἐμπειρίας καὶ γνώσεως, ἄνω καὶ κάτω σοβῶν καὶ ταράττων πᾶσαν βουλευτηρίων σπουδὴν, καὶ δίκην κύβων ἀνατρέπων τὰ δόγμασιν ἰσχυροῖς κυρούμενα σκέμματα. κῦρος ὁ περσῶν καὶ μήδων καὶ χαλδαίων ἄρξας ποτὲ, μετὰ τὸ τῆς ἀσίας τὸ πλεῖστον καταδραμεῖν, καὶ βαβυλῶνα τὸ τῆς ἀσίας κλέος ῥᾷστα καταστρέψασθαι, γυναικὶ μασσαγέτιδι πολέμῳ ξυμβεβληκὼς, αἴσχιστα καταστρέφει τὴν τύχην. ἀννίβας ὁ καρχηδόνιος, ὁ λιβύην καὶ ἀφρικὴν δουλωσάμενος ἅπασαν, μετὰ τὰ ἰβηρικὰ καὶ κελτικὰ ἐκεῖνα τρόπαια, καὶ τὰς καταδρομὰς τῶν τραχυτάτων ἄλπεων, καὶ τὰς θαυμαστὰς κατὰ ῥωμαίων νίκας, ἑνὸς τῆς ῥώμης στρατηγοῦ μετὰ βραχὺ, καὶ ταῦτα τῆς πατρίδος ἐντὸς, τὸ ξίφος ἐνεγκεῖν οὐκ ἠδυνήθη, ἀλλ' ἄρδην ᾤχετο γυμνὸς, γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνων, ἢ μᾶλλον ἀπηνῶς ὑπὸ τῆς τύχης ἐλαυνόμενος. μάγνος πομπήιος ῥωμαίων ὕπατος, καὶ στρατηγὸς αὐτοκράτωρ, ἀσίας ἄχρι καυκασίων ὀρῶν καὶ κασπίας θαλάσσης δραμὼν, καὶ μυρία καταστρεψάμενος ἔθνη, καὶ χρημάτων ἀπείρους τῇ ῥώμῃ σωροὺς χαρισάμενος

νος, ὑπὸ βραχυτάτου τοῦ τελευταίου στρατεύματος ἐν τοῖς ἰδίοις τὸ μέγα κατέλυσε κλέος. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ ὁ νῦν ὑπὲρ λόγου προκείμενος καῖσαρ, ὁ χθὲς τὰ μέγιστα κατορθωκὼς τρόπαια, ἀδοξοτέρων ἀγώνων γίνεται παρανάλωμα σήμερον· τοῦ θεοῦ πάντως μυστικώτερον διὰ τῶν τοιούτων λόγων ἀναπληροῦντος, ἵνα τῆς ἑαυτῶν ἐν ταῖς τῶν φαυλοτέρων ἥτταις καταγινώσκοντες δυνάμεως, τὰς τῶν μεγάλων καὶ ἐξαισίων τροπαίων αἰτίας ἐκ θεοῦ καθαρῶς εἶναι νομίζωμεν. ἀλλὰ γὰρ οὕτως ἁλόντα τὸν καίσαρα, ὁ μιχαὴλ αὐτίκα τῷ γαμβρῷ ζητήσαντι πέμπει τῷ τῆς σικελίας ῥηγὶ μαφρὲ, ἀντάλλαγμα καὶ λύτρον ἐσόμενον τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς. ταύτην γὰρ εἰς γυναῖκα δευτέραν ἠγάγετο μετὰ τὴν τῆς εἰρήνης τελευτὴν ὁ βασιλεὺς ἰωάννης ὁ δούκας, παρὰ θευδερίχου τοῦ ταύτης πατρὸς καὶ ῥηγὸς σικελίας λαβών. ἣ δὴ καὶ μετὰ τὴν τοῦ συζύγου τελευτὴν, οἴκαδε ἀπιέναι οὐκ ἔχουσα, παρὰ ῥωμαίοις εἶχε τὴν δίαιταν, σωφροσύνης ἄρα τὸν βίον κοσμοῦσα, καὶ πρέπεις σεμνότητος τῆς τῆς ὄψεως αἴγλην λαμπροτέραν δεικνῦσα· καὶ οὕτω τὸν τρόπον πάλιν τὸν φίλον ἡ μεγαλόπολις ἐλάμβανε καίσαρα. καὶ ἐπὶ τούτοις ζητήσας ὁ αἰτωλὸς μιχαὴλ ὁ δεσπότης νύμφην ἐπὶ τῷ υἱῷ νικηφόρῳ τῷ δεσπότῃ χηρεύοντι, λαμβάνει τὴν βασιλέως ἀδελφιδῆν ἄνναν. καὶ ἦν ἡ τοιαύτη συζυγία, βεβαίωσις τῶν ἐκεῖθεν σπονδῶν. ὁ μέντοι βασιλεὺς καὶ τῆς κωνσταντινουπόλεως ἐγκρατὴς ἤδη γενόμενος, καὶ ὁρῶν ὡς ἐξ οὐρίας αὐτῷ τὰ πράγματα φέρεται, καὶ αἱ τῆς τύχης αὖραι εὐμενῶς ἐπιπνέουσι τῇ αὐτοῦ δεξιᾷ, ἀπρὶξ τῆς βασιλείας ἔχεσθαι ἔγνωκεν ἤδη, καὶ τοῦ λοιποῦ ἔμελλεν αὐτῷ ῥιζόθεν πάντα φόβον ἔφεδρον ἐκτεμεῖν, δεδιότι μή πως ὀψὲ τοῦ χρόνου, πρόφασιν ἔχοντες οὐ μικρὰν τὰς βασιλικὰς διαδοχὰς, καὶ τοὺς πατρῴους κλήρους, οἱ νῦν ὑπ' ὀδύνης κατηφούμενοι, καὶ ἐν ἀδήλῳ κρύπτοντες τὴν ὀργὴν, εἰς ὕψος ἀναρριπίσωσι περιφανὲς τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ κολοφῶνα κινδύνων αὐτῷ ἐπεγείρωσιν. ὅθεν καί τινα χρείαν ἐπιδεδημηκότι ἐκ τοῦ παρήκοντος εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἐκ πελοποννήσου λατίνῳ τινὶ, εὐγενεῖ μὲν, οὐ πάνυ δ' ἐνδόξῳ, ὄνομα δὲ βελικούρτῳ, θεοδώραν τούτῳ συζεύγνυσι, τὴν μίαν τῶν τοῦ βασιλέως θεοδώρου τοῦ λάσκαρι θυγατέρων· καὶ οἴκαδε ἀπιέναι ἅμα αὐτῇ προτρέπεται οὕτω· τὴν δὲ ἑτέραν ὄνομα εἰρήνην, συζεύγνυσι κόντῳ τινὶ τὴν ἀξίαν, ὄνομα βιντιμίλλια, ἐκ γενούας, ἐκ τοῦ παρήκοντος καὶ αὐτῷ τῇ κωνσταντινουπόλει ἐπιδεδημηκότι. καὶ εὐθὺς οἴκαδε ἀπιέναι καὶ αὐτὸν μετὰ αὐτῆς ἀφίησι· τὸν δὲ ἀδελφὸν αὐτῶν ἰωάννην πέμψας στερεῖ τῶν ὀμμάτων, δεκαετῆ ἤδη τυγχάνοντα.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΥΦΛΩΣΕΩΣ ΤΟΥ διαδόχου τῆς βασιλείας ἰωάννου.

Καὶ οὕτως αἱ ὑποψίαι καὶ φόβοι παντὸς ἐλευθέραν ἑαυτῷ κατεσκεύαστο τὴν ὅλην τῆς βασιλείας διαδοχήν. ὅ γε μὴν πατριάρχης ἀρσένιος, ἀκηκοὼς τὴν τοῦ ἰωάννου τύφλωσιν, ἐταράχθη καὶ ἀπεπήδησε, καὶ ἄνω καὶ κάτω τοῦ οἴκου περιϊὼν, ἐβόα θρηνῶν, ἔτυπτεν ἀπλήστως χερσὶ μετὰ τὰ στέρνα, λογισμοῖς δὲ ξιφηφόροις εἰπὼν τὴν καρδίαν, γῆν καὶ ἥλιον τῆς ἀδικίας προσήγγελε, τὰ στοιχεῖα πρὸς ἐπικουρίαν ἐπεβοᾶτο τῆς ἀτοπίας, λύσιν τοῦ πάθους ἄρμα ζητῶν. οὐκ ἔχων δὲ, καπνοὺς στεναγμῶν ἐκ τοῦ στόματος σφοδροτάτους ἀνέπεμπεν, οὓς τὰ ξύλα τῆς λύπης ἐκ τῆς καρδίας ἀνέφλεγον.

ſet: à perexiguo tandẽ exercitu atq; à ſuis profligatus, omnem ſuam gloriam amiſit. Ita is de quo nunc agimus, Cæſar, maximis rebus heri geſtis, hodie obſcurioribus certaminibus oppreſſus iacet: Deo huiuſmodi exemplis arcanam doctrinam explicante, ut noſtris uiribus, cum à deterioribus ſuperamur, agnitis, magnorum atq; admirabiliũ ſucceſſuum cauſas uni planè Deo acceptos referamus. Cæterùm Cæſarem ita captum Michael petenti Manfredo Siciliæ regi, genero ſuo, ſtatim miſit, quò ſuam ſororem illo liberato redimeret, quam Ioannes Ducas Imperator poſt Irenes obitũ alteram uxorem duxerat, à Theodorico ipſius & Sicilię regis patre acceptam: cui cum poſt coniugis obitum redire domum haud liceret, magna cum modeſtiæ laude uiuebat, morũmque honeſtate uultus ſui ſplendorem ſuperabat: eoq; pacto urbs adamatum ſuum Cæſarem recepit. Deinde Michael Aetoliæ Deſpotes Nicephoro filio uiduo uxorem quærens, Imperatoris conſobrinam Annam accipit: quo coniugio pax cum illo firmata eſt. Enimuerò Imperator cùm Conſtantinopolim iam tenens, tum res proſperè ſibi ſuccedere cernẽs, ſecundęq; fortunę aura ferri, planè iam imperium ſibi uendicare ſtatuit, omnemq; metum ſibi imminẽtem funditùs extirpare: ueritus, ne fortè tandem ij qui nunc clàm ſe deuouerent, iramq; magno cum dolore premerent, non paruo prætextu ſucceſsionis Imperij & paternæ hæreditatis freti, inſidijs in apertam uim commutatis, maximum ſibi & capitale periculum crearent. Igitur Latino cuidam, qui è Peloponeſo negocij cuiuſdã cauſa obiter in urbem uenerat, nobili quidem illi, ſed non illuſtri, Belicurto nomine, Theodoram, unam è Theodori Laſcaris filiab. deſpondet, cumq; hortatur uti ſecum eam abducat: alteram Irenen comiti cuidam Genuenſi deſpõdet, nomine Vigintimilio, qui & ipſe fortè fortuna Conſtantinopolim uenerat, & eum quoq; domum redire ſinit: fratrem uerò earum Ioannem, qui iam decimum agebat annum, oculis priuat.

Quæ nocẽtj docent.

Cæſaris liberatio.

Nuptiæ Deſpotæ & Annæ.

Palæologus regnum firmare conatur.

Theodora Laſcarina Belicurto nubit.

Irene Vigintimilio Comiti.

DE IOANNIS SVCceſſoris Imperij excæcatione.

SVcceſsione Imperij ad hũc modũ citra ullam ſuſpiciõem aut metum confirmata: patriarcha Arſenius, audita Ioannis excæcatione turbatus, exilit, ſurſum deorſum'que in ædibus curſitat, uociferans, plorans, pectus palmis acriter plangens: animóque grauiſsimis doloribus ſauciato, facinus illud palàm cum crebris ſuſpirijs deteſtatur, & ſolem ac elementa in ultionẽ uocat. Sed

Arſenius Palæologo ſacris interdicit.

infeſtas proſperis ſucceſsibus admiſceat, tanquam ſegeti lolium, nec ullum ferè humanæ uitæ gaudium ſolidum ac perpetuum eſſe patiatur. Quæ Philippo Macedoniæ tyranno cauſa fuit, ut cum tres uno die ſucceſſus obtigiſſent, lætitia quidem exultaret: non tamen illis inſolenter gloriaretur, ſuperciliúue attolleret: ſed cum inuſitatis proſperitatibus grauiores calamitates ſolere comites eſſe intelligeret, euentus illos moderatius tulit. magiſque de futuris ſolicitus, quàm præſentibus lætus, cum aſſurrexiſſet: O Dij immortales (inquit) mediocre bonis hiſce malum admiſcete, ne tantorum bonorum uoluptatibus elati, in magnorum malorum barathrū præter opinionem præcipitemur. Sic igitur Telchines quidā his exercitati artificijs, in Cæſaris etiam res ſecundas inuidis oculis coniectis, citra moleſtiam omne tempus ætatis eum degere, ut ſuo loco dicetur, non ſiuerunt.

Philippi Macedonis uotum.

ἀντιπάλους τοῖς ἀγαθοῖς εὐτυχήμασιν ἐπιπαρείρειν, καθάπερ ἐν σιτοχωρίᾳ ζιζάνια, καὶ οὐκ ἄκρατον ἐς τέλος τὸ τῆς εὐφροσύνης καλὸν ἐν τῷ βίῳ συγχωρεῖν τοῖς ἔχουσιν ὡς τὰ πολλὰ περιγίγνεσθαι. διατοῦτο καὶ Φίλιππος ὁ μακεδονίας τύραννος, τριῶν αὐτῷ ποτε περιγινομένων εὐτυχημάτων ἡμέρας μιᾶς, ὑπερήσθη μὲν τῇ τῆς ψυχῆς διαθέσει, γλῶσσαν δὲ μεγαλορρήμονα τοῖς παρεστῶσι δεικνύναι οὐκ ἐξετράπη, οὐδ' ἐπὶ μέγα ᾖρε τὴν ὀφρύν· ἀλλ' εἰδὼς ὡς ταῖς ὑπερβολαῖς τῶν εὐτυχημάτων ὑπερβολικώτερα ἐπιφύονται τὰ λυποῦντα, μετριώτερον διετέθη πρὸς τὰ γεγενημένα· φόβον δ' εἶχε περὶ τοῦ μέλλοντος μείζονα, ἢ κατὰ τὸ μέτρον τῆς εὐφροσύνης. καὶ ἀναστάς, ὦ θεοί, ἔπη, μῖξόν τι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ δυστύχημα μέτριον, μή που ταῖς ἡδοναῖς συνεπαρθεὶς τῶν μεγάλων καλῶν, εἰς μεγάλους ἀπροσδοκήτως ἐμπέσω κρημνοὺς τῶν κακῶν. διὰ δὲ ταῦτα καὶ τοῖς τοῦ καίσαρος εὐτυχήμασι βάσκανον ἐπιρρίψαντες ὀφθαλμὸν οἱ πρὸς ταῦτα ἐνησκημένοι τελχῖνες, ἄλυπον οὐδ' αὐτὸν ἀφῆκαν εἰς ὥρας ἀφῖχθαι τοῦ βίου· δηλώσει δὲ προϊὼν ὁ λόγος.

EXPEDITIO CAESARIS aduerſus fœdifragum Michaelem.

ΕΚΣΤΡΑΤΕΙΑ ΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ κατὰ τοῦ ἀποστάτου μιχαήλ.

POſt magnas enim uictorias iſtas & triumphos, Cæſar iterum ab Imperatore eodem mittitur, ad Michalem Epiri & Aetoliæ Deſpotam ulciſcendum: qui limites ſuos tranſgreſſus, Romanos fines uaſtabat, ut antè diximus. Ille uerò Thracicis & Macedonicis exercitibus coactis, iuſtaq; manu facta, hoſtem inuadit. Sed poſt multas belli uiciſsitudines, ac uariam Martis aleam, Romani uincuntur, Cæſarq; uiuus capitur: cuius uictoriarum & triumphorum fama non ita pridem & Auſtrū & Septentrionem ſtupore affecerat. Sic nihil humani firmum ac certum eſt, ſed omnia incerto euētu uelut in mari æſtuant & affliʒantur. Abſtruſus quidam error humanæ peritiæ & cognitioni inſultat, ſurſum deorſumque trahens ac permiſcens omne conſiliorū ſtudium, & uelut teſſeras euertens firmis decretis nixas deliberationes. Cyrus, qui olim Perſis, Medis & Chaldæis imperauit, cum Aſiæ maximam partem percurriſſet, & Babylonem Aſię decus facilimè cœpiſſet, acie cum Maſſagetica muliercula congreſſus, à fortuna turpiter deſtituitur. Hannibal Carthaginenſis, qui omnem Libyam & Aphricam domuit, poſt Ibericas illas & Celticas uictorias, poſt aſperrimas Alpes ſuperatas, poſt mirabiles uictorias de Romanis partas, paulo pòſt unius Romani ducis arma, idq; in patria ſua, tolerare non potuit: ſed funditùs euerſus, exiliū exilio mutauit, ac potius crudeliter à fortuna exagitatus eſt. Pompeius magnus, Romanus Conſul & Imperator, cū uictor Aſiā uſq; ad Caucaſeas rupes & mare Caſpium percurriſſet, & plurimis nationibus ſubactis, Romam infinitis pecuniarum aceruis collocupletaſſet:

Alexius Cæſar capitur

Inconſtantis fortunæ exempla.

Cyrus.

Hannibal.

Μετὰ γὰρ τὰ μεγάλα τρόπαια ταυτὶ καὶ τοὺς ἐπινικίους θριάμβους, πέμπεται πάλιν ὁ καῖσαρ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὴν προκειμένην ὁδόν, πολεμήσων τῷ τῆς ἠπείρου καὶ αἰτωλίας ἄρχοντι μιχαὴλ τῷ δεσπότῃ, τοὺς οἰκείους ὅρους παρεξιόντι, καὶ κακῶς τὰ ῥωμαίων διατιθεμένῳ πράγματα, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν. ὁ δὲ συναθροίσας τά τε θρακικὰ καὶ μακεδονικὰ στρατεύματα, καὶ χεῖρα πεποιηκὼς ἱκανήν, ἐπὶ τὸν ἀντίπαλον ἔρχεται. καὶ μετὰ πολλὰς τὰς τοῦ πολέμου στροφάς, καὶ τοὺς τῆς τύχης κύβους, τὰ ῥωμαίων νικᾶται στρατεύματα. καὶ ὁ καῖσαρ ἁλίσκεται ζῶν ὁ τῇ φήμῃ τῶν χθὲς τροπαίων καὶ θριάμβων ἐκείνων, βορρᾶν καὶ νότον ἐγείρας εἰς ἔκπληξιν. οὕτως οὐδὲν ἐν ἀνθρώποις ἀληθές, οὐδὲ βέβαιον· ἀλλ' ἐν ἀδήλοις ὥσπερ πελάγεσι συγκυκᾶται καὶ ναυαγεῖ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ βαθύς τις πλάνος καταχορεύει τῆς ἀνθρωπίνης ἐμπειρίας καὶ γνώσεως, ἄνω καὶ κάτω σοβῶν καὶ ταράττων πᾶσαν βουλευτηρίων σπουδήν, καὶ δίκην κύβων ἀνατρέπων τὰ δόγμασιν ἰσχυροῖς κυρούμενα σκέμματα. κῦρος ὁ περσῶν καὶ μήδων καὶ χαλδαίων ἄρξας ποτέ, μετὰ τὸ τῆς ἀσίας τὸ πλεῖστον καταδραμεῖν, καὶ βαβυλῶνα τὸ τῆς ἀσίας κλέος ῥᾷστα καταστρέψασθαι, γυναικὶ μασσαγέτιδι πολέμου ξυμβεβληκώς, αἴσχιστα καταστρέφει τὴν τύχην. ἀννίβας ὁ καρχηδόνιος, ὁ λιβύην καὶ ἀφρικὴν δουλωσάμενος ἅπασαν, μετὰ τὰ ἰβηρικὰ καὶ κελτικὰ ἐκεῖνα τρόπαια, καὶ τὰς καταδρομὰς τῶν τραχυτάτων ἄλπεων, καὶ τὰς θαυμαστὰς κατὰ ῥωμαίων νίκας, ἑνὸς τῆς ῥώμης στρατηγοῦ μετὰ βραχύ, καὶ ταῦτα τῆς πατρίδος ἐντός, τὸ ξίφος ἐνεγκεῖν οὐκ ἠδυνήθη, ἀλλ' ἄρδην ᾤχετο γυμνός, γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνων, ἢ μᾶλλον ἀπηνῶς ὑπὸ τῆς τύχης ἐλαυνόμενος. μάγνος πομπήϊος ῥωμαίων ὕπατος, καὶ στρατηγὸς αὐτοκράτωρ, ἀσίας ἄχρι καυκασίων ὀρῶν καὶ κασπίας θαλάσσης δραμών, καὶ μυρία καταστρεψάμενος ἔθνη, καὶ χρημάτων ἀπείρους τῇ ῥώμῃ σωροὺς χαρισάμε-

νος, ὑπὸ βραχυτάτου τὸ τελευταῖον στρατεύματος ἐν τοῖς ἰδίοις τὸ μέγα κατέλυσε κλέος. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ ὁ νῦν ὑπὸ λόγον προκείμενος καῖσαρ, ὁ χθὲς τὰ μέγιστα κατορθωκὼς τρόπαια, ἀδοξοτέρων ἀγώνων γίνεται παρανάλωμα σήμερον· τοῦ θεοῦ πάντως μυστικώτερον διὰ τῶν τοιούτων λόγων ἀναπληροῦντος, ἵνα τῇ ἑαυτῶν ἐν ταῖς τῶν φαυλοτέρων ἥτταις καταγινώσκοντες δυνάμει, τὰς τῶν μεγάλων καὶ ἐξαισίων τροπαίων αἰτίας ἐκ θεοῦ καθαρῶς εἶναι νομίζωμεν. ἀλλὰ γὰρ οὕτως ἁλόντα τὸν καίσαρα, ὁ μιχαὴλ αὐτίκα τῷ γαμβρῷ ζητήσαντι πέμπει τῷ τῆς σικελίας ῥηγὶ μαφρὲ, ἀντάλλαγμα καὶ λύτρον ἐσόμενον τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς. ταύτην γὰρ εἰς γυναῖκα δευτέραν ἠγάγετο μετὰ τὴν τῆς εἰρήνης τελευτὴν ὁ βασιλεὺς ἰωάννης ὁ δούκας, παρὰ θευδερίχου τοῦ ταύτης πατρὸς καὶ ῥηγὸς σικελίας λαβών. ἡ δὲ καὶ μετὰ τὴν τοῦ συζύγου τελευτὴν, οἴκαδε ἀπιέναι οὐκ ἔχουσα, παρὰ ῥωμαίοις εἶχε τὴν δίαιταν, σωφροσύνης ὥρᾳ τὸν βίον κοσμοῦσα, καὶ προσπεῖς σεμνότητος τὴν τοῦ ὄψεως αἴγλην λαμπροτέραν δεικνῦσα· καὶ οὕτω τὸν πρότερον πάλιν τὸν φίλον ἡ μεγαλόπολις ἐλάμβανε καίσαρα. καὶ ἐπὶ τούτοις ζητήσας ὁ αἰτωλὸς μιχαὴλ ὁ δεσπότης νύμφην ἐπὶ τῷ υἱῷ νικηφόρῳ τῷ δεσπότῃ χηρεύοντι, λαμβάνει τὴν βασιλέως ἀδελφιδῆν ἄνναν. καὶ ἦν ἡ τοιαύτη συζυγία, βεβαίωσις τῶν ἐκεῖθεν σπονδῶν. ὁ μέντοι βασιλεὺς καὶ τῆς κωνσταντινουπόλεως ἐγκρατὴς ἤδη γενόμενος, καὶ ὁρῶν ὡς ἐξ οὐρίας αὐτῷ τὰ πράγματα φέρεται, καὶ αἱ τῆς τύχης αὖραι δαψιλῶς ἐπιπνέουσι τῇ αὐτοῦ δεξιᾷ, ἀσφαλῆ τὴν βασιλείαν ἔχειν ἐγνωκὼς ἤδη, καὶ τοῦ λοιποῦ ἔμελλεν αὐτῷ ῥιζόθεν πάντα φόβον ἔφεδρον ἐκτεμεῖν, δεδιότι μή πως ὀψὲ τοῦ χρόνου, πρόφασιν ἔχοντες οὐ μικρὰν τὰς βασιλικὰς διαδοχὰς, καὶ τοὺς πατρῴους κλήρους, οἱ νῦν ὑπ' ὀδόντα κατεχόμενοι, καὶ ἐν αὐτοῖς κρύπτοντες τὴν ὀργὴν, εἰς ὕστερον ἀναρριπίσωσι περιφανῆ τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ κολοφῶνα κινδύνων αὐτῷ ἐπεγείρωσιν. ὅθεν κατά τινα χρείαν ἐπιδεδημηκότι ἐκ τοῦ παρήκοντος εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἐκ πελοποννήσου λατίνῳ τινὶ, εὐγενεῖ μὲν, οὐ πάνυ δ' ἐνδόξῳ, ὄνομα δὲ βελικούρτῳ, θεοδώραν τούτῳ συζεύγνυσι, τὴν μίαν τῶν τοῦ βασιλέως θεοδώρου τοῦ λάσκαρι θυγατέρων· καὶ οἴκαδε ἀπιέναι ἅμα αὐτῇ προτρέπεται οὕτω· τὴν δὲ ἑτέραν ὄνομα εἰρήνην, συζεύγνυσι κόντῳ τινὶ τὴν ἀξίαν, ὄνομα βεντιμίλια, ἐκ γενύας, ἐκ τοῦ παρήκοντος καὶ αὐτῷ τῇ κωνσταντινουπόλει ἐπιδεδημηκότι. καὶ εὐθὺς οἴκαδε ἀπιέναι καὶ αὐτὸν μετὰ αὐτῆς ἀφίησι· τὸν δὲ ἀδελφὸν αὐτῶν ἰωάννην πέμψας στερεῖ τῶν ὀμμάτων, δεκαετῆ ἤδη τυγχάνοντα.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΥΦΛΩΣΕΩΣ ΤΟΥ διαδόχου τῆς βασιλείας ἰωάννου.

Καὶ οὕτως ἀνύποπτον καὶ φόβου παντὸς ἐλευθέραν ἑαυτῷ κατεσκεύαστο τὴν ὅλην τῆς βασιλείας διαδοχήν. ὅ γε μὴν πατριάρχης ἀρσένιος, ἀκούσας τὴν τοῦ ἰωάννου τύφλωσιν, ἐταράχθη καὶ ἀνεπήδησε, καὶ ἄνω καὶ κάτω τοῦ οἴκου περιιὼν, ἐβόα θρηνῶν, ἔτυπτεν ἀπλῶς χερσὶ τὰ στέρνα, λογισμοῖς δὲ ξιφηφόροις εἰπεῖν τὴν καρδίαν, γῆν καὶ ἥλιον τὴν ἀδικίαν προσήγγελλε, τὰ στοιχεῖα πρὸς ἐπικουρίαν ἐπεβοᾶτο τῆς ἀτοπίας, λύσιν τοῦ πάθους ὥρμα ζητεῖν. συνεῖχον δὲ, καπνὸς στεναγμῶν ἐκ τοῦ στόματος σφοδροτάτους ἀνέπεμπον, ὃς τὰ ξύλα τῆς λύπης ἐκ τῆς καρδίας ἀνέφλεγον.

ſet: à perexiguo tandē exercitu atq; à ſuis profligatus, omnem ſuam gloriam amiſit. Ita is de quo nunc agimus, Cæſar, maximis rebus heri geſtis, hodie obſcurioribus certaminibus oppreſſus iacet: Deo huiuſmodi exemplis arcanam doctrinam explicante, ut noſtris uiribus, cum à deterioribus ſuperamur, agnitis, magnorum atq; admirabiliū ſucceſſuum cauſas uni planè Deo acceptos referamus.

Quæ nocēt, docent.

Cæterùm Cæſarem ita captum Michael petenti Manfredo Siciliæ regi, genero ſuo, ſtatim miſit, quò ſuam ſororem illo liberato redimeret, quam Ioannes Ducas Imperator poſt Irenes obitū alteram uxorem duxerat, à Theodorico ipſius & Siciliæ regis patre acceptam: cui cum poſt coniugis obitum redire domum haud liceret, magna cum modeſtiæ laude uiuebat, morúmque honeſtate uultus ſui ſplendorem ſuperabat: eoq; pacto urbs adamatum ſuum Cæſarem recepit.

Cæſaris liberatio.

Deinde Michael Aetoliæ Deſpotes Nicephoro filio uiduo uxorem quærens, Imperatoris conſobrinam Annam accipit: quo coniugio pax cum illo firmata eſt.

Nuptiæ Deſpotæ & Annæ.

Enimuerò Imperator cùm Conſtantinopolim iam tenens, tum res proſperè ſibi ſuccedere cernēs, ſecundęq; fortunę aura ferri, planè iam imperium ſibi uendicare ſtatuit, omnemq; metum ſibi imminētem funditùs extirpare: ueritus, ne fortè tandem ij qui nunc clàm ſe deuouerent, iramq; magno cum dolore premerent, non paruo prætextu ſucceſsionis Imperij & paternæ hæreditatis freti, inſidijs in apertam uim commutatis, maximum ſibi & capitale periculum crearent.

Palæologus regnum firmare conatur.

Igitur Latino cuidam, qui è Peloponeſo negocij cuiuſdā cauſa obiter in urbem uenerat, nobili quidem illi, ſed non illuſtri, Belicurto nomine, Theodoram, unam è Theodori Laſcaris filiab. deſpondet, eumq; hortatur uti ſecum eam abducat: alteram Irenen comiti cuidam Genuenſi deſpōdet, nomine Vigintimilio, qui & ipſe fortè fortuna Conſtantinopolim uenerat, & eum quoq; domum redire ſinit: fratrem uerò earum Ioannem, qui iam decimum agebat annum, oculis priuat.

Theodora Laſcarina Belicurto nubit.

Irene Vigintimilio Comiti.

DE IOANNIS SVCceſſoris Imperij excæcatione.

SVcceſsione Imperij ad hūc modum citra ullam ſuſpiciōem aut metum confirmata: patriarcha Arſenius, audita Ioannis excæcatione turbatus, exilit, ſurſum deorſum'que in ædibus curſitat, uociferans, plorans, pectus palmis acriter plangens: animóque grauiſsimis doloribus ſauciato, facinus illud palàm cum crebris ſuſpirijs deteſtatur, & ſolem ac elementa in ultionē uocat. Sed

Arſenius Palæologo ſacris interdicit.

Sed cum quiritando ac lamentando nihil proficeret, alia ratione inita, ſacris interdicit Imperatori. Mentionem tamen eius in pſalmodijs non ſuſtulit, ueritus, ne per iracundiã grauius aliquid in Eccleſiam conſuleret: néue fumum (quod aiunt) fugiens, in ignem incidere cogeretur. At ille mulctam moderatè ferens, compluribus diebus ſupplici geſtu & habitu, reſtitutionem in integrum expectabat. Sed cum ſpe fruſtraretur, ad ultionem conuerſus, non eam quam potentiæ licentia ſuadet, nec aperta ui graſſatus, Pontificum concilium indicit: eáque crimina quæ ſparſim à quibuſdam contra patriarcham ſuſurrabantur, in unum quaſi faſcem collecta, in canonicam diſquiſitionem uocari iubet. Mandato illo (quid dicam?) ij quos Dominus alijs fraternæ charitatis exemplum eſſe iuſſit, accepto, concilium contra Principem fratrem in palatium conuocarunt: & ut accuſatores in medium prodirent, proclamarunt. Ij uerò, alius alium anteuertere ſtudens, accurrerunt. Crimini autem dabatur, Sultanum Azatinem, cum ſacra doxologia perageretur, ſæpe interfuiſſe, & intra templum cum patriarcha collocutum eſſe: quamuis & Imperatori & ſacerdotibus conſtaret, quòd is & Chriſtianis parentibus ortus, & ſacro baptiſmate initiatus eſſet, ac fortunæ quodam impetu (ut multa preter ſpem eueniũt) Sultanus & princeps Turcorum extitiſſet, ac tum quidem præcipua religionis capita in animo conſeruaſſet: nunc uerò Conſtantinopoli & ſacras imagines ueneraretur, & omnia palàm Chriſtianæ pietatis inſtituta tueretur. Quæ cum arma patriarchæ firma ſuppeterent, oppugnatores eius ut abrogationi aduerſantia retundebant, primùm incerta atque obſcura, pòſt etiam planè commentitia eſſe dictitantes. Acceſſitur patriarcha ad cauſam dicendam: iudicio ſe non ſiſtit. concilium iuſſu Imperatoris indictum eſſe, qui ipſe aduerſarius & prætor eſſet, excipit. Igitur eum contumacem condemnant, & ſede cedere iubent: unáque adſunt, qui in exilium eum abducant. Is uerò, qui & ocium longo iam tempore deſideraſſet, & eum rerum ſtatum moleſtè ferret, ultrò eos à quibus abducebatur, eſt ſecutus.

Paleologus patriarchã loco pellendum curat.

Sacerdotũ temeritas.

Crimina patriarchæ obiecta.

Azatines Chriſtianus

Arſenij exilium.

ARSENII PATRIARchæ exilium, & Germani ſucceſſio.

CVm tertio die in Prœconeſum perductus eſſet, Adrianopolitanus epiſcopus illi ſubrogatur, amicitiæ uetuſtate cum Imperatore coniunctus, qui ea dignitate illum ceu debito præmio remuneraretur. Nam ſuperiorib. temporibus illi metu Theodori Laſcaris Imperatoris ad Sultanum fugienti,

ἐπεὶ δ᾽ ἄπρακτα καὶ ὅλως ἀπεγνωσμένα τὰ τῆς ἱκετείας ἦν, ἄλλην ἐβάδισε· καὶ πέμψας, ἀφορισμῷ τὸν βασιλέα καθυποβάλλει ἐκκλησιαστικῷ. τὴν δὲ τούτου μνήμην ἐν ταῖς ὑμνῳδίαις οὐκ ἐκώλυσεν ἀναφέρεσθαι, δείσας μή τι περὶ τὴν ἐκκλησίαν νεωτερίσῃ, στρατηγούμενος τῷ θυμῷ, καὶ ὅ, φησιν ἡ παροιμία, καπνὸν φεύγειν ἐθέλων, εἰς πῦρ ἐμπεσεῖν ὁ πατριάρχης ἀναγκασθῇ. ὁ δὲ μετρίως τὴν ἐπιτίμησιν ἐνεγκὼν, ἐφ᾽ ἱκαναῖς ταῖς ἡμέραις, ὑποπεπτωκότι τε διέμενε χρώμενος σχήματι, καὶ λύσιν τῆς ἐπιτιμήσεως ἀναμένων. ἐπεὶ δ᾽ οὐ προὐχώρει τὰ τῆς ἐλπίδος, εἰς ἄμυναν ἔβλεψεν, οὐχ οἵαν καθάπαξ ἡ χεὶρ ὑφηγεῖται τῆς ἐξουσίας· οὐ γὰρ ἀνακεκαλυμμένῃ χρῆται τῇ ἐξουσίᾳ, ἀλλ᾽ ἐκκλησίαν ἀρχιερέων ἀθροίσας, εἰς κανονικὴν ἐξέτασιν ἄγειν κελεύει τὰ σποράδην παρά τινων ψιθυριζόμενα κατὰ τοῦ πατριάρχου ἐγκλήματα. οἱ τὸ κελευσθὲν ἡδέως, πῶς ἂν εἴποιμι; δεξάμενοι, οἱ τοῖς ἄλλοις φιλαδελφίας ὑπόδειγμα γίνεσθαι παρὰ κυρίου προστεταγμένοι, σύνοδόν τε κατὰ τοῦ πρώτου ἀδελφοῦ συνεκρότουν ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ εἰς μέσον παράγεσθαι τοὺς κατηγόρους ἐκήρυττον. οἱ δὲ εἰσεπήδων ἄλλος ἄλλον τῇ προθυμίᾳ φθάνοντες· καὶ ἦν ἡ λαληθεῖσα κατηγορία, ὅτι ὁ σουλτὰν Ἀζατίνης τῆς ἱερᾶς τελουμένης δοξολογίας πολλάκις συμπαρῆν καὶ ὡμίλει τῷ πατριάρχῃ ἐνδὸν τοῦ ναοῦ. καί τοι τῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐγνωσμένον ἦν, ὅτι χριστιανῶν τε ὑπῆρχε γονέων υἱὸς, καὶ τῷ θείῳ καὶ αὐτὸς τετελεσμένος βαπτίσματι ἦν. τύχης δὲ φορᾷ χρησάμενος καὶ αὐτὸς, οἷα πολλὰ παρ᾽ ἐλπίδα συμβαίνει, σουλτὰν καὶ ἀρχηγὸς ἐγεγόνει τῶν Τούρκων, τότε μὲν ἐν κρυπτῷ διατηρῶν τὰ τῆς εὐσεβείας καιριώτερα, νῦν δ᾽ ἐν Κωνσταντινουπόλει καὶ τὰς θείας ἀσπαζόμενος εἰκόνας, καὶ πάντα δι᾽ προὔπτου τὰ χριστιανῶν ἐργαζόμενος ἔθιμα. ἀλλὰ ταῦτα καθάπερ ὅπλα τῷ πατριάρχῃ τυγχάνοντι ὀχυρὰ, κατέλυον οἱ μαχόμενοι, πολέμια τυγχάνοντα τῷ σκοπῷ τῆς καθαιρέσεως, καὶ ἀπῆγον ἔς τε τὸ ἀμφίβολον καὶ τὸ ἀφανὲς κἀκεῖθεν ἐξεκύλιον εἰς τὸ μὴ ὄν. εἰσκαλεῖται τοίνυν ὁ πατριάρχης ἀπολογησόμενος· οὐκ ἀπαντᾷ δὲ, ἀλλὰ παραγράφεται τὴν σύνοδον κελεύσει βασιλικῇ γενομένην, καὶ τοῦ αὐτοδίκου προκαθημένου κράτους. ὅθεν ὡς φυγοδικοῦντος αὐτοῦ καθαίρεσιν καταψηφισάμενοι, πέμπουσι πρὸς αὐτὸν, καὶ ἀναχωρεῖν τοῦ θρόνου κελεύουσι, καὶ ἅμα παρῆσαν οἱ πρὸς ἐξορίαν ἀπάξοντες. ὁ δὲ, καὶ τὴν ἡσυχίαν ποθῶν ἐκ πολλοῦ, καὶ τοῖς ἐνεστῶσι λίαν ἀχθόμενος πράγμασιν, ἄσμενος τοῖς ἀπάγουσιν ἑαυτὸν ἐδεδώκει.

ΕΞΟΡΙΑ ΤΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ἀρσενίου, καὶ ἀναγωγὴ γερμανοῦ εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον.

ΚΑὶ δὴ τριταῖος ἀπήχθη ἐς τὴν Προικόννησον, καὶ ἀνάγεται λοιπὸν εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ὁ ἀδριανουπόλεως γερμανὸς, φίλος ὢν ἐκ πολλοῦ τῷ βασιλεῖ· καὶ ταύτην δὴ τὴν τιμὴν ὥσπερ τι κεχρεωστημένον γέρας ἤδη ἀπολαμβάνων. φυγάδι γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις αὐτῷ γενομένῳ πρὸς τὸν σουλτὰν, διὰ τὸν φόβον, ὡς εἴρηται, τοῦ βασιλέως Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι,

ἐν τοῖς

Digitized by Google

ἐν τοῖς ἄκροις αὐτοῖς ὁρίοις τῶν ῥωμαίων τότε τὸν μοναδικὸν βίον ἀσκῶν, χαίρων ὑπηντήκει, καὶ μεγαλοπρεπέστερον ἐχρήσατο δεξιώσεσι πρὸς αὐτόν, καὶ φιλοτίμοις προὔπεμψε τοῖς ἐφοδίοις. ὕστερον δὲ τὴν βασίλειον ἐξουσίαν λαβόντι, πρόσεισι, καὶ μετὰ πολλὰς τὰς τιμὰς καὶ τὸν τῆς ἀδριανουπόλεως λαμβάνει θρόνον. ἐκεῖθεν δὲ ἀρτίως καὶ εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀναφέρεται.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΞ ΕΥΒΟΙΑΣ *ἰκαρίου.*

Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἀποστάς τις ἰκάριος ὄνομα, τοῦ τῆς εὐβοίας κρατοῦντος (ἔστι δ᾽ αὕτη βενετικῶν ἐπαρχία) ἀποστὰς τοίνυν οὗτος μετὰ τὴν τῆς κωνσταντινουπόλεως ἅλωσιν, καὶ προσεταιρισάμενος οὐκ ὀλίγους καὶ ἄλλους τῶν εὐβοέων, ἄκρας ἐκράτησεν ὀχυρᾶς· ἀφ᾽ ἧς συχνὰ παρακατιὼν, ἐληΐζετο τοὺς ὁμοροῦντας ἀγροὺς καὶ τὰς κώμας· ὡς ἐν βραχεῖ τοὺς ἀγροίκους πάντας εἰς τοσοῦτον συνελαθῆναι δέους, ὡς μήτ᾽ ἔξω τείχους οἰκεῖν, μήτ᾽ ἄνευ ἡμεροσκόπων, ταῖς κώμαις ἐνδιατρίβειν καὶ τοῖς ἀγροῖς. χρόνος οὐ μάλα συχνὸς παρεῤῥύη, καὶ ὀχυροῦ τινος πολιχνίου γίνεται ἐγκρατής, ὡς ἐντεῦθεν καὶ πρὸς μάχας ἐμφανεῖς παρατάττεσθαι τοῦ τῆς εὐβοίας κρατοῦντος. δείσας δὲ ὅμως μὴ πολὺς ἐπελθὼν ἐκεῖνος χειρώσηται τοῦτον, διαπρεσβεύεται περὶ συμμαχίας πρὸς βασιλέα. καὶ λαβὼν, τέως μὲν φρουρὰν τῷ πολιχνίῳ καθίστησιν ἱκανήν. αὐτὸς δ᾽ αὐτόμολος ἥκει πρὸς βασιλέα, ἄλλα τε ὑπισχνούμενος, καὶ ἢν στρατιὰν ἱκανὴν ἐκ ῥωμαίων κομίσηται, μηδὲν εἶναι τὸ κωλῦον ὑποχείριον τῷ βασιλεῖ καταστῆσαι τὴν ἅπασαν εὔβοιαν. ἄπεισι τοίνυν σπουδῇ μετὰ συχνοῦ τοῦ ῥωμαίων στρατοῦ, πρὶν αἰσθέσθαι τοὺς εὐβοέας τὴν ἔφοδον. εἰδὼς δὲ τὴν λατινικὴν ὀφρὺν, καὶ ὡς οὐκ ἀνέξεται ὁ τῆς εὐβοίας ἀρχηγὸς μὴ αἰφνιδίως προελάσαι τῆς πόλεως, στρατὸν ὑποτρέχοντα βλέπων ἀλλότριον, προλοχίζει νυκτὸς περὶ τὴν πόλιν συχνοὺς ὁπλίτας. ἔπειτα ὑποφαίνεται πρωΐας αὐτὸς κατατρέχων τὰ κύκλῳ, ὡς ἐν ὅπλοις εὐθὺς ἀναγκασθῆναι γενέσθαι τοὺς ἔνδον τειχῶν εὑρεθέντας λατίνους ἅμα τῷ σφῶν ἀρχηγῷ, καὶ μάλα τοι λίαν ὀξέως ἀπαντᾶν εἰς τοὺς πολεμίους. ὅθεν αὐτοῖς ἐξαπίνης ὄπισθεν μὲν ὑπεισπεσόντες, καὶ κυκλώσαντες μετὰ τῶν λόχων οἱ λοχαγοί, ἔμπροσθεν δ᾽ αὖ μεθ᾽ ὧν ἐπεφέρετο στρατοπέδων ὁ ἰκάριος, τὸν μὲν ἀρχηγὸν τῆς εὐβοίας ζῶντα χειροῦνται, καὶ πλείστους ἄλλους ἅμα αὐτῷ. ὅσοι δ᾽ ἐπίλοιποι, τούτους δ᾽ ὄργον ἀπέφηναν ξίφους. ἄγεται μέντοι παρ᾽ ἰκαρίου πρὸς βασιλέα δέσμιος ὁ τῆς εὐβοίας ἀρχηγὸς, καὶ βραχύ τι ὑποβιοὺς ἐτελεύτησεν. ἐτελεύτησε δὲ οὕτως. εἰσελθὼν ἐν τοῖς βασιλείοις, καὶ στὰς πρὸ τῆς πύλης ὡς δεσμίων χρεὼν, καὶ ἰδὼν αὐτὸν μὲν βασιλέα καθήμενον ὑπὲρ τοῦ βασιλείου θρόνου, περὶ δ᾽ αὐτὸν πᾶσαν τὴν σύγκλητον μετὰ λαμπροῦ καὶ κοσμίου τοῦ σχήματος ἱσταμένην, τὸν δ᾽ ἰκάριον τὸν χθὲς καὶ πρότριτα δοῦλον, νῦν μετὰ λαμπρᾶς μὲν τῆς ἐσθῆτος, σοβαροῦ δὲ τοῦ ἤθους εἰσιόντα καὶ ἐξιόντα, καὶ πρὸς οὖς τῷ βασιλεῖ κοινολογούμενον, ἀποῤῥήγνυσιν εὐθὺς τὴν ψυχὴν, καὶ πίπτει πρηνὴς ἐπ᾽ ἐδάφους ἐξαίφνης, μὴ δυνηθεὶς ἐνεγκεῖν τὸ τῆς βιαίας τύχης παράλογον. μετὰ μέντοι τὸ ἐξωσθῆναι τῆς πόλεως τοὺς λατίνους, ἐναπελείφθη χειρωνακτικὸν καὶ ἀγοραῖς ἀσχολούμενον πλῆθος·

gienti, in extremis tum Romanorum finibus monaſticam uitam agens, lætus occurrerat: ſplendidéque exceptum, & liberali uiatico inſtructum proſecutus erat: deinde imperio potitum acceſſerat, & poſt multos alios honores etiam Adrianopolitano ſolio accepto, inde modò in patriarchicā ſedem transferebatur.

DE ICARIO EVBOICO.

SVb hoc tempus Icarius quidā, ab Eubœæ principe, quæ Venetorum prouincia eſt, capta Conſtantinopoli cum defeciſſet, nec paucos alios Eubœos ſibi aſciuiſſet, munitam arcem occupauit: è qua crebrò deſcendens, è finitimis agris & uillis prædas egit: atque agreſtes ita breui tempore perterrefecit, ut nec extra mœnia habitare, nec in agris & uillis ſine ſpeculatore uerſari auderent. nec diu cunctatus, munito etiam oppidulo potitur, unde aperto Marte cum Eubœæ prætore congredi auſus fuit. Tamen ueritus ne ab illo copijs maioribus inſtructo caperetur, per legatos ſocietatem Imperatoris petit. qua impetrata, & oppidulo iuſto præſidio firmato, ultrò ipſe Imperatorem adit, cùm alia pollicens: tum, ſi iuſtum exercitum accepiſſet, nihil prohibere quo minus uniuerſam Eubœam illius Imperio ſubijceret. Celeriter igitur cum multis Romanis militibus abit, priuſquam acceſſum eius Eubœi animaduerterent. Sed Latini ſupercilij gnarus, nec Eubœæ prætorem commiſſurum ſciens, quin peregrino exercitu uiſo, ex urbe ſubitò erumperet: noctu multos milites circa urbem in inſidijs collocat, deinde manè ipſe ſeſe populabundus oſtendit. Itaque Latinos ſubitò arma cum ſuo duce arripere, & hoſtibus extra mœnia occurrere coactos, qui in inſidijs erant, à tergo, à fronte uerò Icarius cum ſuis adorti, prætorem quidem uiuum capiunt, & complures alios cum eo: cæteros uerò cædunt. Prætor igitur Eubœæ captiuus ab Icario, ad Imperatorem perductus, paulo pòſt obijt: obijt autem hoc modo· Regiam ingreſſus, &, ut captiuum decet, ante fores ſtans, cum Imperatorem in ſolio conſidentem, Senatúmque omnem ſplendido & modeſto habitu circumſtantem: Icarium uerò non ita pridem ſeruum ſuum, nunc ornata ueſte & inſolenti geſtu introeuntem & exeuntem, & Imperatori in aurem inſuſurrantem conſpexiſſet, abrupta ſtatim uita, pronus humi concidit, iniquæ fortunæ uiolentiam peroſus. Cæterum pulſis urbe Latinis, turba opificum & circumforaneorum hominum remanſit,

Eubœæ recuperatio.

Prætor Eubœæ ſubitò moritur.

Galata Venetis, Piſanis & Genuenſibus aſsignata.

ſit, ex Venetis & Piſanis permiſta. Quare non tutum, nec paci accommodatum eſſe uiſum eſt, etiam Genuenſes in urbem recipere: eaq; de cauſa e regione, circa Galatæ locum, habitationes eis aſsignauit: etiam mercium immunitate donata, quam ante captam urbem, illis promiſſam Imperator, ſi ſibi aduerſus Latinos adiumento eſſent, nunc præſtitit, quanquam abſque illorum ope ea potitus. Magiſtratus uerò, qui certis temporibus eò mittuntur, Venetorum Mpaiulus ſiue curator, Piſanorum Conſul, Genuenſium Poteſtas appellat. At Balduinus periculo Conſtantinopolitano elapſus, in Italiam cũ perueniſſet, cum rege Carolo affinitatẽ iunxit, illius filia ſuo filio deſponſa, illius opibus ſe Conſtantinopolim recuperaturum ſperans: inani utique ſpe & cupiditate. Imperator enim maximam claſſem ornauit ſexaginta triremibus completis, tum ex alijs gentibus, tum ex Gaſmulica: qui inter Romanos & Latinos educati, ab illis prudentiam in ſuſcipiendo, ab his audaciam in gerendo bello ſumpſerant. Cum his erat etiam armatus naualis exercitus Laconum, quos corrupta lingua Tzacones uocat, qui ſe recens ad Imperatorem contulerant. Igitur claſsis adeò ſplendidè inſtructa iuſſu Imperatoris incedebat, & maximum Latinis terrorem afferebat. Recepit etiam Aegæi maris inſulas ferè omnes, Lemnum, Chium, Rhodum, cęteráſque quæ Latinis ſeruierant. In hac maritima occupatione denuò fidem fregit, & finitimam Romanorum ditionem urere cœpit Aetolus Michael. Quo audito, mœrore & ira affectus Imperator, quamprimùm ipſe bellum ei infert, ad motus illos cõprimendos. Cum autem in Theſſalia uerſaretur, oſtentum in cœlo apparuit, uates & prænuncius malorum, cometes illuſtris, iuxta ſignum Tauri, noctu ſub diluculum, paulum ſupra horizontem: & quantum ſol procedebat, tantum indies & ille ab horizonte diſcedebat, donec tandem ipſum cœli medium præteriret. Nam cum is primùm uiſus eſſet, ſolſtitium æſtiuum fuit, Sole cancrum perambulante: cum langueſceret atque extingueretur, idem ſol autumnale æquinoctium confecerat: tribus interim ſignis peragratis, cometa circa Taurum fixo, ac paulatim euaneſcente. Qui cum cladem minitari uideretur, Imperator ualere iuſſa Theſſalia, laxis habenis Byzantium cõtendebat. nam & fama Scytharũ Iſtrũ accolentiũ, qui mox in Romanos fines irrupturi eſſent, haud mediocriter eũ turbabat: qui, priuſquã in urbem rediſſet, uniuerſæ propè Thraciæ, instar

Mpaiulus.
Conſul.
Poteſtas.

Balduinus & rex Carolus Byzãtio minantur.

Paleologi irrita expeditio cõtra Michaelem Deſpotã.

Cometa.

πλῆθος σύμμικτον ἔκ τε Βενετικῶν καὶ Πισσαίων. ὅθεν οὐκ ἀσφαλὲς, οὐδὲ πρὸς εἰρήνην βλέψαν ἐδόκει, τὸ καὶ τοὺς ἐκ Γεννούας ἔνδον εἰσοικίζειν τῆς πόλεως. διὰ τοῦτο καὶ σφίσιν ἀντιπέραν περὶ τὸν τοῦ γαλάτου τόπον ἔκρινε χωρίον εἰς οἴκησιν, χαρισάμενος αὐτοῖς καὶ τὴν τῆς ἐμπορείας ὑπεσχημένην ἀτέλειαν. πρὶν γὰρ ἁλῶναι τὴν βασιλεύουσαν, συνεφώνησε τὴν τοιαύτην αὐτοῖς παρέχειν ἀτέλειαν ὁ βασιλεὺς, εἰ βοηθοῖεν αὐτῷ κατὰ τῶν κρατούντων τῆς πόλεως λατίνων. ὃ δὴ καὶ πεπλήρωκε νῦν· καὶ ταῦτα, δίχα τῆς σφῶν βοηθείας γενόμενος αὐτῆς ἐγκρατής. οἵ γε μὴν κατὰ χρόνους τακτοὺς ἀρχὴν ἀποστελλόμενοι τούτων, ὁ μὲν ἐκ Βενετίας, καλεῖται μπαΐουλος· ὁ δ' ἐκ πίσσης, κουνσοῦλος· ὁ δ' ἐκ γεννούας, ποτεστάτος. ἅπερ εἰς τὴν ἑλλάδα φωνὴν μεταγόμενα, τὸ μὲν τῶν ὀνομάτων καλεῖται ἐπίτροπος, τὸ δὲ ἔφορος, τὸ δὲ ἐξουσιαστής. ὁ δὲ Βαλδουῖνος διαδρὰς τὸν τῆς κωνσταντινουπόλεως κίνδυνον, καὶ ἀποπλεύσας εἰς ἰταλίαν, ἐκήδευσε τῷ ῥηγὶ τῆς ἰταλίας καρούλῳ, νύμφην ἀγόμενος τῷ υἱῷ τὴν θυγατέρα ἐκείνου· ἐλπίζων ἐκείνῳ συμμάχῳ χρησάμενος τὴν κωνσταντινούπολιν ἀναλήψεσθαι, μάταιος τῆς τε ἐφέσεως καὶ τῶν ἐλπίδων. ὁ γὰρ βασιλεὺς πλεῖστον ἐξήρτυσε ναυτικὸν, ἐμπλήσας τριήρεις ὑπὲρ τὰς ἑξήκοντα, ἔκ τε ἄλλων καὶ γένους τοῦ γασμουλικοῦ. ἦσαν δὲ οὗτοι συντεθραμμένοι τοῖς τε ῥωμαϊκοῖς καὶ λατινικοῖς ἤθεσιν, ὡς ἔχειν ἐκ μὲν ῥωμαίων τὸ ἐσκεμμένως ἐν ταῖς μάχαις ἰέναι, ἐκ δὲ λατίνων τὸ εὔτολμον. συνῆν δὲ τούτοις καὶ στρατὸς ἐν τοῖς ὅπλοις θαλάττιος, λάκωνες ἄρτι προσελθόντες ἐκ πελοποννήσου τῷ βασιλεῖ, οὓς ἡ κοινὴ παραφθείρασα γλῶσσα τζάκωνας μετωνόμασεν. ὁ γοῦν βασιλικὸς στόλος, οὕτω λαμπρῶς συγκεκροτημένος, ἔπλει κελεύσει τοῦ βασιλέως, καὶ πλεῖστον ἐνεποίει φόβον καὶ θόρυβον τοῖς λατίνοις. προσείληφε δὲ καὶ τὰς ἐν αἰγαίῳ νήσους μικροῦ πάσας, λῆμνον καὶ χίον καὶ ῥόδον, καὶ ὅσαι λατίνοις ἐδούλευον. τούτων οὕτως ἀσχολουμένων περὶ τὴν θάλασσαν, ἤρξατο πάλιν παρασπονδεῖν, καὶ τὴν ὅμορον χώραν ῥωμαίων δῃοῦν, ὁ αἰτωλὸς μιχαήλ. ὅπερ ἀκουσθὲν, εἰς λύπην καὶ ὀργὴν τὸν βασιλέα κεκίνηκεν. ὥστε καὶ τὴν ταχίστην αὐτὸν ἀπελθεῖν ἐκεῖσε, δι' ἑαυτοῦ καταστήσοντα τὰ τῶν ἐκεῖσε πραγμάτων νοσήματα. οὗ γενομένου, καὶ τοῦ βασιλέως ἐν θετταλίᾳ τὰς διατριβὰς ποιουμένου, ἐφάνη σημεῖον ἐξ οὐρανοῦ, μάντις κακῶν καὶ πρόαγγελος· τὸ δὲ ἦν κομήτης περιφανὴς, περὶ τὸ τοῦ ταύρου δωδεκατημόριον, περὶ τὰ ἑωθινά τε καὶ ὄρθρια τῆς νυκτὸς φαινόμενος μικρὸν ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα· καὶ ὅσον ὁ ἥλιος παρήλαυνεν εἰς τὰ ἑπόμενα, τοσοῦτον καθ' ἡμέραν καὶ αὐτὸς ἐν πλείονι ἠρέμα διΐστατο τοῦ ὁρίζοντος, ἕως καὶ αὐτὸ δὴ τὸ μεσουράνημα ἤδη παρήλλαξεν. ὁπότε γὰρ ὁ κομήτης τὰ πρῶτα φαίνεσθαι ἤρξατο, τὴν θερινὴν ὁ ἥλιος ὥραν ἐποίει, διιὼν τὸν καρκίνον. ὁπότε δ' αὐτὸς ἐμαράνθη, καὶ ἀφανὴς ἦν, τὰς φθινοπωρινὰς ὁ ἥλιος ἐποίει τροπάς. ὡς γίνεσθαι τὸ ἀπὸ θερινῆς τροπῆς μέχρι τῆς φθινοπωρινῆς τριῶν δωδεκατημορίων διάστημα, ὅπερ ὁ ἥλιος ἤλασε, τοῦ κομήτου περὶ τὸν ταῦρον ἑδραζομένου, καὶ ἠρέμα ἑαυτὸν ἀναλίσκοντος. ὅσπερ μάντις κακῶν καὶ πρόαγγελος ἔδοξεν εἶναι τῷ βασιλεῖ. καὶ αὐτίκα χαίρειν εἰπὼν τὰ θετταλικὰ, ὅλῃ ῥύμῃ τὴν ἐς Βυζάντιον ἤλαυνεν. ἐτάραττε γὰρ αὐτὸν οὐ μετρίως καὶ φήμη τις σκυθικὴ, μελλόντων αὐτῶν ὅσον οὐδέπω ἐς τὴν ῥωμαίων ἐσβαλεῖν γῆν. ἀλλὰ πρὶν εἰς Βυζάντιον ἰέναι τὸν βασιλέα, φθάνουσιν ἐς πᾶσαν μικροῦ περιχυθέντες τὴν θρᾴκην, οἱ παρὰ τὸν ἴστρον οἰκοῦντες σκύθαι, καθάπερ

Digitized by Google

καθάπερ θάλασσα πλημμυρήσασα, καὶ λίαν ὑπὲρ πολὺ τοὺς ὅρους ὑπερπηδήσασα. ταχύδρομον γὰρ τὸ τῶν σκυθῶν ἔθνος, καὶ μιᾶς ὅλον ἡμέρας πολλάκις ποιεῖται τὴν τῶν τριῶν. ἡ δ' αἰτία τῆς αὐτῶν ἐξελεύσεως, τοιάδε τις ἦν.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΣ ΘΡΑΚΗΝ ΕΦΟδου τῶν σκυθῶν.

Κωνσταντίνῳ τῷ τῶν Βουλγάρων ἄρχοντι, συνοικεῖν ἔφημεν τὴν θυγατέρα Λασκάρεως τοῦ βασιλέως. αὕτη τὴν τ' ἀδελφοῦ ἰωάννου ἀκούσασα τύφλωσιν, οὐκ ἠρέμησεν ἐνοχλοῦσα τὸν ἄνδρα, καὶ παρωθοῦσα πρὸς τὴν τοῦ πεπραγμένου ἐκδίκησιν· ὅθεν ἱκανῶς ἐζήτει καιρὸν οὗτος τὴν τοῦ ἀδικήματος ἄμυναν. μετεώρου τοίνυν τοῦ σκέμματος ὄντος, ὕλην δίδωσι τῇ φλογὶ τῆς ὁρμῆς καὶ ὁ σουλτὰν ἀζατίνης. τοῦ γὰρ βασιλέως ἀποδημοῦντος, τὴν δίαιταν κατὰ τὸ τῆς αἴνου παράλιον ποιεῖσθαι πολίχνιον αὐτὸς ἐκελεύσθη, ὡς ἂν καὶ φρουρά τις ἅμα αὐτῷ εἴη, λαθραίως κωλύουσα τὴν ὕποπτον τούτου ἀπόδρασιν. ὁ δὴ τούτῳ δεινὸν ἀφόρητον ὂν, διαμηνύσασθαι κωνσταντίνῳ καὶ αὐτὸν ἀναγκάζει ὑπερδεῖξαι κατὰ ῥωμαίων ἄρτι ἐξεγεῖραι τυγχάνοντι, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἀντιμετρήσειν αὐτῷ ὑπισχνεῖται χρήματα οὐκ ὀλίγα. ταύτας τὰς ἀφορμὰς, ἐνέχυρον οὐ μικρὸν ὁ κωνσταντῖνος λαβὼν, ἤδη δὲ καὶ τὸν βασιλέα πρὸς βυζάντιον ἐκ θετταλίας ἐπανιόντα μαθὼν, πλείους ἢ δισμυρίους τῶν παριστρίων σκυθῶν μεταπέμπεται· μεθ' ὧν τὴν ταχίστην οὖν τὴν ῥωμαίων εἰσβάλλει γῆν, ἐλπίζων βεβαίως καὶ αὐτὸν βασιλέα χειρώσεσθαι, ἐντυχὼν ἐπανιόντι. οἱ μὲν οὖν σκῦθαι καθάπερ σαγήνην καθ' ὅλης τῆς θράκης ἁπλώσαντες ἑαυτοὺς, ἤλασαν ἄχρι τῶν παραλίων ψάμμων, ἵνα μήτε κτηνῶν οὐδὲν, μήτ' ἀνθρώπων οὐδεὶς, μήτε βασιλεὺς αὐτοὺς διαδράσῃ. τἆλλα μὲν οὖν κατὰ γνώμην αὐτοῖς ἀπηντήκει πάντα· βασιλεὺς δὲ μόνος ἀνάλωτος διαμείνας, ἔψευσε τῶν ἐλπίδων αὐτούς. τὴν γὰρ αὐτῶν φθάσας ἔφοδον, ἔλαθε διὰ τῶν περὶ τὸ γάνον ὀρῶν, ἐς θάλασσαν κατιών. ἔνθα συμβὰν οὑτωσὶ θειοτέρᾳ προνοίᾳ, τριήρεσιν ἐντυχεῖν δύο λατινικαῖς, ἐς βυζάντιον μὲν ἀνιούσαις, κατὰ δὲ χρείαν ὕδατος ἐκεῖ που παραπλεούσαις. αἷς ἐμβαλὼν ἑαυτὸν, δευτεραῖος ἐς τὴν βασιλεύουσαν ἔρχεται. τοῖς δὲ σκύθαις, τοῦ βασιλέως σφαλεῖσι, τοῦ γε σουλτὰν ἀζατίνη μὴ σφαλῆναι ὑπόλοιπον ἔργον ἦν. ὅθεν σφίσι δρόμος ἀκλινὴς ἐγένετο, καὶ πόνος ἅπας ἐς τὸ τῆς αἴνου πολύχνιον ἐλθόντας, αὐτὸν ἀφελέσθαι, ἢ παρ' ἑκόντων τῶν πολιτῶν μόνον αὐτὸν, ἢ μὴ βουλομένων αὐτῶν, αὐτῇ πόλει καὶ αὐτοῖς αὐτόχθοσιν. ἀλλ' αὐτὸν οἱ κατέχοντες, δέει τοῦ μὴ πανωλεθρίᾳ φθαρῆναι, ἔκδοτον ποιησάμενοι, καθ' ἡσυχίαν ἀπαλλάξαι τοὺς πολεμίους ἐπεπράχεσαν. ἦν οὖν ἰδεῖν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐπανόδῳ τῶν ὅσοι τὴν θρᾴκην ᾤκουν, πλῆθος μικροῦ πάντα νικῶν ἀριθμὸν συνελαύνοντας δίκην θρεμμάτων, ὡς μόγις που διὰ χρόνου σποράδας ὁρᾶσθαι βοῦς καὶ ἀροτῆρας περὶ θρᾴκην· οὕτως αὐτὴν ἐς βάθος τῶν οἰκητόρων ἐψίλωσαν, ἅμα τοῖς κτήνεσιν. ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τοῦ σουλτὰν λόγος, ὑπερτιθέσθω τὰ νῦν· εἰρήσεται γὰρ ἡμῖν τὰ ἐκείνου πλατύτερον ἐν τοῖς ἔμπροσθεν. ἡ μέντοι ἐκείνου

γυνὴ

inſtar exæſtuantis maris, & longè extra littora euagati, circumfuſi fuerant. Eſt enim expeditiſsima natio Scytharum, adeò ut ſæpe tridui iter uno die conficiant. Excurſionis autem eorum hæc cauſa fuit.

SCYTHARVM IN *Thraciam irruptio.*

CONſtantino Bulgarorum principi nuptam fuiſſe diximus Laſcaris Imperatoris filiam. Quæ cum fratris Ioannis excæcationem audiuiſſet, maritum ad illius facinoris ultionem exhortari atque impellere non deſiſtebat. Illi igitur uindictæ occaſionem quæritanti & hæſitanti, rei aggrediendæ cauſam ueluti flammæ materiam præbuit Sultanus Azatines. Nam abſente Imperatore, ad Aenum maritimum oppidulum degere iuſſus eſt, quod ei ſimul cuſtodiæ uice eſſet, ad ſuſpectam eius fugam prohibendam. Quod cum ei malum intolerabile uideretur, in cauſa fuit, ut per nuncios cum Conſtantino ageret, bellum Romanis illaturo: eique pecuniam non paruam, ſi eius ope liberatus eſſet, polliceretur. Qua occaſione Conſtantinus non parum confirmatus, cognito etiam Imperatoris è Theſſalia receſſu, amplius uiginti millia Scytharum ad Iſtrum degentium accerſit: cum quibus celerrimè in Romanos fines impreſsione facta, ſe ipſum etiam Imperatorem in itinere excepturum ſperabat. Scythæ igitur per omnem Thraciam ſagenæ inſtar dilatati, ad mare uſque prouecti ſunt, ut neque iumentum, nec homo ullus, nec Imperator ipſos effugeret. Ac cætera quidem illis omnia ex ſententia ſucceſſerunt: ſolus autem Imperator elapſus, ſpem eorum fefellit. Nam cum eorum incurſionem anteuertiſſet, clàm per montes, qui iuxta Ganos ſunt, ad mare deſcendit, ubi diuina quadam prouidentia in duas Latinas triremes incidit: quæ cum Byzantium iter haberent, ibi aquationis cauſa præteribant: in quas cum ſe conieciſſet, biduo in urbem peruenit. Scythis autem Imperatore fruſtratis, illud reſtabat, ne Sultano Azatine fruſtrarentur. Quare omnis eorum labor & curſus Aenum uerſus rectà tendebat, ut illum aut ſolum, uolentibus ciuibus, aut ijs inuitis, cum ipſo oppidulo & ciuibus abriperent. At illi ne funditùs exciderentur ueriti, tradito eo impetrarunt, uti Scythæ pacati diſcederent. In reditu autem cerneres illos multitudinem penè innumerabilem, iumentorum inſtar, abigentes: ut aliquandiu ægrè bouem aut aratorem in Thracia conſpiceres. uſqueadeò eam & habitatoribus & iumentis ſpoliarunt. At Sultani hiſtoria nunc differatur, quam paulo pòſt copioſius explicabimus.

Ioannis excæcationē ſoror ulciſcitur.

Azatinis ad Scythas fuga.

Imperator Scythas uix euadit.

Azatines à Scythis liberatur.

Thraciæ uaſtitas.

Vxor

Digitized by Google

Vxor uerò illius & liberi ſtatim ſunt cuſtodiæ traditi, pecunia eiuſdem in fiſcum Imperatorium relata. eius uerò comitatus, qui plurimi & bellicoſiſsimi uiri erant, Chriſtiano baptiſmate regenerati, Romanę que militię ſunt adſcripti.

γυνὴ σὺν τοῖς τέκνοις, ἐν φρουρᾷ εὐθὺς ἦν· τὰ δ' ἐκείνου χρήματα εἰς τὸ βασιλικὸν ἐκομίζοντο πρυτανεῖον. ὁ δὲ περὶ ἐκεῖνον ὄχλος, ἄνδρες δ' οὗτοι μάλα τοι πλεῖστοι καὶ κράτιστοι τὰ πολέμια, τῷ τῶν χριστιανῶν ἀναγεννηθέντες βαπτίσματι, τῇ ῥωμαίων συγκατελέγοντο στρατιᾷ.

DE AEGYPTIIS Arabibus.

Per ſpeciē negociationis Scythæ in Aegyptū traducti.

His temporibus Aegypti & Arabiæ Sultanus, miſsis ad Imperatorem legatis, Romanorum amicitiam expetit: unáque petit, ut Aegyptijs mercatorib. quos ipſe uellet, quotannis ſemel fretum noſtrum traijcere liceret. Quæ res cum initiò parui momenti eſſe uideretur, conceſſa fuit. Sed cum progreſſu temporis conſtitiſſet, qualis & quanta eſſet: iam prohiberi non potuit, conſuetudine confirmata atque inueterata. Traijciunt enim quotannis ſingulis, interdum etiam binis nauibus onerarijs ad Europæos Scythas, Mæotidem paludem & Tanaim accolentes: ab eiſ'que partim transfugas accipiunt, partim à dominis & parentibus emunt: è quibus in Aegyptiam Babylonem & Alexandriam perductis, Scythicas legiones conſtituunt. Neque enim bellicoſos eſſe Aegyptios, ſed timidos potius atq; effœminatos plerunque, affirmant: eáque de cauſa neceſſariò ſibi peregrinum militem parandum, & ære emptis mancipijs propemodum ſeruiendum eſſe, omnis ſolicitudinis earum rerum quibus humana uita eget immunibus. Proinde tempore non adeò longo, tantum per eam cauſam exercitum parauerunt Arabes Aegyptij: ut non Occidentalib. tantum, ſed ijs etiam populis qui magis uerſus Oriētem habitant, admodum eſſent formidabiles. Africam enim uniuerſam, & Libyam, Gades uſque, deinde Phœniciam & Syriam, & omnem oram maritimam domuerunt, habitatoribus cùm alijs, tum uerò Galatis & Celtis, qui longo iam tempore prouincias & urbes optimas obtinebant, occiſis, qui ex Occidente hoc ferè modo illuc tranſierunt.

Aegyptij Scytharum ope propagant Imperium.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΙΓΥΠΤΙΩΝ Ἀράβων.

Ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις διαπρεσβεύεται πρὸς τὸν βασιλέα, ὁ τῆς αἰγύπτου καὶ ἀραβίας σουλτὰν, φίλος εἶναι ῥωμαίοις ἐθέλων, καὶ ἄδειαν ἔχειν τὸν ἀμέτρον πορθμὸν διαπλεῖν, ἑκάστου ἅπαξ ἀνὰ πᾶν ἔτος τῶν ἐκεῖθεν αἰγυπτίων, οὓς ἂν αὐτῷ γε ᾖ βουλομένῳ κατ' ἐμπορείας τρόπον. τοῦ λόγου μικροῦ τινος ἄξιον δόξαν ἐν ταῖς ἀρχαῖς, ἀνεῖται ῥᾳδίως. τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος, ὅσον καὶ οἷον δεῖν ἀνακαλυφθὲν, κωλυθῆναι οὐκ εἶχε, προὔξειν ἤδη συνηθείας καὶ κράτος δυσανταγώνιστον εἰληφώς. ἀνάγονται μὲν γὰρ διὰ μιᾶς τινὸς, ἢ καὶ δευτέρας ἔσθ' ὅτε ὁλκάδος κατ' ἐνιαυτὸν, εἰς τοὺς περὶ μαιῶτιν καὶ τάναϊν εὐρωπαίους σκύθας. καὶ λαμβάνοντες δὲ αὐτῶν τοὺς μὲν αὐτομόλους, τοὺς δὲ πιπρασκόντων τῶν δεσποτῶν ἢ τῶν γονέων ὠνούμενοι, εἰς τὴν κατ' αἴγυπτον βαβυλῶνα καὶ ἀλεξάνδρειαν ἐπανέρχονται, στρατὸν σκυθικὸν οὑτωσὶ χαριζόμενοι τῇ αἰγύπτῳ. μηδὲ γὰρ εἶναι τοὺς αἰγυπτίους ἀγαθοὺς τὰ πολέμια, ὅτι μὴ δειλοὺς ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἀνάνδρους. κἀντεῦθεν στρατολογεῖν δὲ ἀλλοδαποὺς ἀναγκάζεσθαι, καὶ κυρίους (ὡς εἰπεῖν) ἑαυτῶν τοὺς ἀργυρωνήτους ποιεῖσθαι, πάσης ἀπηλλαγμένους φροντίδος, ὧν ἐν χρείᾳ καθίστανται ἄνθρωποι. χρόνου τοίνυν ἐκεῖθεν οὐ πάνυ συχνοῦ, τηλικοῦτον ἐκ τῆς τοιαύτης προφάσεως στρατὸν συνεστήσαντο οἱ κατ' αἴγυπτον ἄραβες, ὡς μὴ μόνον τοῖς ἑσπερίοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀνατολικωτέροις ἔθνεσι λίαν καθίστασθαι φοβεροί. ἐδουλώσαντο μὲν γὰρ ἀφρικὴν καὶ λιβύην ἅπασαν ἄχρι γαδείρων. ἔπειτα φοινίκην καὶ συρίαν, καὶ τὴν ἄχρι κιλικίας παράλιον πᾶσαν, στόματι μαχαίρας τοὺς κατέχοντας παραδόντες, τούς τε ἄλλους, καὶ μάλιστα γαλάτας καὶ κελτοὺς τοὺς πάλαι πολὺν ἤδη χρόνον κατέχοντας τῶν ἐκεῖσε χωρῶν καὶ πόλεων τὰς βελτίους, οἳ δὲ ἑσπέρας ἐκεῖσε διέβησαν οὑτωσί πως.

DE CELTOGALATIS neceſſaria expeditio.

Alpes. Rhenus.

Sunt in Europa montes altiſsimi qui Alpes dicuntur: è quibus fluuius maximus Rhenus ortus, & in Oceanum Britannicū influens, utranque Galliam magis meridionalem facit: quarum incolæ Galli & Celtæ dicuntur, fortiſsimi uiri. qui cum ſalutaris Sepulchri uidendi cupiditate arderent, decreuerūt magno exercitu coacto, ad id & adorandū & recuperandū proficiſci: atq; ad Arabes qui id tenerēt, ſi fieri poſſet, ꝓfligandos. Itaq; armis & equis inſtructi maximo numero, pulchrā illā expeditionem ſuſceperunt.

Gallorū expeditio ad ſacrum ſepulchrum.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΚΕΛΤΟΓΑΛΑΤΩΝ ἐκστρατείας.

Ἔστι παρὰ τὴν εὐρώπην ὄρη πρὸς ὕψος κορυφούμενα μέγιστον, ἄλπεις καλούμενα, ἐξ ὧν ποταμὸς καταρρεῖ μέγιστος, ἐς ὠκεανὸν τὸν βρεττανικὸν, ῥῆνος καλούμενος. οὗτος μεσημβρινωτέρας ποιεῖ τὰς ἄμφω γαλλίας, καὶ τοὺς ἐν ταύταις οἰκοῦντας ἀνδρικωτάτους γαλάτας καὶ κελτούς. τούτοις διάπυρόν τινα ζῆλον ἐν καρδίᾳ βαστάσασιν ὑπὲρ τοῦ σωτηρίου τάφου, ἔδοξεν ἀξιόλογον στρατὸν συναθροίσαντας, ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἐκείνου προσκύνησιν, καὶ ἅμα ἐκδίκησιν, κἀκεῖθεν ἐξέλασιν, εἰ δυνατὸν, τῶν ἐκεῖ τυραννούντων ἀράβων. καὶ δὴ κατὰ πλῆθος μυριάριθμον ἀθροισθέντες, αὐτοῖς ἵπποις, καὶ αὐτοῖς ὅπλοις τὴν καλὴν ἐκείνην ἐξήεσαν ἔξοδον.

καὶ διαβάντες τὸν ῥῆνον, ἴστρον κατ' ἴχνος εἵποντο ποταμὸν τὸν μέγιστον. ὃς καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν ἄλπεων ῥηγνύμενος, πέντε στόμασιν εἰς τὸν εὔξεινον ἐκδίδωσι πόντον. τούτου τὰς βορείας ἀεὶ παραλλάττοντες ὄχθας, προὔβαισιν ἄχρι καὶ αὐτῶν μικροῦ τῶν παρὰ τὸν εὔξεινον ἐκβολῶν αὐτοῦ, φοβερὸν μὲν τοῖς μεταξὺ κειμένοις ἔθνεσι καθιστάμενοι θέαμα, καθάπερ τι σιδηροῦν τεῖχος κινούμενοι, λυμαινόμενοι δὲ τὸ παράπαν οὐδένα αὐτῶν διὰ τρόπων χρηστότητα. οὕτω τοίνυν καὶ τὸν ἴστρον ἐνταῦθα διαπεραιωθέντες, καὶ παρελθόντες παρὰ τὴν θρᾴκην, στρατοπεδεύονται. ἐβασίλευε δὲ τηνικαῦτα ῥωμαίων ὁ κομνηνὸς ἀλέξιος, πρὸς ὃν διαπρεσβευσάμενοι, ἀγοράν τε ζητοῦντες εἰς τὴν τῶν ἀναγκαίων διώνησιν, καὶ ἅμα τοὺς διαπεραιώσοντας πρὸς ἕω δι' ἑλλησπόντου. τοῦτο κράτιστον ἕρμαιον ἔδοξε βασιλεῖ, καὶ ἀπρὶξ ἔχεται μάλα τοῦ σκοποῦ ἐκφανέντος. νεωστὶ γὰρ αὐτὸς τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας λαβών, καὶ ἰδὼν πολλαχόθεν πολεμούμενα, καὶ ἀπηνῶς τὰ ῥωμαίων διακοπτόμενα πράγματα, πλημμελείαις μεγάλαις τῶν προβεβασιλευκότων (πάντα τε γὰρ τὰ πρὸς ἕω κατεῖχον οἱ τοῦρκοι χρόνοις συχνοῖς) τά τε ἄλλα, καὶ νίκαιαν αὐτὴν τὸ περιβόητον ἄστυ, ἥ τε βαθεῖα τῶν χρημάτων σπάνις, ἀκοσμίαν ἔπραττε τοῖς βασιλείοις μακράν, ἐλπὶς δὲ πᾶσα τῶν ἁρμοζουσῶν προσόδων ἀπεκέκλειστο· καὶ τὸ προσδοκώμενον ἦν, ἀπωλείας ἄβυσσοι, καὶ ἄδιοι κίνδυνοι. ἰδὼν οὖν οὕτως ἔχοντα τὰ πράγματα, καὶ διαπορούμενος, ἕρμαιον κράτιστον καὶ μάλα τοι καίριον ἡγεῖται, τὴν τοῦ κελτικοῦ τοῦδε στρατοῦ παρουσίαν. μεθ' ὧν κοινολογησάμενος ποιεῖται συμβάσεις, εἰ οὕτω συμμαχήσαντες ἐξελάσωσι τῶν ῥωμαϊκῶν χωρῶν καὶ πόλεων τοὺς κατέχοντας τούρκους, σφίσι μὲν ἐξεῖναι τὰ ἐκείνων λαμβάνειν πράγματα. τούτῳ δὲ τὰς πόλεις, χρημάτων κενάς. ἃς δὴ συμβάσεις ἄσμενοι λίαν ἐκεῖνοι δεξάμενοι, διαπεραιοῦνται ξύν γε αὐτῷ βασιλεῖ τὸν ἑλλησποντίαν πορθμόν. ὥσπερ γε μὴν ὕλῃ βαθείᾳ πλεῖστον ἐνσκῆψαν πῦρ, τὰ μὲν ὡς καλάμην ἀφανίζεται ῥᾷστα, τὰ δὲ διὰ χλωρότητα βραδέως, ἀφανίζεται δ' οὖν· οὕτω καὶ ὁ διπλοῦς οὗτος στρατὸς ἔκ τε κελτῶν καὶ ῥωμαίων συγκροτηθείς, φοβερὸς τοῖς πολεμίοις καὶ δυσκαρτέρητος ἔδοξε, διὰ βάρος ὁπλίσεως, καὶ σώματος ῥώμην, καὶ ψυχῆς εὐτονίαν ἀπρόσμαχον. καὶ οἱ μὲν τῶν πολεμίων, ὡς ἂν εἴποι τις, κατεπατοῦντο καθάπερ χόρτος καὶ πηλός· οἱ δὲ ἀπεμάχοντο βοηθούμενοι ποτὲ μὲν ταῖς δυσχωρίαις τῶν τόπων, ποτὲ δὲ τοῖς τῶν ῥωμαίων τείχεσιν. ἀλλ' οὐκ ἦν εἰς τέλος οὐδ' αὐτοῖς τὰ τῆς τύχης ἀήττητα, ἀλλ' οἱ μὲν ἑκόντες ὑπέκυπτον, οἱ δὲ βίᾳ ἡλίσκοντο, οἱ δὲ φυγάδες καὶ δραπέται ἐγένοντο. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ πᾶσαν τήν τε ἐντὸς ἅλυος ἐξεκάθηραν ἀσίαν. καὶ ὅση μαιάνδρῳ καὶ παμφυλίᾳ ὁρίζεται, καὶ ἐπὶ τούτοις τὰ συμπεφωνημένα τῶν ἐλευθερωθεισῶν πόλεων εἰληφότες χρήματα, τῆς αὐτοῖς προκειμένης εἴχοντο αὖθις ὁδοῦ. καὶ ἦν ἤδη σφίσι φροντίς, οὐ μικροῦ τινος ἀγῶνος μεστή, διαβᾶσι τὰ μεταξὺ παμφυλίας καὶ κιλικίας ὄρη, πρὸς κίλικάς τε καὶ σύρους καὶ φοίνικας, εἰ μὴ συγχωροῖεν τὴν πάροδον, αἴρεσθαι πόλεμον. ἀλλὰ πρῶτοι μὲν κίλικες αὐτίκα τῇ πρώτῃ ὀρρωδήσαντες ὄψει, τὰ βέλτιστα περὶ σφῶν αὐτῶν ἐβουλεύσαντο, καὶ ὡς διὰ φιλίας τῆς ἑαυτῶν εἴασαν διαβαίνειν, ἀγοράν τε παρεῖχον καὶ τοὺς προπέμψοντας ὁδηγούς, καὶ πᾶν ὅ, τι φίλον ἐχρῆν, εἰς τὴν αὐτῶν ἐχρήσαντο ξενίαν. κίλικες μὲν οὖν οὕτως ῥᾳδίως ἐς ξυμβάσεις ξυνῄεσαν τοῖς ἑσπερίοις τούτοις γαλάταις καὶ κελτοῖς, οὐ μόνον τὸ πλῆθος

αὐτῶν

traiectoq; Rheno, Danubium maximum fluuium ſecuti ſunt: qui & ipſe ex iiſdem alpib. erumpens, quinque oſtiis in pontum Euxinum influit. cuius Septentrionales ripas legentes, propè ad ipſius oſtia uſque ſunt progreſſi: terribile utiq; ſpectaculum gentibus in medio habitantibus, qui inſtar ferrei muri procederent: ſed ea præditi probitate, ut nemini prorſus nocerent. Sic igitur ibi etiam Iſtro traiecto, in Thracia caſtra poſuerunt.

Danubius.

Rerũ tum potiebatur Comnenus Alexius, à quo per legatos, à quo & forum rerum neceſſariarum & per Helleſpontum tranſitum ad Orientem petiuerunt. Quæ illi peroptata occaſio, minimeq; negligenda uiſa eſt: quippe qui principatu recens ſuſcepto, rem Romanam magnis ſuperiorum Imperatorum peccatis undique infeſtari, & immaniter conquaſſari cerneret. Nam omnes Orientales prouincias longo iam tempore Turci obtinebant, ipſamq; Nicæam, celebrem illam urbem: præterea regiæ diſciplinam ingens pecuniæ inopia magnopere turbabat, omni ſpe redituum intercluſa: neque quicquam præter internecionem atque excidium expectabatur. Hoc igitur rerum ſtatu Gallici exercitus aduentus peroptatus illi fuit. Habitoq; colloquio, cum eis paciſcitur, ſi Turcos Romanis prouinciis & urbibus expuliſſent, ut illi omnes illorum opes acciperent, ſibi uerò urbes uacuas reſtituerent. Qua conditione illi auidè accepta, Helleſpontũ cum ipſo Imperatore traiiciunt. Sicut autem ignis denſæ ſyluæ iniectus, alia tanquam ſtipulam celeriter, alia propter uiriditatẽ tardius ille quidem, ſed tamen abſumit: ſic geminus ille Romanorum Gallorumq; exercitus, terribilis hoſtibus atque intolerabilis eſt uiſus, tum ob armorum grauitatem, roburq; corporũ, tum ob conſtantiam animorum inexpugnabilẽ. Proinde hoſtium alii ueluti gramẽ & lutum (ut ita dicam) conculcabantur: alii ſe defendebant, anguſtiis locorum alicubi, Romanorumq; munitionibus freti. Non tamen ne illorum quidem fortuna prorſus inuicta fuit, quin alii deditionem facerent, alii ui ſubigerentur, alii fuga ſalutem quæritarent. Hoc modo omni Aſia quæ intra Alym eſt, & Mæandro Pamphyliaq; includitur, repurgata, promiſſiſq; aſſertarum urbium opibus acceptis, cœptum iter ſunt proſecuti.

Alexius Cõnenus Gallorum ope urbes Orientales recuperat.

Conditio ſocietatis.

Superatis autem qui intra Pamphyliam & Ciliciam ſunt montibus, non parua ſolicitudine æſtuabant: & niſi tranſitus daretur, aduerſus Cilices & Phœnices & Syros pugnandum eſſe proſpiciebant. Verùm primi Cilices primo illorum conſpectu territi, rectiſſimè ſibi conſuluerũt: eoſq; ut amicos tranſire paſſi, & forum præbuerunt, & uiæ duces dederunt, omniaq; amicitiæ & hoſpitalitatis officia preſtiterunt. Ac Cilices adeò expeditè cum Gallis & Celtis tranſegerunt, non multitudine

Cilices dant Gallis tranſitum.

tantum & uiribus eorum territi: ſed eiuſdem quoque propemodum religionis uerecundia, & à ſua non multum abhorrentis, adducti. Sed cùm iam eis in Syriam & Phœniciam facere impreſsionem tempeſtiuum eſſet, non eadem illis euenerunt. Nam cum ij qui eas tenebant, Arabes eſſent, gens peregrina atque inſolens admodum, negocium illis, ac ſibi potius ipſis faceſſerunt, cum arreptis armis tranſitu eos prohiberent: exiſtimationem ſuam imminutũ iri rati, ſi terram eorum gens peregrina & remotiſsima ſine ſanguine & cædibus penetraret. Vnde Galli cõmeatu excluſi, penuriaq́ laborantes eorum quibus nec ipſi, nec iumenta carere ullo modo poterant, armis de ſumma rerum decertandum eſſe ſtatuerunt. Hinc pugnæ continentes & nocturnæ, diuturnæ que cędes Arabum, atque urbium excidia, Gallorum uiribus indies inualeſcentibus. Ac ut ea quæ interceſſerunt omittam, bellicoſiſsimis Arabibus partim occiſis, partim longiſsimè profligatis, reliquos pro inermibus mancipijs tractarunt: ac poſtea ijs in locis conſederunt. Viris enim uictis, locorum amœnitate ſuperati, ibi reliquum ętatis exigere decreuerunt. Quo facto, ipſi ſeſe manifeſti criminis reos peregerunt. Munus enim atque inſtitutum profectionis eorum fuerat Palæſtinam, ſi poſſent, occupare: & impios, qui ſalutare Sepulchrum tenerent, aut funditus extirpare, aut ſuopte ſanguine profuſo animorum ſalutem redimere. Cum autem talis amor eos patria extorres egiſſet, planè diuinus & omni laude digniſsimus: cum tamẽ diuinum amorem Phœniciæ & Syriæ amor illis, iudices præter ſpem nactus diuitijs oneratos, & uelut ebrios, excuſsit. Sed omiſsis Celtogalatis, ad inſtitutæ hiſtoriæ ſeriem eſt redeundum. Nam Aegyptij Arabes, Scythicis (ut diximus) copijs aucta potentia, extra ſuos fines quàm longiſsimè excurrerunt, uerſus Occidentem Africanis & Mauritanis gentibus domitis: ad ſolis uerò ortum tota felici Arabia, quam & Indici maris ora terminat, & utrinque ſinus Perſicus & Arabicus includunt: inde Cœleſyria & Phœnicia, quam fluuius Orontes cõtinet, Celtogalatarum illorum poſteris partim inde pulſis, partim belli more breui tempore interfectis.

Arabes Syria & Phœnicia fruſtra prohibêt Gallos.

Galli in Aſia conſident.

Amœnitas locorũ noti immemores facit.

GERMA-

Proinde tot difficultatibus circumuentus Imperator, ac pene ad deſperationem compulſus, legatos ad Papam mittit, de ineunda ueteris & nouæ Romæ Eccleſiarum concordia, modò Caroli expeditionem auerteret. Ea legatio à Pontifice benignè audita eſt: ea ſe facilè, quæ Imperator petiuiſſet, confecturum eſſe pollicito. ſtatimq́; ſuos legatos illis adiungit, qui concordiam conciliarent atq; amplecterentur. Cuius hæc tria capita fuerunt. Primum, ut in ſacrorum uoluminum hymnodijs, Papæ cum quatuor Patriarchis mentio fieret. Alterum, ut liceret cuiuis Romam ueterem, quę curia maior & perfectior eſſet, appellare. Tertium, ut illi principatus in omnibus deferretur. De appendice uerò ſacri Symboli, quam illi nouarunt, aut alio quouis argumento, tum nulla acrior contentio incidit: ſed (quod ad eas quidem res attinebat) pacata & tranquilla fuerunt omnia. At patriarcha Ioſephus ea concordia repudiata, ſede ſua ceſſit: nec multo pòſt relicta urbe, ſe in Archiſtrategi monaſterium ad Boſporum contulit, ubi reliquum ætatis tranquillo & religioſo ocio exigeret. His rebus ſacerdotum collegium cōcitatum, haud obſcurè ferebat, ſe non eſſe quieturum: plebémque ab Imperatoria illa concordia reuocabat, Martyrij & coronarum tempus eſſe clamitans: ita ut magnus inde tumultus excitaretur, atque in atrocem tempeſtatem erumperet: & Imperator externis negocijs relictis, omne ſuum ſtudium ad res domeſticas transferre cogeretur, urbana pericula bellis externis grauiora ratus. Erant enim non pauci è magiſtratibus etiam, qui decretis illius acriter aduerſarētur. In eas igitur redactus anguſtias, duas ſibi patere uias arbitratus, ſumma neceſſitate nihil tertium admittente in præſentia: ut aut omnes ſibi aſſentirentur, aut hoſtium loco haberentur. Quamobrem aduerſariorum animos, principiò uerborum blanditijs, & comitate morum conciliare ſibi, & obnoxios reddere ſtudebat: cœptam eam eſſe rem, nullo ſtudio nouitatis, ſed propter difficultates temporum. Eſſe autem prudentiæ, impendentes præcauere calamitates: & ſi quid ad grauiora mala auertenda nouandum ſit, non eſſe cunctandum. Si enim hoſtes aduentarent, urbe adhuc multis in partibus lacerata, modóque inſtaurata, & uelut è multiplici dudum morte reuiuiſcente, præſentia mala grauiora futura ſuperioribus: ac dominos fore hoſtes non tantum ſacrorum, ſed omnium ſimul, liberûm, coniugum & rerum. quorum domini ui abrepti, libertate cum ſeruitute cōmutata, non corporibus tātum, ſed animis etiam hoſtium ſequi uoluntates cogerentur. Id etiam reliquum fore, ne quis mores patrios ac uetera inſtituta tueretur: imò ut ſacræ leges & ſanctiones expeditiſsimè & deprauarent, & euerterentur.

Capita concordiæ. I II III

Appendix Symboli.

Byzantini Romanæ concordiæ aduerſantur.

Paleologus uulpinã pellem leoninã mutat.

Quæ

Quæ cum ipſe preuideret, neceſsitati parere haud recuſaſſet: exiguumq; damnum, quod prudentiæ munus ſit, magno emolumento poſthabuiſſet: minoraq; aduerſarijs, ut maioribus potiretur, conceſsiſſet. Hac oratione alios commouit Imperator, alios non item. Vnde ſuaſione omiſſa, uiam alteram ingreſſus, & ui graſſatus eſt: cuius uariæ rationes fuerunt, publicationes bonorum, relegationes, cuſtodiæ, excæcationes, flagra, mutilationes, omnia denique quibus uirorum fortium & mollium animi explorantur. Ac quorum ſtudiũ cognitione regebatur, (qui pauci erant) ij magnis & fortibus animis omnia libenter tolerabant & perpetiebantur, quæ poteſtas Imperatoris inferebat. Maxima uerò pars ueri iudicij expers, fex plebis & circumforanea turba, ſemper nouis rebus gaudens, aſperis uelut in ſcena pallijs induti, ubique terrarum ſparſim & paſsim uagati ſunt, ubi Chriſtianos eſſe audiuerunt: in Peloponeſo inquam, Achaia & Theſſalia, & Colchide, ubique denique gentium extra ditionem Imperatoris: neque uniuerſalem pacem conſeruare uolentes, neque inter ſeſe: ſed alij alijs nominibus aſcitis, partim Arſenij aut Ioſephi patriarchæ ſectam profitendo, partim alia iactitando, tempus terebant, plerique & decipientes & decepti. Nec enim deerant qui oracula in uicis & urbibus, quaſi modò à Dei conſpectu reuerſi, cantarent: lucri utique cauſa, & ad implendos ſaccos. qui eam ipſam ob rem in eodem habitu perſeuerarũt: nec poſt Eccleſię inſtaurationem, uitę ratione mutata.

Pœnæ contumacium.

Religionis prætextu mendici impoſtores.

DE BECO.

His temporibus magnæ Eccleſiæ chartophylax erat Becus, excellenti uir ingenio, & in doctrinæ ſtudijs ab ineũte uerſatus ętate: præterea tantis naturæ donis ornatus, quantis quiſquam alius illius ætatis. Nam & proceritate corporis, & maieſtate uultus, & facundia, & ubertate atque acumine ingenij omnes ad res apti, alijsq; dotibus præſtabat. Quibus id erat conſecutus, ut & Imperatoribus & principibus, & omnibus eruditis uenerabilis, atque illuſtri apud eos fama eſſet. Qui cum Imperatorio decreto acriter aduerſaretur, Imperator nihil non tentauit, tam per ſeipſum, quàm per alios eruditos, ut eruditis & legitimis rationibus eum adduceret, ut decreto aſſentiretur. Verùm ille ingenij acumine & copia orationis omnium animos commouebat, eorumq; argumenta ueluti Penelopes telam retexebat. Nam Græcarum literarum doctrina, erant qui illum ſuperarent: ſed acumine ingenij, & eloquentia, & Eccleſiaſticorum dogmatum uſu, omnes cum illo collati, pueri uidebãtur. Ea ſpe fruſtratus Imperator, aliam uiam init, cumq;

ἀναγκαῖον προορώμενος, διάκονον προθύμως ἐμαυτὸν ταυτησὶ τῆς οἰκονομίας κατεστησάμην. οἰκονομίας δὲ τῆς ἔμφρονος, ἀνάγκης κατεπειγούσης ζημιωθῆναι μικρόν, κέρδους εἵνεκα μείζονος· καὶ συγχωρῆσαι τὰ ἥττω τοῖς ἐλαύνουσιν, ὑπὲρ τοῦ τὰ μείζω ῥᾳδίως καρποῦσθαι. ταῦτα λέγων ὁ βασιλεὺς, τοὺς μὲν ἔπειθε, τοὺς δὲ οὐδαμῶς. ὅθεν τὸ πείθειν ἀφεὶς, τὴν ἑτέραν ἐβάδιζε. ταύτην δ' εἶναι τὴν τοῦ βιάζεσθαι· ἣ πρὸς πολλὰ καὶ διάφορα μεριζομένη ἤδη, πάντα ἦσαν ἔργα τοῦ βασιλέως, δημεύσεις, ἐξορίαι, φυλακαί, ὀφθαλμῶν ἀφαιρέσεις, μάστιγες, χειρῶν ἐκτομαί, πάντα οἷς αἱ γνῶμαι τῶν ἀνδρικῶν καὶ μὴ δοκιμάζονται. ὅσοις μὲν οὖν κατ' ἐπίγνωσιν ὁ ζῆλος ἦν (σπάνιοι δ' οὗτοι ἐτύγχανον) οὗτοι στερρὰν τε καὶ ἀνδρικὴν τὴν ἔνστασιν φυλαξάμενοι, πάντα ἀσμένως ὑπήνεγκαν, καὶ πεπόνθασιν, ὁπόσα ἡ τοῦ βασιλέως ἐπήνεγκε χείρ. οἱ δὲ πλεῖστοι, μηδὲν ὑγιὲς εἰδότες, ἀλλὰ δῆμος ὄντες καὶ ἀγοραῖος ὄχλος, καὶ χαίροντες ἀεὶ ταῖς τοιαύταις καινοτομίαις, τρίχινα καθάπερ ἄλλην σκηνὴν ὑποδεδυκότες τριβώνια, πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐξήπλωσαν ἑαυτούς, ὅπη φῦλα χριστιανῶν εἶναι ἐπύθοντο, ἔν τε Πελοποννήσῳ φημὶ καὶ Ἀχαΐᾳ καὶ Θετταλίᾳ, ἔν τε τῇ Κολχίδι, καὶ ὅποι μὴ φθάνει ἡ ἐπικράτεια τοῦ βασιλέως. καὶ περιῄεσαν ἔνθεν κἀκεῖθεν σποράδες καὶ πλανῆτες, μήτε πρὸς τὸ καθόλου τὴν εἰρήνην ἐθέλοντες διασώζειν, μήτε πρὸς ἀλλήλους, ἀλλ' ὀνόματα περιθέντες ἑαυτοῖς, ἄλλοι ἄλλα· οἱ μὲν Ἀρσενίου λέγοντες εἶναι τοῦ πατριάρχου, καὶ τὰ ἐκείνου πρεσβεύειν· οἱ δὲ Ἰωσήφ, οἱ δὲ ἄλλα λέγοντες, οὕτω τὸν χρόνον προσεκρούοντο, πλανῶντες οἱ πλείους καὶ πλανώμενοι. ἦσαν γὰρ οἳ καὶ προφοιβασμοὺς ἀνά τε πόλεις καὶ κώμας ἐκήρυσσον, ὥσπερ ἐκ θεοπτίας ἄρτι κατιόντες. ταῦτα δὲ ἐποίουν λημμάτων ἕνεκα, καὶ βαλαντίων πληρώσεως. οἳ δὴ καὶ δι' αὐτό γέ τοι τοῦτο, παρέμειναν οὕτως ἔχοντες ἐσαεί, μηδὲ μετὰ τὴν τῆς ἐκκλησίας διόρθωσιν τὴν δίαιταν ἀλλαξάμενοι.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ἰωάννου τοῦ βίκου.

ΕΝ τούτοις μέντοι τοῖς καιροῖς τῆς μεγάλης ἦν ἐκκλησίας χαρτοφύλαξ, ὄνομα Βέκκος, συνετὸς ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα, καὶ λόγου καὶ παιδείας πρόθυμος. τοσούτοις δὲ καὶ παρὰ τῆς φύσεως συγκεκροτημένος χαρίσμασιν, ὅσοις τῶν τότε ἀνθρώπων οὐδείς. σώματος γὰρ εὐμήκει, μεγέθει, καὶ ὄψει μετὰ τοῦ χαρίεντος ἐμβριθεῖ καὶ μεγαλοπρεπεστάτῃ, καὶ γλώττης εὐκολίᾳ καὶ δρόμῳ συντόνῳ, ἄλλοις τε πλείστοις, καὶ ἐπὶ διανοίας εὐπορίᾳ τε καὶ ὀξύτητι πρὸς ἅπαν τὸ προτιθέμενον, τούτοις ἅπασιν ἄριστα τοῦτον ἡ φύσις ἐξώπλισεν, ὡς εἶναι βασιλεῦσι καὶ ἄρχουσι καὶ πᾶσι σοφοῖς αἰδέσιμον καὶ λαμπρὸν περιλάλημα. τοῦτον γενναίως ἀνθιστάμενον τῷ βασιλικῷ δόγματι, παντοῖος ὁ βασιλεὺς ἐγεγόνει, δι' ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν τότε λογίων, ἀποδείξεσι λογικαῖς καὶ νομίμοις πεῖσαι συνθέσθαι τῷ δόγματι. ἀλλ' ἐκεῖνος τῇ εὐθυνίᾳ τοῦ νοῦ καὶ τῆς γλώττης, ἅπασαν συγκυκῶν, ὡς εἰπεῖν, ἀκοήν, ἀνέλυε τὰ τούτων προβλήματα, καθάπερ τινὰ Πηνελόπης ἱστόν. ἑλληνικῆς μὲν γὰρ παιδείας εἵνεκα ἦσαν οἱ τότε προὔχοντες αὐτοῦ· φύσεως δὲ ὀξύτητι καὶ γλώττης δρόμῳ, καὶ ἀσκήσει δογμάτων ἐκκλησιαστικῶν, παῖδες ἀνδρὶ παραβαλλόμενοι πάντες ἐδόκουν ἂν αὐτόν. ἐπεὶ δ' ὁ βασιλεὺς τῶν ἐντεῦθεν ἐλπίδων ἐσφάλη, τὴν ἑτέραν ἐβάδιζε· καὶ

Digitized by Google

καὶ συλλαβὼν αὐτόν, καὶ γένος μικροῦ πᾶν, δεσμοῖς τε βαρέσι καθείργνυσι δεινοτάτοις. καὶ ἦν ἔτι ταῦτα. ὀψὲ δ' ἐπὶ νοῦν ἀναβιβασάμενος ὁ Βασιλεύς, ὡς καὶ πρὸ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτῶν ἐπὶ τῆς ἰωάννου τοῦ δούκα βασιλείας, ἡ τοιαύτη παρὰ λατίνων ἐκινήθη ὑπόθεσις· καὶ ἦν τηνικαῦτα σοφὸς ἀνὴρ νικηφόρος ὁ Βλεμμύδης, θείων γραφῶν ἐμπειρότατος, ὃς σχολῇ διδοὺς ἑαυτόν, ἤρξατο συλλέγειν πολλὰς παρὰ τῶν θείων γραφῶν μαρτυρίας, συγκροτεῖν δοκούσας τῷ τῶν λατίνων δόγματι, καὶ λογογραφεῖν ἐπὶ τούτοις· λάθρα μέν, διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν, ἐλογογράφει δ' οὖν ἔστιν ἅ. ταῦτα δὴ νῦν ὁ Βασιλεὺς ἀνευρών, πέμπει τῷ Βέκκῳ. ὁ δὲ πρὸς αὐτὰς ἀναγνούς, μετὰ πολλῆς ἀγχινοίας τὰς τῶν ἁγίων ἐζήτει Βίβλους, ἐξ ὧν ὁ Βλεμμύδης τὰς μαρτυρίας ἦν ἐκείνας ξυνειλοχώς. καὶ μάλα ἀσμένως παρὰ τοῦ Βασιλέως τὸ ἐνδόσιμον εἰληφότι, ἔργον ἦν αὐτῷ τοῦ λοιποῦ, ἐπιμελῶς αὐτὰς ἐπιέναι καὶ ἀνιχνεύειν, καὶ κατὰ λέξιν ἐπιστατεῖν, ὡς ἐν ὀλίγῳ τοσοῦτον αὐτὸν συνηθροικέναι μαρτυριῶν ὁρμαθόν, ὡς ἱκανὰς εἶναι Βίβλους ὅλας πληροῦν· καὶ ὁ πρὶν μάχαιρα δίστομος κατὰ λατίνων ἱστάμενος, πρύμναν ἤδη κρουσάμενος, ἑτεραλκέα τὴν νίκην ποιεῖται. διὸ δὴ καὶ ἐπὶ τὸν πατριαρχικὸν ἀναβεβηκὼς θρόνον πάντα ἦν αὐτὸς τῷ Βασιλεῖ, καὶ γλῶττα, καὶ χείρ, καὶ κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου, καὶ λέγων καὶ γράφων καὶ δογματίζων, ἔχων συνεργοὺς καὶ συλλήπτορας τοῦ ἀγῶνος, τόν τε μελιτηνιώτην, καὶ τὸν μετοχίτην, ἀρχιδιακόνους ὄντας τοῦ Βασιλικοῦ κλήρου, καὶ ἔτι γεώργιον τὸν ἐκ κύπρου. συνειλειτουργήκει μὴν τῶν πάντων οὐδεὶς τοῖς τοῦ πάπα, οὔθ' ὁ πατριάρχης αὐτός, οὔτε τῶν ἄλλων οὐδείς, ὅτι μὴ τὸ ἐνδόσιμον εἰληφότες τῶν φρερίων τινὲς ἐλειτούργησαν ἅπαξ ἐν τῷ ναῷ τῶν Βλαχερνῶν, διὰ χειροτονίαν τινὸς τῶν οἰκείων. ἀλλ' ἐπαναληπτέον τὸν λόγον. ἦν ἀδελφὴ τῷ Βασιλεῖ ὄνομα εὐλογία. ταύτῃ πολλῶν οὐσῶν θυγατέρων, τὴν μὲν μίαν τὴν ἄνναν συνέζευξεν ἀνδρὶ νικηφόρῳ τῷ τῆς αἰτωλίας ἄρχοντι· τὴν δὲ ἑτέραν τὴν μαρίαν κωνσταντίνῳ τῷ τῆς ζαγορᾶς ἄρχοντι, ἄρτι τῶν προτέρων αὐτῷ γυναικῶν τὸν βίον ἀπολιπουσῶν. ἀδελφὰς δὲ κἀκείνας ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε, καὶ θυγατέρας τοῦ Βασιλέως θεοδώρου τοῦ λάσκαρι.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΒΟΥΛΓΑΡΙΚΗΣ συγχύσεως.

Ἐν τούτοις μὲν τοῖς χρόνοις ἀνίσταταί τις ἐκ τῶν Βουλγάρων, βοσκηματώδης μὲν τὸ γένος ἀνήρ, ποικίλος δὲ τὴν φρόνησιν, καὶ δεινὸς καινοτέροις ἐπιβῆναι πράγμασιν, ὄνομα λαχανᾶς. ὃς πολλοὺς προσεταιρισάμενος χυδαίων καὶ ἀτασθάλων, λῃστρικὸν ἐπιτηδεύει βίον, ἐξ οὗ πολὺν ἐν βραχεῖ συνέλεξε πλοῦτον, καὶ ἅμα στρατὸν ἱκανόν. ὅτε τὰς συνεχεῖς καταδρομὰς καὶ ζημίας, οὐκ ἀνεχομένῳ τῷ κωνσταντίνῳ, ἔδοξε συναθροίσαντι τὰς ἑαυτοῦ δυνάμεις, εἰς ἀντιπαράταξιν ἐξιέναι ἐκείνου, καὶ διακυβεῦσαι τὸν περὶ τῶν ὅλων πραγμάτων κίνδυνον. αἰσχρὸν γὰρ εἶναι ἡγεῖτο, ἄνθρωπον τοῦ μηδενὸς ἄξιον ἐν βραχεῖ χρόνῳ μεγάλην ξυνειλοχότα δύναμιν, οὐ μόνον μεγάλας ἐπάγειν συχνὰ τοῖς Βουλγάροις κακώσεις, ἀλλὰ καὶ μέγαν ὅλῃ τῇ ἀρχῇ τὸν κίνδυνον ἐπισείειν ἤδη. παρασκευασάμενος οὖν, ἔξεισι· καὶ συμβαλὼν ἐκείνῳ, νικᾶται· καὶ στερεῖται μὴ μόνον τῆς ἀρχῆς,

eumq́ & omne ferè genus eius in teterrimos carceres conijcit. Quibus peractis, tandẽ in mentem uenit Imperatori, eandem rem à Latinis ante annos XXV, Ioanne Duca rerum potiente, agitatam fuiſſe: ac tum doctũ extitiſſe uirum, Nicephorum Blemmydam, diuinarum literarum peritiſsimum, qui cum ſe in ocium contuliſſet, multa è ſacra Scriptura teſtimonia, quæ dogma Latinorum confirmare uiderentur, colligere ac conſcribere cœpiſſet: clàm ille quidem, infamiæ metu, ſed tamen ſcripſiſſe quædam. Quæ tum Imperator Beco miſit. quibus ille pellectis, ſanctorum libros è quibus Blemmydes ea collegerat, prudenter admodum poſtulauit: iisq́ lubentiſsimo Imperatore acceptis, in eo occupabatur, ut diligenter illos legeret, expenderet, ad uerbum conferret. Itaq́ breui tempore eum teſtimoniorum aceruum coegit, quæ integra uolumina complere poſſent: & qui dudũ acerrimè Latinis aduerſabatur, mutata ſententia, uictoriã faceret ambiguã. Quamobrem patriarchica ſede conſcenſa, Imperatori unus fuit omnia, & lingua, & manus, & acuti ſcriptoris calamus, & dicendo & ſcribendo, & dogmata ſtatuendo: eius certaminis adiutoribus Meliteniote & Metochite, Imperatorij cleriarchi diaconis, & Georgio Cyprio. Nullus tamen eorum omnium ad Papæ rationem liturgiam celebrârat: niſi quòd Freriorum nonnulli poteſtate data, ſemel in Blachernio templo id fecerunt, ſuffragio cuiuſdam è familiaribus. Sed ad inſtitutum redeundum eſt. Soror erat Imperatori Eulogia. Quæ cum filias multas haberet, Annam Nicephori Aetoliæ principi deſpondit, Mariam Conſtantino Zagoræ regulo: quorum primæ uxores deceſſerant. Eas ſorores fuiſſe, & Imperatoris Theodori Laſcaris filias, ſuprà diximus.

Nicephori Blemmydæ ſcriptis mutatur Beccus

Meliteniotes. Metochites. G. Cyprius.

DE BVLGARICA *confuſione.*

HIs temporibus in Bulgaria quidam extitit, paſtore quidem patre ortus, ſed uerſuto uir ingenio, & callidus ad res nouãdas, nomine Lachanas: qui magna nebulonum manu facta, latrocinando uitam tolerauit. Vnde breui tempore magnas diuitias, & iuſtum exercitum coegit. Huius cõtinentes incurſiones & detrimenta non ferenti Conſtantino, uiſum eſt, conuocatis in unũ copijs ſuis, acie cum illo decernere, ac de ſumma rerum decertare. Turpe enim ducebat, nihili hominem exiguo tempore tanta potentia auctum, non Bulgaris modò magnas inferre clades, ſed toti regno ingẽs ab eo diſcrimen imminere. Sed paratis rebus cum eo congreſſus, uincitur: nec regnum tantum, ſed ui-

Lachanas Bulgarorũ tyrãnidem inuadit.

Conſtantini Tæchi cædes.

ſed uitam etiã amittit. Lachanas uerò, prꝑter principatum, etiã coniuge Conſtantini præter ſpē potitus, in animo habebat, exacta hyeme, ſub ueris initium, Romana oppidula ex inſidijs aggredi: ut illorum uiribus imminutis, ipſe firmiſsimus haberetur. Quæ Imperator cum audiuiſſet, non ferenda, nec obliuioni mandanda aut negligenda ratus, ſed omni ſolicitudine propulſanda, æger animo, non tam ꝙ illum in præſentia formidabilem eſſe putaret, quàm ꝙ ad ea quæ concupiſſet, acerrimo eum ſtudio ferri cerneret: dicebat, ſi ita pergeret, paulatimꝗ; uires augeret, tandem nec à Romanis poſſe uinci. Oportere autem
" eos qui citra periculũ uelint uiuere, anteuer-
" tere & occurrere malis impendentibus: & ſi
" in præſentia creſcentis plantæ radicem facile
" præcidere poſsis, non eſſe cunctandum, neꝗ;
" expectandum, ut acceptam iniuriã cum peri
" culo ulciſcaris, cum aduerſarij malè cogitan-
" tis conatus opprimere liceat. Igitur cum, ut ſuprà eſt expoſitũ, Mytzes ex Aſanis poſteritate, quibus de cauſis diximus, ad Troiã degens deceſsiſſet: filium eius Ioannem Aſanem, ut cui regnum Bulgariæ paterno iure deberetur, accerſit: deſponſaꝗ; Irene filia, cũ magnis copijs tum ad Bulgariam à Lachanę tyrannide liberandam, tum ad ſuſpiciendum regnum, iuſta ſucceſsione ad ſe deuolutum, mittit. Cæterùm Lachanas firmandę tyrannidis cauſa tum in Scythiã proficiſcens, clandeſtinis Imperatoris inſidijs occiditur.

Paleologus Lachanæ cædem procurat.

DE ASANE IMPERATORIS GENERO, BULGARIÆ PRINCIPE.

ASane uerò citra laborem, uolentibus Bulgaris, regno potito: etiam Maria Imperatoris neptis, cum filio Michaele, quem è Cõſtantino ſuſceperat, inde pulſa, Conſtantinopolim peruenit. Vt autem ple-
" runque magnis gaudijs dolores adhæreſcũt,
" ueluti hoſtiles enſes lætiticiam illam turbantes: ſic ea conſuetudo ne tum quidem exoleuit. Nam uir quidã nobilis, & ſingulari prudẽtia & animi promptitudine inter Bulgaros inſignis, nomine Terteres fuit: quem ſibi cõciliare ac ſecuritati ſuæ conſulere uolens Aſan, ſororem ei ſuã deſpondet, priore eius coniuge cũ liberis Nicæã miſſa. Deinde Deſpotę dignitate illũ ornat. Verùm is non diu in fide permanſit: ſed animaduerſa eius ſimplicitate & leuitate inſigni, breui tempore totius exercitus & procerum non paucorum animos ſibi clàm conciliauit. iámque id agebat, ut Aſane interfecto, principatu potiretur. Quo ille cognito, ſe cum uxore Byzantium ad ſocerum profecturum ſimulat: & omnibus ornamentis & pecunijs Bulgaricis clàm comportatis, ibi deinceps uitam egit.

Terteres Ioannem Aſanem regno pellit.

ἀλλὰ καὶ ζωῆς αὐτῆς· καὶ γίνεται παρ' ἐλπίδα μὴ μόνον τῆς ἀρχῆς ἐγκρατὴς ὁ λαχανᾶς, ἀλλὰ καὶ σύζυγος δεύτερος τῆς γυναικὸς κωνσταντίνου. ὃς καὶ διενοεῖτο λοιπὸν παρελθόντος τοῦ χειμῶνος, ἅμα ἦρι ἐμπίπτειν ἐνέδραις καὶ κατὰ τῶν ὁμορούντων ῥωμαϊκῶν χωρίων καὶ πολιχνίων, ἵν' ἀσθενεστέρων αὐτῶν γενομένων, ἰσχυρότατος ἐκεῖνος δοκῇ. ταῦτα τῷ βασιλεῖ ἀκουσθέντα, οὐκ οἰστὰ ἔδοξεν, οὐδὲ λήθης ἄξια καὶ περιφρονήσεως, ἀλλ' ἐν παντὶ φροντίδος ἐχώρει, καὶ πλήρης ἦν ἀθυμίας, οὐχ ὅτι τέως ἐνόμιζε φοβερὸν ἐκεῖνον, ἀλλὰ ἀπαυστὶ χρώμενον θερμοτάτῃ πρὸς ὅπερ ἂν τὸ βουλόμενον ὑποτίθησι, βλέπων, ἔλεγεν ὁδῷ προβαίνοντα κατὰ μικρὸν ἂν μέγα δυνάμεως ἐπιδοθῆναι, ὡς δυσκαταγώνιστον καὶ ῥωμαίοις ἔτι γενέσθαι. χρῆναι δὲ τοὺς ἀκινδύνως βιοῦν ἐθέλοντας, φθάνειν καὶ προαναστέλλειν τὰς ὁρμὰς τῶν δεινῶν. καὶ πρόρριζον τὰς ῥᾷστα τὰς ῥίζας ἐκτέμνειν ἐν τῷ παρόντι τῆς μελλούσης βλάστης, μὴ μέλλειν, μηδὲ περιμένειν τὴν πονηρῶν ἔργων ἀμύνασθαι μετὰ κινδύνου τὸν δράσαντα, παρὸν ἀκινδύνως τῆς διανοίας καὶ τῆς ὁρμῆς αὐτοῦ. ὅθεν ἐπειδήπερ ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε τὸν τοῦ ἀσὰν ἀπόγονον τὸν μυτζῆν περὶ τὴν τροίαν ποιεῖσθαι τὴν δίαιταν δι' ἃς πρότερον εἰρήκειμεν τὰς αἰτίας, ἔπειτα αὐτὸς μὲν ἔφθη τὸν βίον ἀπολιπών. καταλέλοιπε δὲ παῖδα ἰωάννην τὸν ἀσάν, τοῦτον ὁ βασιλεὺς νῦν μεταπέμπεται, ἄνωθεν ἐκ πατέρων τὰ δίκαια τῆς βουλγαρικῆς ἀρχῆς κεκτημένον· καὶ τῇ ἑαυτοῦ θυγατρὶ συζεύξας εἰρήνῃ, πέμπει μετὰ βαρείας δυνάμεως ἐλευθερώσοντά τε τὴν βουλγαρικὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς λαχανᾶ τυραννίδος, καὶ ἅμα διαδεξόμενον αὐτὴν, δίκαιον κλῆρον ἤδη πρὸς αὐτὸν καταβεβηκυῖαν. ὁ μέντοι λαχανᾶς, ἐπειδήπερ ἔτυχε τηνικαῦτα πρὸς τοὺς σκύθας ἰών, βεβαιώσεως ἕνεκα τῆς τυραννίδος, λαθραίαις τοῦ βασιλέως ἐπιβουλαῖς, ἐκεῖ τὴν δι' αἵματος δίδωσι δίκην.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΓΑΜΒΡΟΥ ΤΟΥ ΒΑσιλέως τοῦ ἀσὰν τῶν βουλγάρων ἄρξαντος.

Ἀπονητὶ δ' ὁ ἀσὰν τὴν ἀρχὴν διαδέχεται, τῶν βουλγάρων ὑποδεξαμένων ἀσμένως τοῦτον οὕτω παρελθόντα, ἐξωθεῖται καὶ μαρία ἐκεῖθεν ἡ τοῦ βασιλέως ἀδελφιδῆ σὺν υἱῷ μιχαήλ, ὃν ἐκ τοῦ κωνσταντίνου γεγέννηκε, καὶ ἥκει πρὸς κωνσταντινούπολιν. ἐπεὶ δὲ ὡς τὰ πολλὰ ταῖς μεγάλαις εὐφροσύναις ἐπιφύονται λῦπαι καθάπερ τινὰ ξίφη πολέμια τὴν τῆς εὐθυμίας ἐκείνης κατάστασιν ἐπιταράττοντα καὶ συγχέοντα, οὐδὲ ἐνταῦθα τὸ ἔθος ἐπιλέλοιπεν· ἀλλ' ἦν τηνικαῦτα ἀνὴρ εὐγενὴς κἀν τοῖς μάλιστα συνετός, καὶ τῷ δραστηρίῳ τῆς φύσεως ἐν βουλγάροις ἐπίσημος, ὄνομα τερτερῆς. τοῦτον οἰκειώσασθαι θέλων ὁ ἀσάν, καὶ ἅμα περιποιούμενος ἑαυτῷ ἀφοβίαν, γαμβρὸν ἐπ' ἀδελφῇ ποιεῖται, ἀφελόμενος καὶ ἀποστείλας εἰς νίκαιαν τὴν προτέραν ὁμόζυγον σὺν τοῖς τέκνοις αὐτοῦ. τετίμηκε δ' ἐπὶ τούτοις αὐτὸν καὶ τῷ τοῦ δεσπότου ἀξιώματι, ἀλλ' οὐκ ἐμμεμένηκεν οὗτος ἐπὶ πολὺ τῇ πρὸς τὸν τετιμηκότα στοργῇ· ἀλλ' ἀφέλειαν καὶ κουφότητα πλείστην κατεγνωκὼς αὐτοῦ, ἔλαθεν ἐν οὐ μακρῷ τῷ χρόνῳ τὰς γνώμας ἐφελκυσάμενος τοῦ τε στρατιωτικοῦ παντός, καὶ πρός γε οὐκ ὀλίγων ὅσοι τῶν ἐν τέλει. ἔμελλε δὲ ἤδη καὶ τὸν ἀσὰν διαχειρισάμενος, ἐγκρατὴς ἔσεσθαι καὶ τῆς ἀρχῆς. ὅπερ αὐτὸς ἐγνωκώς, προσποιεῖται μετὰ τῆς γυναικὸς ἐκδημίαν εἰς τὸν πενθερὸν καὶ βασιλέα. καὶ λάθρα ξυναγαγὼν πᾶν ὅ,τι τῶν κειμηλίων καὶ χρημάτων ἦν τῶν βουλγαρικῶν τὸ ἐξαίρετον, ἧκεν εἰς τὸ βυζάντιον παρὰ τὸν βασιλέα καὶ πενθερόν, καὶ αὐτὸς μὲν ἐνταῦθα διῆγε τὸν λοιπόν.

ὁ δὲ τερ-

Digitized by Google

ὁ δὲ Τερτερῆς κατὰ πολλὴν τῶν κωλυσόντων ἐρημίαν, τὴν τῶν Βουλγάρων ἀρχὴν ἐκεῖ σφετερίζεται. ἀλλ' οὖν. ἐγὼ δὲ τοῦτ' ἐκεῖνο τῶν πάλαι πολλῶν διακηκοὼς, ὡς πολιτικῶς καὶ μετρίως φέρειν εὐτυχίαν χαλεπώτερον ἢ δυστυχίαν, νῦν μᾶλλον αὐτῇ τῇ χρείᾳ ἐπιθαυμάζειν συνεγνωκώς. ἰδοὺ γὰρ καὶ οἱ ἐκ Γεννούας ἀντιπέραν οἰκοῦντες τοῦ Βυζαντίου, τῷ τῆς ἀτελείας κέρδει μεθυσθέντες, καὶ πέρα φρονήσαντες τοῦ μετρίου, καταπαίζεσθαι ἤρξαντο Ῥωμαίων, καὶ περιφρονεῖν ὡς ἀσθενεστέρους. ἤδη δέ τις καὶ φιλονεικίαν τινὰ καθ' ἑνός τινος ἀράμενος ὑπὲρ βραχείας ὀπώρας, προχειρότερον ἔσχε τὸ ξίφος τῆς γλώττης, καὶ παραχρῆμα τὸν ἄνθρωπον τοῦ βίου ἀπήλλαξε. τοῦτ' ἀκηκοὼς ὁ βασιλεὺς, οὐχ ὡς ἑνὸς φονευθέντος τὸ πρᾶγμα παρέδραμεν, ἀλλ' ὡς ὅλης πόλεως καταστραφείσης, καὶ τοῦ βασιλικοῦ περιφρονηθέντος κράτους, οὕτως ἐζήλωσέ τε καὶ διανέστη, καὶ αὐτίκα περιήγαγε τὸ στρατόπεδον περὶ πάσας αὐτῶν τὰς οἰκίας. οὔπω γὰρ σφίσι τειχῶν ὀχυρώματα ἦν, καὶ πόλις εἰς ἀντίπαλον ὁπότε βούλοιτο καθισταμένη τῇ βασιλευούσῃ· καὶ τάχ' ἂν ἐμέλλησαν τότε πανωλεθρίᾳ φθαρήσεσθαι, εἰ μὴ σχῆμα περιθέντες ἐλεεινὸν, καὶ ζημίαν ἑκούσιον αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐπιθέντες, προσέπεσον δραμόντες αὐτίκα μάλα τῷ βασιλεῖ, καὶ οὕτως ἀπήλλαξαν ἑαυτούς. τοῦτο τῆς βασιλέως σπουδῆς καὶ ὀξύτητος γέγονε γνώρισμα πρῶτον αὐτοῖς. δεύτερον δὲ καὶ μεῖζον· συνεστήσαντό τινες ἐκ τοῦ γένους αὐτῶν, δύο τριήρεις εἰς δίαιταν καὶ τρόπον πειρατικὸν, καὶ λάθρα διαβάντες τὰ περὶ Βυζάντιον τῆς θαλάττης στενὰ, εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον ἐπεποιήκεσαν τὸν ἀπόπλουν, μὴ παρασχόντες τὴν συνήθη τῷ βασιλεῖ εὐφημίαν· οὐ δὲ τοῦτο τοίνυν ἀτιμώρητον ἔδοξε παραλελυθέναι τῷ βασιλεῖ. ὅθεν τριήρεις συναθροίσας οὐκ ὀλίγας, καὶ μίαν μεγάλην ὁλκάδα, περὶ τὴν ἄκραν ἵστησι τοῦ ἱεροῦ, ὃ δὴ στόμα καλεῖται τοῦ πόντου, ἔνθα τὰς Κυανέας καὶ Πλαγκτὰς ἔφασκον Ἕλληνες εἶναι, τὸν εἴσπλουν ἐκδεχομένας τῶν πειρατῶν, μὴ λαθόντες, ἀπαθεῖς οἱ θρασεῖς ἐκεῖνοι καὶ ἀλιτήριοι διαδράσωσιν. ἐπεὶ δὲ τοῦτ' ἐκείνους οὐκ ἐλελήθει, μηχανῶνταί τινα σφίσι σωτήριον τρόπον. πάντα γὰρ πλοῦτον ὃν ἐκ λῃστείας συνήγαγον, πραγματείαν ἐμπορικὴν ποιησάμενοι, μεθ' ἑαυτῶν εἰς μεγίστην ἐμβιβάζουσιν ὁλκάδα, καὶ πᾶσαν ἐπὶ τούτοις περικατατίθενται καὶ παρασκευάζουσι πανοπλίαν. ἵνα καιρὸν ἐπιτηρήσαντες, ὁπότε σφοδρότερον ῥέοιεν τῶν ἀρκτικῶν πνευμάτων αἱ πηγαὶ, λύσαντες ἀποπλεύσωσι, καὶ βίᾳ ῥηξάμενοι τοὺς ἐπὶ τοῦ στόματος ναυλοχοῦντας, ἀκίνδυνον τὸν εἴσπλουν ποιήσωνται. ἐπεὶ δὲ μετὰ μικρὸν σφοδρότερος ἄνωθεν κατερράγη Βορέας, ἐπιφαίνεται κατιοῦσα καὶ ἡ πειρατικὴ ἐκείνη ὁλκὰς ἀπὸ πολλοῦ τοῦ πελάγους, μυρίοις ἐστεφανωμένη τοῖς ὁπλίταις, καθάπερ πόλις ὅλη κατὰ κυμάτων πεζεύουσα, ἢ μᾶλλον πτηνοῦ δίκην ἐφιπταμένη τοῖς κύμασιν. ἤδη δὲ καὶ αἱ βασιλικαὶ τριήρεις παρεσκευασμέναι παρῆσαν. ὁμοίως δὲ καὶ βασιλικὴ ὁλκὰς, ἄρασα τὰς κεραίας, οὔπω διεπέτασε τὰς ὀθόνας, ἀλλ' ἔμενεν ἠρεμοῦσα. ἐγγισάσης δὲ ἤδη καὶ τῆς πολεμίας ὁλκάδος, τότε καὶ αὕτη διαπετάσασα τὰς ὀθόνας, λαμβάνει τὴν πολεμίαν, τῇ μὲν ἐκ πλευρᾶς, τῇ δ' ἐκ πρύμνας, ἑπομένη κατ' ἴχνος, βάλλουσά τε καὶ βαλλομένη, καὶ τὸν αἰθέριον, εἰπεῖν, ἐκεῖνον καὶ ἱπτάμενον πράττουσα πόλεμον. ἦν γὰρ ἰδεῖν διάφορα καὶ ποικίλα τάγματα στρατοπέδων ἐν ταὐτῷ κατ' ἀλλήλων συστάδην μαχόμενα. οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων, οἱ δ' ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων ἔβαλλον.

Terteres uerò, prohibente nemine, Bulgaricum regnum occupat. Et hæc hactenus.

Palæologus Genuenſiū ſuperbiam reprimit.

Ego uerò quod è multis ueterum cognoui, difficilius eſſe res ſecundas quàm aduerſas ei uiliter & moderatè ferre: nunc reipſa edoctus, magis admiror. Ecce enim Genuenſes, qui eregione Conſtantinopolis habitabant, lucro immunitatis inebriati, elatíque ſuperbia, aduerſus Romanos inſoleſcere, eóſque ut imbecilliores contemnere cœperunt: ac tandem quidā ob pauca poma, rixa cum quodam orta, enſe quàm lingua promptior, ſtatim hominem interficit. Quod facinus Imperator non ut unius cædem neglexit: ſed ita exarſit & commotus eſt, ac ſi tota ciuitas euerſa, & Imperatoria maieſtas uiolata eſſet, ſtatímque exercitu omnes eorum ædes cinxit. (nondum enim murorum munitiones habebant, nec urbem, quæ, cum uellet, Imperatrici urbi aduerſaretur.) ac fortaſſe tum funditùs periſſent, niſi miſerabili habitu, ultrò multa ipſi ſibi irrogata, ſupplices ſeſe ſtatim ad pedes Imperatoris abieciſſent, itaq; ueniam impetraſſent. Hoc, ſtudij & celeritatis Imperatoris primum eis ſpecimen fuit: alterum & maius, illud. Quidam eorum populares duas piraticas triremes inſtituerunt: & Byzantini freti anguſtijs clàm ſuperatis, in Euxinum pontum traiecerunt, ſolito Imperatorē honore non proſecuti. Quod nec ipſum inultum pati uoluit. Itaque triremes non paucas, & unam magnam onerariam nauem ad promontorium templi Argonautarum collocat, quod os Ponti appellatur, ubi Cyaneas & Planctas Græci olim eſſe dixerunt: piratarum acceſſum expectaturas, ne audaces illi & ſcelerati homines incolumes euaderent. Quod cum illos haud feſelliſſet, hac calliditate ſaluti ſuæ conſulunt. Omnes opes quas latrocinando coegerant, pro mercibus exponunt, & unà ſecum in maximam onerariam transferunt. Deinde omni armorum genere eas tegunt & muniunt, ut cum Septentrionales uenti uehementius ſpirarent, oram ſoluerent: & ui patefacta uia, per eos qui in faucibus ſtationem habebant, citra periculum euaderent. Paulo pòſt, cum uehementior Boreas erupiſſet, etiam illa nauis è medio pelago plurimis armatis ornata, inſtar integræ urbis per fluctus incedere, ac potius aduolare conſpicitur. Iam & Imperatoriæ triremes inſtructæ aderant, ſimúlque oneraria ſublatis antennis, ſed uelis nondum expanſis, quieta manſit. Cæterùm hoſtili oneraria accedente, & ipſa uela intendit: illámque partim à latere, partim à puppi e ueſtigiò perſequens arripit, cædit & cæditur: ætheriúmque illud, ut ita dicam, bellum, & uolatile conficitur. Ibi diuerſas & uarias acies comminus pugnantes cerneres.

Genuenſiū duæ piraticæ triremes

Nam

ſed uitam etiã amittit. Lachanas uerò, prçter principatum, etiã coniuge Conſtantini præter ſpẽ potitus, in animo habebat, exacta hyeme, ſub ueris initium, Romana oppidula ex inſidijs aggredi: ut illorum uiribus imminutis, ipſe firmiſsimus haberetur. Quæ Imperator cum audiuiſſet, non ferenda, nec obliuioni mandanda aut negligenda ratus, ſed omni ſolicitudine propulſanda, æger animo, non tam ꝙ illum in præſentia formidabilem eſſe putaret, quàm ꝙ ad ea quæ concupiſſet, acerrimo cum ſtudio ferri cerneret: dicebat, ſi ita pergeret, paulatimq; uires augeret, tandem nec à Romanis poſſe uinci. Oportere autem eos qui citra periculũ uelint uiuere, anteuertere & occurrere malis impendentibus: & ſi in præſentia creſcentis plantæ radicem facile præcidere poſsis, non eſſe cunctandum, neq; expectandum, ut acceptam iniuriã cum periculo ulciſcaris, cum aduerſarij malè cogitantis conatus opprimere liceat. Igitur cum, ut ſuprà eſt expoſitũ, Mytzes ex Aſanis poſteritate, quibus de cauſis diximus, ad Troiã degens deceſsiſſet: filium eius Ioannem Aſanem, ut cui regnum Bulgariæ paterno iure deberetur, accerſit: deſponſaq; Irene filia, cũ magnis copijs tum ad Bulgariam à Lachanę tyrannide liberandam, tum ad ſuſpiciendum regnum, iuſta ſucceſsione ad ſe deuolutum, mittit. Cæterùm Lachanas firmandę tyrannidis cauſa tum in Scythiã proficiſcens, clandeſtinis Imperatoris inſidijs occiditur.

Palæologus Lachanæ cædem procurat.

ἀλλὰ καὶ ζωῆς αὐτῆς· καὶ γίνεται παρ᾽ ἐλπίδα μὴ μόνον τῆς ἀρχῆς ἐγκρατὴς ὁ λαχανᾶς, ἀλλὰ καὶ σύζυγος δεύτερος τῆς γυναικὸς κωνσταντίνου. ὃς καὶ διενοεῖτο λοιπὸν παρελθόντος τοῦ χειμῶνος, ἅμα ἦρι ἐπιέναι ἐνέδρας καὶ κατὰ τῶν ὁμορούντων ῥωμαϊκῶν χωρίων καὶ πολιχνίων, ἵν᾽ ἀσθενεστέρων αὐτῶν γενομένων, ἰσχυρότατος ἐκεῖνος δοκῇ. ταῦτα τῷ βασιλεῖ ἀκουσθέντα, οὐκ οἰστὰ ἔδοξεν, οὐδὲ λήθης ἄξια καὶ περιφρονήσεως, ἀλλ᾽ ἐν παντὶ φροντίδος ἐχώρει, καὶ πλήρης ἦν ἀθυμίας, οὐχ ὅτι τέως ἐνόμιζε φοβερὸν ἐκεῖνον, ἀλλὰ ἀσχολῇ χρώμενον θερμοτάτῃ πρὸς ὅπερ ἂν τὸ βουλόμενον ὑποτίθησι, βλέπων, ἔλεγεν ὅσον οὔπω προβαίνοντα κατὰ μικρὸν εἰς μέγα δυνάμεως ἐπιδοῦναι, ὡς δυσκαταγώνιστον καὶ ῥωμαίοις ὕστερον γενέσθαι. χρῆναι δὲ τοὺς ἀκινδύνως βιοῦν ἐθέλοντας, φθάνειν καὶ προανατέλλειν τῇ ὁρμῇ τῶν δεινῶν. καὶ παρὸν ἐκ τοῦ ῥᾴστου τὰς ῥίζας ἐκτέμνειν ἐν τῷ παρόντι τῆς μελλούσης βλάστης, μὴ μέλλειν, μηδὲ περιμένειν τῶν πονηρῶν ἔργων ἀμύνασθαι μετὰ κινδύνων τὸν δράσαντα, παρὸν ἀκινδύνως τῆς διανοίας καὶ τῆς ὁρμῆς αὐτοῦ. ὅθεν ἐπειδὴ ὥσπερ ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε τὸν τοῦ ἀσὰν ἀπόγονον τὸν μυτζῆν περὶ τὴν τροίαν ποιεῖσθαι τὴν δίαιταν δι᾽ ἃς πρότερον εἰρήκαμεν τὰς αἰτίας, εἶτα αὐτὸν μὲν ἔφθη τὸν βίον ἀπολιπών. καταλέλοιπε δὲ παῖδα ἰωάννην τὸν ἀσάν, τοῦτον ὁ βασιλεὺς νῦν μεταπέμπεται, ἄνωθεν ἐκ πατέρων τὰ δίκαια τῆς βουλγαρικῆς ἀρχῆς κεκτημένον· καὶ τῇ ἑαυτοῦ θυγατρὶ συζεύξας εἰρήνῃ, πέμπει μετὰ βαρείας δυνάμεως ἐλευθερώσοντά τε τὴν βουλγαρικὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς λαχανᾶ τυραννίδος, καὶ ἅμα διαδεξόμενον αὐτὸν αὐτήν, δίκαιον κλῆρον ἤδη πρὸς αὐτὸν καταβεβηκυῖαν. ὁ μέντοι λαχανᾶς, ἐπειδὴ περιέτυχε τηνικαῦτα τῇ ἐπὶ σκύθας ἰὼν, βεβαιώσεως ἕνεκα τῆς τυραννίδος, λαθραίαις τοῦ βασιλέως ἐπιβουλαῖς, ἐκεῖ τὴν δι᾽ αἵματος δίδωσι δίκην.

DE ASANE IMPERATORIS GENERO, BULGARIÆ PRINCIPE.

ASane uerò citra laborem, uolentibus Bulgaris, regno potito: etiam Maria Imperatoris neptis, cum filio Michaele, quem è Cõſtantino ſuſceperat, inde pulſa, Conſtantinopolim peruenit. Vt autem plerunque magnis gaudijs dolores adhæreſcũt, uelut hoſtiles enſes lætitiam illam turbantes: ſic ea conſuetudo ne tum quidem exoleuit. Nam uir quidã nobilis, & ſingulari prudẽtia & animi promptitudine inter Bulgaros inſignis, nomine Terteres fuit: quem ſibi cõciliare ac ſecuritati ſuæ conſulere uolens Aſan, ſororem ei ſuã deſpondet, priore eius coniuge cũ liberis Nicæã miſſa. Deinde Deſpotę dignitate illũ ornat. Verùm is non diu in fide permanſit: ſed animaduerſa eius ſimplicitate & leuitate inſigni, breui tempore totius exercitus & procerum non paucorum animos ſibi clàm conciliauit. iámque id agebat, ut Aſane interfecto, principatu potiretur. Quo ille cognito, ſe cum uxore Byzantium ad ſocerum profecturum ſimulat: & omnibus ornamentis & pecunijs Bulgaricis clàm comportatis, ibi deinceps uitam egit.

Terteres Ioannem Aſanem regno pellit.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΓΑΜΒΡΟΥ ΤΟΥ ΒΑσιλέως τοῦ ἀσὰν τῶν βουλγάρων ἄρξαντος.

Ἀπονητὶ δ᾽ ὁ ἀσὰν τὴν ἀρχὴν διαδέχεται, τῶν βουλγάρων ὑποδεξαμένων ἀσμένως· τούτων οὕτω τελεσθέντων, ἐξωθεῖται καὶ μαρία ἐκεῖθεν ἡ τοῦ βασιλέως ἀδελφιδῆ σὺν υἱῷ μιχαὴλ, ὃν ἐκ τοῦ κωνσταντίνου γεγέννηκε, καὶ ἥκει πρὸς κωνσταντινούπολιν. ἐπεὶ δὲ ὡς τὰ πολλὰ ταῖς μεγάλαις εὐφροσύναις ἐπιφύονται λῦπαι καθάπερ τινὰ ξίφη πολέμια τὴν τῆς εὐθυμίας ἐκείνης κατάστασιν ἐπιταράττοντα καὶ συγχέοντα, οὐδ᾽ ἐνταῦθα τὸ ἔθος ἐπιλέλοιπεν· ἀλλ᾽ ἦν τηνικαῦτα ἀνὴρ εὐγενὴς κἀν τοῖς μάλιστα συνετὸς, καὶ τῷ δραστηρίῳ τῆς φύσεως ἐν βουλγάροις ἐπίσημος, ὄνομα τερτερῆς. τοῦτον οἰκειώσασθαι θέλων ὁ ἀσὰν, καὶ ἅμα περιποιούμενος ἑαυτῷ ἀφοβίαν, γαμβρὸν ἐπ᾽ ἀδελφῇ ποιεῖται, ἀφελόμενος καὶ ἀποστείλας εἰς νίκαιαν τὴν προτέραν ὁμόζυγον σὺν τοῖς τέκνοις αὐτοῦ. τετίμηκε δ᾽ ἐπὶ τούτοις αὐτὸν καὶ τῷ τοῦ δεσπότου ἀξιώματι, ἀλλ᾽ οὐκ ἐνέμεινεν οὗτος ἐπὶ πολὺ τῇ πρὸς τὸν τετιμηκότα στοργῇ· ἀλλ᾽ ἀφελῆ καὶ κοῦφον τὰ πλεῖστα καταγινώσκων αὐτοῦ, ἔλαθεν ἐν οὐ μακρῷ τῷ χρόνῳ τὰς γνώμας ἐφελκυσάμενος τοῦ τε στρατιωτικοῦ παντὸς, καὶ πρός γε οὐκ ὀλίγων ὅσοι τῶν ἐν τέλει. ἔμελλε δὲ ἤδη καὶ τὸν ἀσὰν διαχειρισάμενος, ἐγκρατὴς ἔσεσθαι καὶ τῆς ἀρχῆς. ὅπερ αὐτὸς ἐγνωκὼς, προσποιεῖται μετὰ τῆς γυναικὸς ἐκδημίαν εἰς τὸν πενθερὸν καὶ βασιλέα. καὶ λάθρα ξυναγαγὼν πᾶν ὅ,τι τῶν κειμηλίων καὶ χρημάτων ἦν τῶν βουλγαρικῶν τὸ ἐξαίρετον, ἥκεν εἰς τὸ βυζάντιον παρὰ τὸν βασιλέα καὶ πενθερὸν, καὶ αὐτὸς μὲν ἐνταῦθα διάγει τὸ λοιπόν.

ὁ δὲ τερ-

ὁ δὲ Τερτερῆς κατὰ πολλὴν τὴν κωλύσοντος ἐρημίαν, τῆς τῶν Βουλγάρων ἀρχῆς ἐκεῖ σφετερίζεται. ἀλλ' ἐγὼ δὲ τοῦτο ἐκεῖνο τῶν πάλαι πολλῶν διακηκοὼς, ὡς πολιτικῶς καὶ μετρίως φέρειν εὐτυχίαν χαλεπώτερον ἢ δυστυχίαν, νῦν μᾶλλον ἐπὶ τῇ χρείᾳ ἐπιθαυμάζειν συνεγνωκώς. ἰδοὺ γὰρ καὶ οἱ ἐκ Γεννούας ἀντιπέραν οἰκοῦντες τοῦ Βυζαντίου, ὑπὸ τῆς ἀτελείας κέρδει μεθυσθέντες, καὶ ὕβρια φρονήσαντες τοῦ μετρίου, κατεπαίρεσθαι ἤρξαντο Ῥωμαίων, καὶ περιφρονεῖν ὡς ἀσθενεστέρους. ἤδη δέ τις καὶ φιλονεικίαν τινὰ καθ' ἑνός τινος ἀράμενος ὑπὲρ βραχείας ὀπώρας, προχειρότερον ἔσχε τὸ ξίφος τῆς γλώττης, καὶ παραχρῆμα τὸν ἄνθρωπον τοῦ βίου ἀπήλλαξε. τοῦτο ἀκηκοὼς ὁ βασιλεύς, οὐχ ὡς ἑνὸς φονευθέντος τὸ πρᾶγμα παρέδραμεν, ἀλλ' ὡς ὅλης πόλεως καταστραφείσης, καὶ τοῦ βασιλικοῦ περιφρονηθέντος κράτους, οὕτως ἐζήλωσέ τε καὶ διανέστη, καὶ αὐτίκα περιήγαγε τὸ στρατόπεδον περὶ πάσας αὐτῶν τὰς οἰκίας. οὔπω γὰρ σφίσι τειχῶν ὀχυρώματα ἦν, καὶ πόλις εἰς ἀντίπαλον ὁπότε βούλοιτο καθισταμένη τῇ βασιλευούσῃ· καὶ τάχ' ἂν ἐμέλλησαν τότε πανωλεθρίᾳ φθαρήσεσθαι, εἰ μὴ σχῆμα περιθέντες ἐλεεινὸν, καὶ ζημίαν ἑκούσιον αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐπιθέντες, προσέπεσον δραμόντες αὐτίκα μάλα τῷ βασιλεῖ, καὶ οὕτως ἀπήλλαξαν ἑαυτούς. τοῦτο τῆς βασιλέως σπουδῆς καὶ ὀξύτητος γέγονε γνώρισμα πρῶτον αὐτοῖς. δεύτερον δὲ καὶ μεῖζον· συνεστήσαντό τινες ἐκ τοῦ γένους αὐτῶν, δύο τριήρεις ἐπὶ δίαιταν καὶ τρόπον πειρατικὸν, καὶ λάθρα διαβάντες τὰ περὶ Βυζάντιον τῆς θαλάττης στενὰ, ἐπὶ τὸν Εὔξεινον πόντον ἐπεποιήκεσαν τὸν ἀπόπλουν, μὴ παρασχόντες τὴν συνήθη τῷ βασιλεῖ εὐφημίαν· ὁ δὲ τοῦτο τοίνυν ἀτιμώρητον εἴασε παρεληλυθέναι τῷ βασιλεῖ. ὅθεν τριήρεις συναθροίσας οὐκ ὀλίγας, καὶ μίαν μεγάλην ὁλκάδα, περὶ τὴν ἄκραν ἵστησι τοῦ ἱεροῦ, ὃ δὴ στόμα καλεῖται τοῦ Πόντου, ἔνθα τὰς Κυανέας καὶ Πλαγκτὰς ἔφασκον Ἕλληνες εἶναι, τὸν εἴσπλουν ἐκδεχομένας τῶν πειρατῶν, μὴ λαθόντες, ἀπαθεῖς οἱ θρασεῖς ἐκεῖνοι καὶ ἀλιτήριοι διαδράσωσιν. ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐκείνους οὐκ ἐλελήθει, μηχανῶνταί τινα σφίσι σωτήριον τρόπον. πάντα γὰρ πλοῦτον ὃν ἐκ λῃστείας συνήγαγον, πραγματείαν ἐμπορικὴν ποιησάμενοι, μεθ' ἑαυτῶν εἰς μεγίστην ἐμβιβάζουσιν ὁλκάδα, καὶ πᾶσαν ἐπὶ τούτοις περικατατίθενται καὶ παρασκευάζουσι πανοπλίαν. ἵνα καιρὸν ἐπιτηρήσαντες, ὁπότε σφοδρότερον ῥέοιεν τῶν ἀρκτικῶν πνευμάτων αἱ πηγαί, λύσαντες ἀποπλεύσωσι, καὶ βίᾳ ῥηξάμενοι τοὺς ἐπὶ τοῦ στόματος ναυλοχοῦντας, ἀκίνδυνον τὸν εἴσπλουν ποιήσωνται. ἐπεὶ δὲ μετὰ μικρὸν σφοδρότερος ἄνωθεν κατέρραγε Βορέας, ἐπιφαίνεται κατιοῦσα καὶ ἡ πειρατικὴ ἐκείνη ὁλκὰς ἀπὸ πολλοῦ τοῦ πελάγους, μυρίοις ἐστεφανωμένη τοῖς ὁπλίταις, καθάπερ πόλις ὅλη κατὰ κυμάτων πεζεύουσα, ἢ μᾶλλον πτηνοῦ δίκην ἐφιπταμένη τοῖς κύμασιν. ἤδη δὲ καὶ αἱ βασιλικαὶ τριήρεις παρεσκευασμέναι παρῆσαν. ὁμοίως δὲ καὶ βασιλικὴ ὁλκὰς, ἄρασα τὰς κεραίας, οὔπω διαπετάσασα τὰς ὀθόνας, ἀλλ' ἔμενεν ἠρεμοῦσα. ἐγγισάσης δὲ ἤδη καὶ τῆς πολεμίας ὁλκάδος, τότε καὶ αὕτη διαπετάσασα τὰς ὀθόνας, λαμβάνεται τῆς πολεμίας, πῆ μὲν ἐκ πλευρᾶς, πῆ δ' ἐκ πρύμνας, ἑπομένη κατ' ἴχνος, βάλλουσά τε καὶ βαλλομένη, καὶ τὸν αἰθέριον, εἰπεῖν, ἐκεῖνον καὶ ἱπτάμενον πράττουσα πόλεμον. ἦν γὰρ ἰδεῖν διάφορα καὶ ποικίλα τάγματα στρατοπέδων ἐν ταὐτῷ κατ' ἀλλήλων συστάδην μαχόμενα, οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων, τοὺς ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων ἔβαλλον.

Terteres uerò, prohibente nemine, Bulgaricum regnum occupat. Et hæc hactenus. Ego uerò quod è multis ueterum cognoui, difficilius eſſe res ſecundas quàm aduerſas ciuiliter & moderatè ferre: nunc reipſa edoctus, magis admiror. Ecce enim Genuenſes, qui è regione Conſtantinopolis habitabant, lucro immunitatis inebriati, elatíque ſuperbia, aduerſus Romanos inſoleſcere, eóſque ut imbecilliores contemnere cœperunt: ac tandem quidã ob pauca poma, rixa cum quodam orta, enſe quàm lingua promptior, ſtatim hominem interficit. Quod facinus Imperator non ut unius cædem neglexit: ſed ita exarſit & commotus eſt, ac ſi tota ciuitas euerſa, & Imperatoria maieſtas uiolata eſſet, ſtatímque exercitu omnes eorum ædes cinxit. (nondum enim murorum munitiones habebant, nec urbem, quæ, cum uellet, Imperatrici urbi aduerſaretur.) ac fortaſſe tum funditùs periſſent, niſi miſerabili habitu, ultrò multa ipſi ſibi irrogata, ſupplices ſeſe ſtatim ad pedes Imperatoris abieciſſent, itaq; ueniam impetraſſent. Hoc, ſtudij & celeritatis Imperatoris primum eis ſpecimen fuit: alterum & maius, illud. Quidam eorum populares duas piraticas triremes inſtituerunt: & Byzantini freti anguſtijs clàm ſuperatis, in Euxinum pontum traiecerunt, ſolito Imperatorẽ honore non proſecuti. Quod nec ipſum inultum pati uoluit. Itaque triremes non paucas, & unam magnam onerariam nauem ad promontorium templi Argonautarum collocat, quod os Ponti appellatur, ubi Cyaneas & Planctas Græci olim eſſe dixerunt: piratarum acceſſum expectaturas, ne audaces illi & ſcelerati homines incolumes euaderent. Quod cum illos haud fefelliſſet, hac calliditate ſaluti ſuæ conſulunt. Omnes opes quas latrocinando coegerant, pro mercibus exponunt, & unà ſecum in maximam onerariam transferunt. Deinde omni armorum genere eas tegunt & muniunt, ut cum Septentrionales uenti uehementius ſpirarent, oram ſoluerent: & ui patefacta uia, per eos qui in faucibus ſtationem habebant, citra periculum euaderent. Paulo poſt, cum uehementior Boreas erupiſſet, etiam illa nauis è medio pelago plurimis armatis ornata, inſtar integræ urbis per fluctus incedere, ac potius aduolare conſpicitur. Iam & Imperatoriæ triremes inſtructæ aderant, ſimúlque oneraria ſublatis antennis, ſed uelis nondum expanſis, quieta manſit. Cæterùm hoſtili oneraria accedente, & ipſa uela intendit: illámque partim à latere, partim à puppi e ueſtigiò perſequens arripit, cædit & cæditur: ætheriúmque illud, ut ita dicam, bellum, & uolatile conficitur. Ibi diuerſas & uarias acies comminus pugnantes cerneres.

Paleologus Genuenſiũ ſuperbiam reprimit.

Genuenſiũ duæ piraticæ triremes

Nam & e tabulatis & ligneis turribus, & e ſummis malis inuicem feriebant: ſe que magnis ſaxis & ſagittis, interdum etiam ſecuribus & gladijs comminus feriebant. Triremes uero in propinquo incedentes, tela ſolùm eminus conijciebant. Cum ſic in multum diei iuxta freti fauces utrinque omnes dimicarent, initiò Latini ſuperiores uidebantur. Deinde, cum uentus uelis Imperatoriæ onerariæ illam continenter & à puppi & à dextro latere, unde is ſpirabat, aſſectantis, inhibitus in hoſtilia uela ſegnior incideret, fiebat ut nauis tardius ac lentius moueretur.

Iam, quæ maior Latinorum calamitas fuit, quidam ex ijs audacius in Romanam nauem cum inſiliſſet, acuta ſecuri funes maximè neceſſarios reſecuit: quare antennæ in mediam illorum nauem delapſæ, milites eorum plurimos ſubitò pugnæ inutiles reddidit. Ex eo etiam triremes impunè propius acceſſerunt, & undique comminus eam fortius percuſſerunt. Tandem unus, ac pòſt alij atque alij, ſubinde plures in eam inſilierunt: donec planè uictis hoſtibus, qui non occubuerant, alios uulneratos, alios captiuos inde exceperunt. Alterum hoc Imperatoriæ celeritatis & feſtinationis ſpecimen euidentius, Latinorum animos ita debilitauit & perterrefecit, ut magna parte audaciæ & ſoliti faſtus depoſita, ut quem tempora minimè ferrent, neceſſariò moderatiores eſſent.

DE AZATINE SVLTANO: & qua occaſione Turci latrocinari cæperint.

Nunc illuc redeundum eſt. Cum Sultanus Azatines ex oppido Aeno cum filio ſuo Meleco profugiſſet, Iſtrúmque traiecíſſet, id quod deſtinarat conficere non potuit, morte præuentus. Melecus uerò cũ ibi non diu hoſpes parum ex animi ſententia uixiſſet, per Pontum ad Scythas Aſianos tranſijt: à quibus poteſtate data, Turcorum principatum, ut paternam hæreditatem, poſtulauit. Ac cæteri quidem Satrapæ conuenerunt, illúmque adierunt ut dominum ſuũ: alij idem cogitabant. Vnus autem nomine Amurius, infeſtis armis illi occurrit, donec eum attritis uiribus ad mare compuliſſet. Tum igitur Melecus Heracleam Ponti urbem euaſit. Vere autem appetente, Imperatorem adire ad Nymphæum agentem decreuit. Cæterùm iter ingreſſus, non tamen executus eſt, ſed ad Turcos denuò ſe contulit: atque ab illis paterno principatu repetito, & ipſe breui per inſidias cæditur.

Turcico

οἱ δ' ἀπὸ τῶν ξυλίνων πύργων, τοὺς ἀπὸ τῶν ξυλίνων πύργων· οἱ δ' ἀπὸ μετεώρου τῶν ἄκρων ἱστίων, τοὺς ἀπὸ μετεώρου τῶν ἄκρων ἱστίων. ἐχρῶντο δὲ καθ' ἑκατέραν ἑκάτεροι, χειροπληθέσι, χερμαδίοις, καὶ βέλεσι τοξικοῖς. ἔστι δ' ὅτε καὶ πελέκεσι καὶ ξίφεσιν ἀλλήλοις, ὁπότε μάλα δὴ πελάσαιεν ἀλλήλοις· αἱ δὲ τριήρεις οὐ μάλα τοι ἐγγύθεν παραπλέουσαι, μόνοις ἐχρῶντο τοῖς τηλεβόλοις βέλεσι. καὶ οὕτω δὴ μέχρι πολλοῦ τῆς ἡμέρας, τὸν ἀπὸ τοῦ στόματος ἀμείβοντες αὐχένα, ἐῤῥωμένως ἑκατέρωθεν ἅπαντες ἠγωνίζοντο· καὶ πρὸς μὲν ἀρχαῖς ἐπικρατέστερα τὰ Λατίνων ἐδόκει, ἔπειτα κωλυομένων ὑπὸ τῶν τῆς βασιλικῆς ὁλκάδος ἱστίων τὸ πνεῦμα, ἀναπόσπαστα παραπλεούσης δεξιῶς καὶ συμμέτρως, ἔκ τε πρύμνης, καὶ πλευρᾶς δεξιᾶς ὅθεν ἐκεῖνο προσέῤῥει, μαλακώτερον τοῖς τῶν πολεμίων ἱστίοις προσέβαλλε, καὶ οὐ στεῤῥὰν, οὐδὲ μάλα τοι εὔτονον παρεῖχε τῇ ὁλκάδι τὴν κίνησιν. ὃ δὲ μεῖζον Λατίνοις ἀτύχημα ἐγεγένει, θρασύτερόν τις ἐξ αὐτῶν τῇ Ῥωμαίων ἐπιπηδήσας ὁλκάδι, ὀξεῖ πελέκει τὰ καιριώτερα τῶν καλωδίων ἐξέτεμε· διὸ κατενεχθεῖσα ἡ κεραία κατὰ μέσην τὴν τῶν Λατίνων ὁλκάδα, ἀπόλεμον ἐκείνης τὸ πλεῖστον ὁπλιτικὸν ἐξαίφνης πεποίηκε, κἀντεῦθεν ἀδεῶς κατὰ κύκλον καὶ αἱ τριήρεις πελάσασαι στεῤῥότερον ἐκ τοῦ συνεγγὺς ἔβαλλον. ἤδη δέ τις καὶ εἰσεπήδησεν ἔνδον τῆς πολεμίας ὁλκάδος, καὶ ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ, καὶ τρεῖς ἐπὶ δύο, καὶ τέσσαρες ἐπὶ πλείοσιν, ἕως τελείως ἐκράτησαν τῶν πολεμίων ὅσοι μὴ τεθνήκεσαν, τοὺς μὲν τραυματίας, τοὺς δὲ δεσμώτας ἐκεῖθεν ἐξεῖλον. τοῦτο δεύτερον τῆς βασιλέως ὀξύτητος καὶ σπουδῆς ἐναργέστερον γνώρισμα· τοῦτο τοὺς Λατίνους εἰς ἐσχάτην ἤλασε δειλίαν καὶ φόβον, καὶ τὸ πολὺ τοῦ θράσους μεταθεμένους, καὶ τὸν συνήθη τῦφον ὡς ἄκαιρον ἀποῤῥίψαντας, μετριωτέρους γενέσθαι ἠνάγκασεν.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΟΥΛΤΑΝ ΑΖΑΤΙΝΗ, καὶ ὅθεν οἱ Τοῦρκοι πρὸς λῃστείαν ἐτράποντο.

Ἐγὼ δὲ ἐκεῖνο ἐπαναλήψομαι, τῷ σουλτὰν Ἀζατίνῃ φυγάδι, ὡς εἴρηται, γενομένῳ ἐκ τῆς πόλεως Αἴνου ἅμα τῷ υἱῷ αὐτοῦ Μελὴκ, διαβαίνοντι τὸν Ἴστρον, αὐτῷ μὲν τὸ βουλόμενον ἐκπληρῶσαι οὐκ ἐξεγένετο. φθάσαι γὰρ τὸ χρεὼν, τῶν βουλευμάτων ἐξέτεμε τὰς ὁδούς. ὁ δὲ Μελὴκ, βραχὺ διατρίψας αὐτόθι βίον ἔπηλυν, καὶ οὐ μάλα οἱ ἀρέσκοντα, εἶτα διὰ τοῦ πόντου διέβη πρὸς τοὺς ἐν Ἀσίᾳ Σκύθας, ἀφ' ὧν τὸ ἐνδόσιμον εἰληφὼς, ᾔει ζητῶν τὴν τῶν Τούρκων ἀρχὴν ὡς πατρικόν τινα κλῆρον. τῶν μὲν οὖν ἄλλων σατραπῶν, οἱ μὲν συνῄεσαν καὶ προσῄεσαν ὅσα καὶ δεσπότῃ σφῶν αὐτῶν, οἱ δ' ἤμελλον. ὅς δέ τις Ἀμούριος ὄνομα, δῆμον συνηθροικὼς λῃστρικὸν οὐ βραχὺν, ἀλλὰ μάλα συχνὸν, πόλεμον ἤρατο κατ' αὐτοῦ, καὶ τέλος τρεψάμενος ἐδίωξεν ἄχρι θαλάττης· τότε μὲν οὖν ὁ Μελὴκ ἐν τῇ κατὰ Πόντον Ἡράκλειαν δεδώκει καταφυγήν. ἦρος δ' ἐπιστάντος ἔδοξεν αὐτῷ ἀπιέναι πρὸς βασιλέα περὶ τὸ Νύμφαιον διατρίβοντα. καὶ μέντοι καὶ ἀπιὼν, ἐκεῖ μὲν οὐκ ἀφίκετο· ὁ δὲ ἀλλ' ἑτέραν ἐτράπετο μεταξὺ, καὶ παρὰ τοὺς Τούρκους αὖθις ἐλθὼν, τὴν πατρικὴν ἐζήτει ἀρχήν. ὅθεν δὴ οὐ μακρῷ καὶ οὗτος τὸν βίον ἀπολιμπάνει, λάθρα τινῶν φονευθεὶς τῶν συστάντων ἐπ' αὐτόν.

τῆς δ'

δὲ διὰ τῶν τούρκων ἀρχῆς οὕτω φθαρείσης, καὶ τῶν πραγμάτων ἐκείνων ἐξ εὐταξίας καὶ τύχης λαμπρᾶς εἰς ἀταξίαν μεγίστην κεχωρηκότων, οὐ μόνον σατράπαι καὶ ὅσοι τῶν γένει καὶ δόξῃ διαφερόντων, εἰς πλεῖστα τεμόντες, τὴν ὅλην διέλαχον ἐπικράτειαν, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ τῶν ἀδόξων καὶ ἀνωνύμων ὄχλους τινὰς συρφετώδεις προσεταιρισάμενοι, πρὸς λῃστρικὸν ἀπέκλιναν βίον, μηδὲν ἢ τόξου καὶ φαρέτρας ἐπιφερόμενοι πλέον· οἳ καὶ τὰς τῶν ὀρῶν δυσχωρίας ὑποδυόμενοι, συχναῖς καὶ λαθραίαις ἐχρῶντο ταῖς ἐκδρομαῖς, καὶ τὰς ὁμόρους χώρας καὶ πόλεις ῥωμαίων κακῶς διετίθεσαν. συνέβη γὰρ καὶ πρὸ βραχέος τοὺς τὰς ἄκρας οἰκοῦντας φύλακας, μετανάστας ἐκεῖθεν γενέσθαι διὰ τὴν ἔνδειαν τῶν ἐτησίων λημμάτων. ἃ παρὰ τοῦ βασιλικοῦ πρυτανείου ἐλάμβανον. ὅπερ ὡς οὐδενὸς ἄξιον παροραθὲν ἐν ἀρχαῖς, μέγιστον ὕστερον ἔδοξε ῥωμαίοις ἀτύχημα, καὶ τῶν μάλα μεγίστων αἴτιον συμφορῶν. οἱ δὲ τὰς σατραπείας ἐκεῖνοι πολλαχῇ διελόμενοι τοῦρκοι, παρὰ σκυθῶν ἐλαυνόμενοι ῥωμαίους ἤλαυνον, καὶ ὅσον πρὸς σκύθας ἐθηλύνοντο, τοσοῦτον ἐπὶ ῥωμαίων ἠνδρίζοντο, ὡς εἶναι σφίσι τὴν τῶν σκυθῶν ἔφοδον οὐ συμφορῶν αἰτίαν, ἀλλὰ σφόδρα μεγίστης χορηγὸν εὐτυχίας. εἰσεχέοντο μὲν οὖν ἐπὶ πλῆθος ἔκ τε παφλαγονίας, ἔκ τε παμφυλίας, καὶ τὴν ῥωμαίων ἐδῄουν γῆν. ἤδη δὲ καὶ πόλεμοι συνερρήγνυντο συνεχεῖς, εἷς δὲ καὶ μέγιστος, ὃς καὶ ῥωμαίοις ἀρχηγέτης γέγονε τῶν ὅλων κακῶν.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΠΑφλαγονίαν πολέμου ῥωμαίων καὶ τούρκων.

Στρατοπέδων πολλῶν τουρκικῶν ἀθροισθέντων περὶ παφλαγονίαν, ἔδοξε τῷ βασιλεῖ μεγάλην καὶ ἀξιόμαχον στείλαντι δύναμιν, τὴν ἐκείνων ὀξεῖαν ἀναχαιτίσαι ἔφοδον, καθόσον ἐφικτόν, μὴ καθάπερ πύλας ῥήξαντες ἐκεῖνο τὸ μέρος, μετὰ πολλῆς ἔπειτα τῆς ἀδείας καὶ ἐπὶ τὰς ἄλλας χέωνται χώρας. ἔπεμψεν οὖν στρατόν τε ἱκανόν, καὶ τοὺς ἄξοντας στρατηγούς, οἳ διὰ κακοβουλίαν αὐτοί τε ἐσφάλησαν, καὶ τὸ πᾶν ἀπώλεσαν στράτευμα. οἱ γὰρ τοῦρκοι τῇ ὑστεραίᾳ μελλούσης τῆς μάχης συρρήγνυσθαι, διαγρηγορήσαντες, πρὶν ἡμέραν γενέσθαι προλοχίζουσιν οὐκ ὀλίγας ἐνέδρας παρὰ τὰς πρὸς ἕω τοῦ πλησίον ποταμοῦ ὄχθας. κἄπειτα διαβαίνοντες τὸν ποταμόν, ἐνταῦθα πηγνύουσι τὸ στρατόπεδον, τῆς δ᾽ ἤδη προσηκούσης ὥρας ἐληλυθυίας, συνῄεσαν τὰ στρατόπεδα. καὶ τὰ μὲν πρῶτα, οὐ μάλα ἀνυπόστατος ἔδοξε τούρκοις ἡ ῥωμαίων ὁρμή· ἀλλ᾽ ἐκαρτέρουν ὅμως καὶ ἀντεῖχον μαχόμενοι, οὐ συσταδίαν δηλαδὴ τὴν μάχην ποιούμενοι, ἀλλὰ συχνῶς ἐναλλαττομένην, ὡς ἔθος αὐτοῖς. νῶτα γὰρ διδόασι, φεύγειν δοκοῦντες· εἶτα ἐπαναστρέφουσι τάχιστα, καὶ συχνὰ τοῦτο ποιοῦντες διατελοῦσιν, ὡς ἂν τὴν τῶν ἀντιπάλων στρατοπέδων τάξιν ταράξωσι, καὶ τῆς προσηκούσης στάσεως ἐξιστῶσι. κἄπειτα οὕτω τεταραγμένοις ἐπεισπίπτοντες, ῥᾷστα κατατροποῦνται. τότε μέντοι ἐπὶ ῥωμαίων ἀνύσαι τὸ σφῶν αὐτῶν ἐπιτήδευμα οὐ δεδύνηνται, κράτιστα πεφραγμένων καὶ ὡπλισμένων· ἀλλὰ μάλα τοι τῶν οἰκείων πλείστους ἀποβαλόντες, ἔφευγον παρὰ τὸν ποταμὸν ἀμεταστρεπτί. ἐδίωκε δὲ ὁ στρατὸς ὡς μὴ ὤφελον ἀναπόσπαστα, καὶ ταῦτα τῶν συνετωτέρων στρατηγῶν συχνὰ βοώντων, καὶ κωλυόντων τὴν

Turcico imperio ſic euerſo, & ex honeſta diſciplina & ſplendida fortuna ad maximam perturbationem prolapſo: non modò ſatrapæ & nobilitate præſtantes, omne regnum in plurimas partes diuelleruntː ſed multi etiam obſcuri & ignobiles homines, infima plebe aſcita latrocinari cœperunt, præter arcum & pharetram nihil ſecum geſtantes: qui faucibus montium inſeſsis, finitimos agros & urbes Romanorum crebris & occultis incurſionibus uexabant. Nam paulo antè acciderat, ut præſidia quæ arces tuebantur, inde migrarent, cum annua ſtipendia è fiſco Imperatorio non numerarentur. Quod initio, ut res parui momenti, neglectum, maximas tandem clades Romanis importauit. Turci autem ſatrapis illis uariè diuiſis, cum à Scythis pellerentur, Romanos pellebant: & quàm infirmi erant aduerſus Scythas, tam fortes contra Romanos extiterunt: ut Scytharum incurſio non calamitatis cauſa, ſed ſummæ felicitatis occaſio illis eſſet. Nam & è Paphlagonia & è Pamphylia irruebant, Romanáſque prouincias populabantur. Tandem etiam ad bella & aſsiduas dimicationes uentum: è quibus unum prælium Romanos in omnia mala coniecit.

Turcorum ἀναρχία latrociniorũ occaſio.

Præſidia deſerta.

DE TVRCORVM ET Romanorum in Paphlagonia conflictu.

MVltis Turcorum copijs in Paphlagonia collectis, Imperatori uiſum eſt magno & firmo exercitu, celerem illorum, quantum fieri poſſet, impreſsionem inhibere: ne illa parte ueluti porta perfracta, impunè ac prohibente nemine longius euagarentur. Eos autem duces miſit, qui ſtultitia & temeritate ſua tum ipſi impegerunt, tum omnes copias amiſerunt. Nam Turci pridie inſtantis pugnæ tota nocte inſomni exacta, ante diluculum non paucis inſidijs in Orientali uicini fluminis ripa collocatis, eo ſuperato caſtrametati ſunt. Cum pugnæ tempus inſtaret, cõgreſsis exercitibus, principiò Romananorum impetus Turcis non adeò reformidandus eſſe uiſus eſt. Subſtiterunt igitur, & repugnarunt, non ſtataria pugna, ſed crebrò de more eorum commutata. Fugam enim ſimulantes terga dant, ſtatímque redeunt: id'que frequenter facere non deſiſtunt, ut hoſtilem aciem perturbent, ac de gradu deijciant: poſtea perturbatos aggreſsi, facilè in fugam uertunt. Tum autem aſtus is nihil illis contra Romanos profuit, optimè munitos & armatos: ſed plurimis ſuorum amiſsis, ad flumen Romanis (quod utinam non factum eſſet) continenter perſequentibus, effuſè fugerunt. quamuis prudentiores duces uehemẽter milites reuocarẽt, ac receptui ca-

Turci Romanos in inſidias pellectos cædunt.

nerent: quòd hoſtium fuga ſuſpecta & periculoſa eſſet. Sed illam pugnam initium utique excidij Romani eſſe oportebat: Diuina prouidentia infinita peccata à multis annis cumulata, mediocriter puniente.

ROMANARUM IN *Aſia prouinciarum uexationis initium.*

HOſtes igitur ultra flumen perſecuti ſegnius fugientes cedendo, in improuiſas inſidias, præ curſu & æſtu anhelantes, atque in uiros quietos & integris uirib. incidunt. Ita hinc numeroſo exercitu, inde flumine interclusi, paucis exceptis omnes ceciderunt, nulla re memorabili geſta. Turci autem uelut porta aperta, ſecuri ac prohibente nemine, omnes Romanas prouincias populabundi uſque ad Sangarium percurrebant. Quibus malis fatigatus Imperator, ripas fluminis crebris oppidis muniuit, ne ipſa etiam Bithynia potirentur. Neque enim cæteras Romanas legiones ab urgentibus bellis reuocandas eſſe cenſebat. nam Thracenſes Bulgaricis & Illyricis motibus, inferioris uerò Aſiæ uires (quam Phrygia, Lycia & Mæander fluuius definiunt) alijs atque alijs Turcarum incurſionibus obſtare debebant: neque etiam ullo modo committendum uidebatur, ut claſſe diſſoluta, & in terram perducta, maiores in mari quàm in Aſia tempeſtatum fluctus exiſterent. Quapropter ſuis quaſque locis hoſtium aduentum expectare iuſſit: prudentem & tutam eorum quæ ſuper eſſent cuſtodiam, incerto euentui & periculo præſtare ratus. Enimuerò cum Turci noſtrorum finium arces impunè occupaſſent, terráſque ſubactas in Satrapias diuiſiſſent: à mari Pontico & Galatia uſque ad mare Lycium & Carium, & fluuium Eurymedõtem, omnia ſuæ ditionis fecerunt. Quis Iliade prolixiorem eorum malorum, quibus noctu atque interdiu uexati ſumus, commemorationem pro dignitate abſoluerit? Romanorum uiribus tantum imminutis & depreſsis, quantũ potentia Turcorum augebatur. Nam omnia quidem uelut uno collecta faſce perſtringere, ignaui & ingenij & linguæ fuerit: neque tum ſentiret quiſquam, quàm deploranda illa eſſent. Contrà, ſingulatim omnia perſequi: neque nos poſsimus, neque quiſquam paulo humanior ſine ui lachrymarũ legere queat: neque nos hiſtoriam, ſed næniam ſcribere putabimur. Quare nec dicenda, nec prætereunda ſunt omnia: ſed pauca quædam ſelecta de multis, atque aliás alia, prout ſe dabit occaſio, referentur.

Sangarius limes Turcorum.

Turci Aſianas prouincias occupant.

MISE-

διώξειν, ἢ μάλα τοι πεφυκυῖαν αὐθύποπτον, οὐδὲ πόῤῥω τοῦ δέοντος, ἀλλ' ἐχρῆν ἄρ' ὡς ἔοικεν, ἀρχὴν ἐκεῖνον εἶναι τὸν πόλεμον τῆς ῥωμαίων καταστροφῆς, κολαζούσης μετρίως ἄνωθεν τῆς προνοίας μυρίων χρόνων ἁμαρτημάτων.

ΑΡΧΗ ΤΩΝ ΔΕΙΝΩΝ ΤΗΣ ἐν ἀσίᾳ ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς.

Sequente anno Imperatore in urbem reuerſo, Maſſagetæ (Alani uulgò dicuntur) qui ultra Iſtrum habitant, occultam legationem mittunt. qui cum Chriſtiani eſſent, à Scythis ſubacti, corporibus inuiti ſeruiebant: animis uerò deſiderio libertatis tabeſcebant, & impios abominabantur. Petunt igitur locum ſufficientem ad habitandũ amplius decem millibus hominum: qui, ſi & Imperatori placuiſſet, cum omni familia migraturi eſſent, unáque ſtrenuam operam ſe contra Turcos uelle nauare promittunt, qui auctis uiribus totam Romanorum Aſiam impunè incurſabant. Ea legatio tam grata Imperatori fuit, quàm ſi diuinitùs miſſa, totius Aſiæ dominatum polliceretur. Nam poſt illum Philanthropeni tumultum, omnes ſibi Romanos ſuſpectos eſſe dicebat, neque ullum rectè erga ſe affectum eſſe exiſtimare.

Andronic⁹ ſuis diffidit

Quapropter externa fœdera noctu atꝗ interdiu ſomniabat: quod utinam non feciſſet. Nam cum Romani omnes improbarentur, Romana res laborare cœpit, & in extremum diſcrimen eſt adducta: ut pôſt explicabitur. Ceterùm legatione tam cupidè accepta, Maſſagetæ amplius decies mille cum uxoribus & liberis adueniunt. Cum autem eis & pecunia & equi & arma danda eſſent: ea partim ex Imperatorio fiſco dabantur, partim è militari ærario, partim è publico & priuato. Hinc multi & alij poſt alios abibant, qui tributa è prouincijs colligerent, eaꝗ publicani augebant: omnia arma, omnes equi cogebantur: perquirebant̃ pagi, urbes, ędes procerũ, ędes militum, monaſteria, populi, theatra, fora, & omnes dabant equos & pecunias inuiti & lamentantes, non uotis & bonis ominibus, ſed lachrymis & diris nouum exercitum proſequentes.

Exactio propter Maſſagetas

Sed cum ex Europa in Aſiam cũ Michaele Imperatore trãſiſſent, circa Magneſiã caſtra poſuerũt. Turci uerò initio, ut ſolẽt, in mõtes & ſaltus ſe receperũt, ut inde pręſidijs locorũ tuti, copias horũ quantę & quales eſſent ſpecularent̃, & an militarẽ in caſtris diſciplinã obſeruarent, intelligerent. Norant eñ, multa uana nunciari, & ſupra ueri fidem res amplificari. Itaꝗ circũſpiciebant, uerùm ne eſſet quod ferebat̃, non poſſe illos inuadi: an uerò dolis & inſidijs Perſicis circumueniendi, & in fugam conijciendi eſſent. Tum autem, eos nullo ordine crebrò prędatum exire

Turci hoſtis diſciplinam militarem obſeruant.

Turci Maſſagetas fugant.

(Roma-

(Romanos enim agros magis populabãtur, quàm ſi aperti eſſent hoſtes) bellicoſiſſimi Turcorum conſueto ordine & diſciplina militari de montibus deſcendunt, initiò paululum, deinde longius, ac ſubinde maiore & cõfidentiore cum impetu: nec obſcurũ erat, eos caſtra Imperatoris circũdaturos. Verùm noſtri ne prima quidem hoſtiũ aggreſsione tolerata, paulatim pedem referendo diſceſſerunt, Barbaris pone ſequentibus, & caſtra in proximo cõſtituentibus. Noſtri enim quàm multi eſſent, Barbari non uidebant: ſed idem illis accidebat quod ebrijs, qui cerebro uaporibus repleto, alia pro alijs intuentes, hallucinantur. Exercitus enim quem iniuria & audacia antecedit, plerunq; cladem & interitũ

Impius exercitus.

» ominatur: & priuſquam hoſtes irruant, ipſi
» ſua timiditate euertuntur, ipſiq; ſibi hoſtes
» ſunt: diuina uindicta eum exitum decernen-
» te, quem facta illorum meruerunt. Neque enim probabile erat, rem bene geſturos eſſe eos, qui lachrymas & execrationes pro uiatico ſecum abſtuliſſent. Cæterùm Imperator Maſſagetas fugiſſe cernens, quòd cum paucis reſiſtere Barbaris nõ poterat, in munitiſſimum caſtellum Magneſiam, calamitatis exitum prꝰſtolaturus, ſeſe contulit. At Maſſagetæ uſque ad Helleſpontum Chriſtianorum agros populantes deſcenderunt, atque inde in Europam traijciunt, non aliter quàm ſi ea de cauſa duntaxat è Scythia accerſiti eſſent, ut Turcis maturius uiam ad mare monſtrarent. Nec enim multi dies interceſſerũt, cum Imperatore Byzantium reuerſo Barbari deſcenderũt, ferè omnib. ad oram uſq; Lesbiam occupatis. Hoc tẽpore bellũ etiã inter Genuenſes & Venetos exarſit: cũ quidẽ Veneti multis nauib. & pecunijs amiſsis, & aliàs alibi uicti, tandem LXX nauib. inſtructis, eos Genuenſes qui e regionẽ Conſtantinopolis habitant, ſunt adorti, ſed neminẽ eorũ cœperunt. Nam illi pręcognito illorũ aduẽtu, uxores, liberos, & opes ſuas in urbẽ contulerunt: ipſi uerò ſuis triremib. cõſcenſis, in Euxinum pontum illis perſequentib. fugerunt. Quos Veneti capere cũ non poſſent, & ędes illorũ & uacuas onerarias incenderũt, unaq; cũ eis Romanorum omnes ædes extra mœnia: ulti eos, ꝙ hoſtiũ uxores, liberos & opes in tuto collocaſſent. Vnde factũ, ut Romani aduerſus Venetos in urbe habitãtes cõcitati, nõnullos diſcerperẽt, eorumq; res diriperẽt. Qua de cauſa ſequẽte ęſtate cũ XVIII armatis triremib. aduenerũt, damnũ illud ab Imperatore penſari poſtulãtes. Neq; enim amicitię ius eſſe, ut magnã cladem moderatè ulti, tandem extremo ſupplicio afficerent. Romanos enĩ priores rupiſſe fœdus: q in ipſo pugnę diſcrimine, hoſtium uxoribus, liberis, pecunijs tutum aſylum aperuiſſent. Sed cum Imperator poſtulationem illam æquã eſſe negaret, neque etiam pro maieſtate Imperatoria impuden-

Maſſagetæ pro hoſtib. ſe gerunt.

Genuenſiũ & Venetorum bellũ.

Veneti Andronico illudunt.

καὶ γὰρ ἐληΐζοντο τὰ ῥωμαίων αὐτοὶ μεῖζον ἢ κατ' ἐχθρὸν περιφανῆ, ἐπὶ τὰ κατάντη τῶν ὀρῶν οἱ μαχιμώτατοι μετὰ τῆς συνήθους σφῶν εἰς τὰ πολέμια τάξεως, μικρὸν μὲν πρῶτον, ἔπειτα πλεῖον, καὶ ἀεὶ μείζονι καὶ θαρραλεωτέρᾳ χρώμενοι τῇ ὁρμῇ τῆς ἐφόδου, δῆλοι ἦσαν τὰ τοῦ βασιλέως κυκλώσαντες στρατόπεδα· ἀλλ' οὐκ ἀνέμειναν, οὐδὲ τὴν πρώτην ἔφοδον τῶν βαρβάρων οἱ ἡμέτεροι, ἀλλ' ἄραντες ἐκεῖθεν, ἤδη πόδα ἀνεχώρουν κατὰ μικρόν, κατόπιν τῶν βαρβάρων ἰόντων, κἀκ τοῦ ἔγγιστα τὰ στρατόπεδα θέντων. οὐ γὰρ ὡς εἶχον πλήθους ἑώρων τοὺς βαρβάρους οἱ ἡμέτεροι, ἀλλὰ τοιοῦτον ἐπεπόνθεισαν ὑπὸ δειλίας, οἷον οἱ μεθύοντες ὑπὸ οἴνου, οἳ οὐ τὰ ὄντα κατὰ φύσιν ὁρῶσιν, ἀλλ' ἀνθ' ἑτέρων ἕτερα οἴονται βλέπειν, ὑπὸ τῆς περὶ τὸν ἐγκέφαλον πλείστης ὑγρότητος κυματουμένης τῆς ὄψεως, καὶ οἱονεὶ κολυμβώσης εἰς τὰ φαινόμενα πλημμελῶς. τὰ γὰρ ἀδικίαν ἔχοντα προπορευομένην καὶ θράσος στρατόπεδα, συγγενῆ φθορὰν αὐτόθεν καὶ κατάλυσιν ὠδίνουσι· καὶ πρὶν τοὺς πολεμίους ἐπαναστῆσιν, αὐτοὶ πρότερον ὑπὸ δειλίας ἀνατρέπονται, σφῶν αὐτῶν αὐτοὶ γινόμενοι πολέμιοι, τῆς δίκης ἄνωθεν κατὰ τὸ προσῆκον διδούσης τῶν πραττομένων τὰ τέλη. οὐ γὰρ ἦν εἰκὸς κατορθῶσαί τι τοὺς ἀρὰς καὶ δάκρυα λαβόντας ἐφόδια πρὸς τὴν ἔξοδον. ὁ μὲν δὴ βασιλεὺς τοὺς μασσαγέτας φυγῇ χρωμένους ἰδών, καὶ μὴ δυνάμενος μετ' ὀλίγων ἀντιπαρατάττεσθαι τοῖς βαρβάροις, φέρων ἐμβέβληκεν ἑαυτὸν ἐς ἀσφαλέστατον φρούριον τὴν μαγνησίαν, τῆς συμφορᾶς τὸ τέλος ἀποσκοπῶν. οἱ δὲ μασσαγέται κατῄεσαν ἄχρι τοῦ ἑλλησπόντου, πάντα ληϊζόμενοι τὰ χριστιανῶν, κἀκεῖθεν εἰς εὐρώπην διαπεραιοῦνται· ὥσπερ ἂν εἰ διὰ μόνον τοῦτο προσεκλήθησαν ἐκ σκυθῶν, ἵνα τοῦ δέοντος πρωϊαίτερον τοὺς τούρκους ἄχρι θαλάττης ὁδηγήσαιεν. οὐ γὰρ πολλαὶ μεταξὺ παρεληλύθεσαν ἡμέραι, καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἐς βυζάντιον ἐπανῆκεν, οἱ δὲ βάρβαροι κατῄεσαν μικροῦ πάντα διαλαχόντες τὰ μέχρι καὶ εἰς τὴν λεσβίαν παράλιον. συνέβη δ' ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ κινηθῆναι καὶ μάχην μεταξὺ γεννουιτῶν καὶ βενετικῶν· καὶ πλείστας μὲν ἀπολέσαι ναῦς καὶ χρήματα τοὺς βενετικούς, νικωμένους ἄλλοτε ἄλλοθι παρ' ἐκείνων. ὀψὲ δ' ἑβδομήκοντα παρασκευάσαντας ναῦς ἐλθεῖν κατὰ τουτουὶ τῶν γεννουιτῶν, οἳ τὴν οἴκησιν ἀντιπέραν ποιοῦνται τῆς κωνσταντινουπόλεως, καὶ αὐτῶν μὲν μηδένα καταλαβεῖν. προμαθόντας γὰρ ἐκείνους, γυναῖκας μὲν καὶ παῖδας καὶ χρήματα τῆς βασιλευούσης ἐντὸς ἀσφαλίσασθαι. αὐτοὺς δ' ἐς τὰς αὐτῶν τριήρεις ἐμβάντας, φυγεῖν τοὺς διώκοντας, ἀποπλεύσαντας ἐς τὸν εὔξεινον. ὡς δ' ἐνταῦθα ἐλθόντες μὴ κατέλαβον σφίσιν ἐκείνους ἐνταῦθα, ἀναγκασθῆναι καῦσαι τάς τε οἰκίας ἐκείνων καὶ τὰς παρατυχούσας κενὰς ὁλκάδας· οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ σύν γε αὐταῖς, καὶ τὰς ῥωμαίων ἐκτὸς τείχους οἰκίας ἁπάσας, ἀμυνόμενοι δεξαμένους γυναῖκας καὶ παῖδας καὶ χρήματα τῶν ἐχθρῶν ἐν τῷ ἀσφαλεῖ, ἀφ' ὧν ὁρμηθέντας ῥωμαίους τοὺς τῆς βασιλευούσης ἐντὸς κατοικοῦντας βενετικῶν ἐστιν οὓς διασπαράξαι, καὶ τὰ αὐτῶν ληΐσασθαι πάντα χρήματα. διὰ δὴ καὶ ἐς τὸ ἐπιὸν θέρος ὀκτωκαίδεκα τριήρεις αὖθις ὁπλίσαντες οἱ βενετικοὶ ἧκον, τὴν γενομένην ζημίαν ἀπαιτοῦντες παρὰ τοῦ βασιλέως. μηδὲ γὰρ εἶναί φασι πρὸς τῆς γνωμένης φιλίας, τὸ πεπονθέναι μεγάλα, ἀμυνομένους μέτρια, τέλος καὶ τὴν ἐσχάτην ὑποστῆναι ζημίαν. προκατάρξαι γὰρ τῆς παρασπονδήσεως ῥωμαίους, τοῖς τῶν ἀντιπάλων γυναιξὶ καὶ παισὶ μετὰ τῶν χρημάτων, ἐν τῇ τῆς μάχης ἀκμῇ πᾶσαν καὶ παντοίαν περιποιησαμένους ἀσφάλειαν. τοῦ δὲ βασιλέως μήτε λόγον εὔλογον ἔχειν τὴν ἀπαίτησιν ἀποκρινομένου, μήτε ἁρμόττουσαν τύχῃ βασιλικῇ τὴν ὑπερ-

τίμησιν

τίμησιν κατὰ τῆς αὐτῶν ἀναιδοῦς ἐπενεγκεῖν ἔχοντος τόλμης, διὰ μὴ κεκτῆσθαι τριήρεις ἀντιστρατευομένας (προαπωλώλεσαν γάρ, ὡς εἰρήκειμεν) ἐς τοσοῦτον ἐξηνέχθησαν θράσους διὰ μάλα καταφρονεῖν τῶν ῥωμαίων τὸ ἄνανδρον, καὶ τοσαύτην προυξένησαν τῇ ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ τὴν αἰσχύνην, ἐς ὅσον αἰσχυνοίμην ἂν αὐτὸς ἀφηγούμενος. ὅπου γὰρ κατηναγκασμένα τῶν ἀτυχημάτων ἔπεισι τὰ αἴτια, λύπαις μὲν καὶ οὕτως ἔξεστι τὴν ψυχὴν κατατρύχειν. μετρίαις δ' οὖν ὅμως, ἐκεῖ τοῦ συνειδότος οὐδένα μαστιγοφόρον μεταμέλον ἔχοντος, ἀλλὰ θείαν τινὰ κρίσιν ἀπορρήτοις τοῖς λόγοις κρύπτουσαν ἡγουμένου τὸ πρᾶγμα. ἐνταῦθα δ' ἐξεπίτηδες, καὶ οἷον εἰπεῖν μετὰ τέχνης, εἰς ἀνδραπόδων μοῖραν ἑκόντες ἔρριψαν ῥωμαῖοι τὸ τῆς ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀξίωμα, τὰς οἰκείας τριήρεις τῆς θαλάττης γυμνώσαντες, ἐλπίδι γενικοῦ κέρδους, ὃ μάλα βραχύτατον ὄν, μάλα μακράν τε καὶ πολυτάλαντον ἐγεώργησε τὴν ζημίαν, καὶ ταύτην πολλῷ μακροτέραν ἔχουσαν τὸ τῆς αἰσχύνης ἔγκλημα. οὐδὲ γὰρ ἦν ἂν οὔτε λατίνους οὕτω κατὰ ῥωμαίων θρασύνεσθαι, οὔτε ψάμμον θαλάσσης θεάσασθαι τούρκους ποτέ, τῆς ναυτικῆς τῶν ῥωμαίων δυνάμεως θαλασσοκρατούσης, ὡς πρότερον· οὐδ' ἐς τοῦτ' ἀνάγκης συνελαθῆναι ῥωμαίους, ὥστε μὴ μόνον ὁπόσα τῶν ἐθνῶν ὁμοροῦντα πεφύκασιν, ἀλλὰ καὶ ὅσα πορρωτάτω τὴν δίαιταν ἐκληρώσαντο, οἷά τινα λίθον φοβεῖσθαι ταντάλειον ἀπὸ λεπτοῦ τινὸς μίτου μετεωριζόμενον ὑπὲρ κεφαλῆς, καὶ πᾶσιν ἀναγκάζεσθαι φόρον εἰσφέρειν ἐτήσιον, καθάπερ λυσάνδρῳ καὶ δερκυλλίδᾳ, καὶ τοῖς ἐκ λακεδαίμονος ἁρμοσταῖς δασμὸν τὸν ἐτήσιον ἀθηναῖοι πάλαι καὶ βοιωτοὶ δυστυχήσαντες. ἀλλ' ἐκεῖσε ἐπάνειμι· παρελθόντες μὲν τοίνυν τὸ κέρας ὑπὸ τῶν τριηρῶν ὁπλοφοροῦντες οἱ βενετικοί, τῇ πρὸς ἄρκτον προσέσχον παραλίᾳ, ἀντικρὺ τῶν βασιλικῶν οἴκων· κἀκεῖθεν πέμψαντες ἀπῄτουν τὰ χρήματα ὁπόσοις τοὺς ἔνδον τῆς βασιλευούσης οἰκοῦντας βενετικοὺς οὐδένα ἀδικήσαντας ἐζημίωσαν· πλείω λαβεῖν παρὰ ἀκόντων ῥωμαίων ἀπειλοῦντες, εἰ μὴ αὐτοί γε ἑκόντες ἀποδοῖεν ὁπόσα χρεών. ἐπεὶ δ' ὑπερφάσκοντα τὴν ἀπόδοσιν τὸν βασιλέα ἐγνώκεσαν, αὐτόθεν καταφρονεῖσθαι τὴν ῥωμαίων ἤρξαντο δύναμιν, καὶ ὑφῆψαν εὐθὺς τάς τε ἀντιπέρας οἰκίας ἁπάσας, κενὰς οὔσας τῶν ἐνοικούντων. φθάσαντες γὰρ ἐξῴκισαν ἐκεῖνοι σφᾶς αὐτοὺς ἐκεῖθεν, καὶ ὁπόσα περὶ τὰς ἅλως ἀσταχύων δράγματα ἦσαν. τὸ δέ, ὥσπερ παιδιὰ καὶ χλεύη τις ἦν ἐκείνων κατὰ τοῦ βασιλέως. ξυμπέπτωκε γὰρ καὶ λεπτάς τινας αὔρας ἀπ' ἄρκτου πνευσάσας, τῇ τε φλογὶ διδόναι ῥοπήν, καὶ πλεῖστον καπνοῦ τὰ βασίλεια ἐμπιπλᾶν· τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐκεῖθεν ἄραντες, ἔργον ἦν τὰς ὁθενδήποτε πρὸς τὴν βασιλεύουσαν εἰσπλεούσας ὁλκάδας χειροῦσθαι, καὶ τὰς ἐν τῇ προποντίδι νήσους λῄζεσθαι παραπλέοντας, καὶ οὐχ ὅπως ὅσα ἐν χρήμασιν ἦν συναθροίζειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄνδρας ὑπὲρ κεφαλῆς μετεωρίζοντας ἀπὸ τῆς κεραίας μαστίζειν πρὸ τῶν τῆς βασιλευούσης τειχῶν, ἵν' ὁρῶντες οἱ κατὰ γένος ἑκάστῳ προσήκοντες, πολλὰ καταβάλλωσι χρήματα πρὸς ἐξώνησιν. καὶ οὕτω πλείω τῶν ζητουμένων οἱ βενετικοὶ συλλεξάμενοι χρήματα, ἀνεχώρησαν οἴκαδε.

pudentem illorum audaciam, quòd triremes, quæ (ut diximus) perierant, non habebat, caſtigare auderet: eò confidentiæ uenerunt, præ ſummo Romanę ignauiæ contemptu, ut id dedecus Romano Imperio impreſſerint, quod me referre pudet. Nam cum coactæ malorum cauſæ exiſtunt, dolere quidem fas eſt, ſed moderatè: nullius delicti con ſcientia animum flagellante, ſed arcanis Dei iudicijs calamitas imputanda eſt. Hic autem de induſtria & ſtudio quodam Romani ultrò dignitatem ſuam infra ſeruilem conditionem abiecerunt, triremibus ſpe lucri è mari ſublatis: quod cum exiguum fuiſſet, diuturna & maxima detrimenta peperit, cum ignominia multo maiore coniuncta. Neque enim uel Latinis Romanos ita deſpicere, uel Turcis arenam maris intueri licuiſſet unquam, ſi Romana claſsis, ut olim, mare tenuiſſet: neque unquam in id diſcrimen res adductæ fuiſſent, ut Romanis non tantum finitimæ gentes, ſed etiam remotiſsimæ, inſtar Tantalij ſaxi exiguo filo ſupra caput ſuſpenſi, formidandæ eſſent: & omnibus annua tributa, quemadmodum Lyſandro & Dercyllidæ, & Laconicis præfectis quos Harmoſtas uocant, olim Athenienſes & Bœotij clade accepta rependerunt. Sed illuc redeo.

Claſsis deſtructio Romani exitij cauſa.

Veneti cum triremibus armati, ad Ceras progreſsi, ad Septentrionale littus appulerunt, eregione palatij: & inde legatis miſsis, pecuniam repetebant, qua urbem incolentes Venetos nullis affecti iniurijs mulctaſſent: ſe plura inuitis Romanis erepturos minitantes, niſi ſponte quod æquum eſſet, redderent. Sed cum Imperator renuiſſet: Romana potentia per ludibrium contempta, omnes ædes eregionè urbis uacuas habitatoribus, (qui aduentu illorum non expectato migrarant) & manipulos frumenti aliquot in arcis incenderunt. quod non aliud fuit niſi ludibrium quoddam, & ſubſannatio Imperatoris. Sic enim accidit, ut tenui aura à Septentrione aſpirante, flamma excitaretur, & multo fumo regia compleretur. Poſtridie digreſſi, in eo fuerunt occupati, ut onerarias in urbem euntes interciperent, & è Propontidis inſulis prædas agerent: nec cumulandis opibus contenti, uiros etiam in altum ſublatos, ante palatij muros flagellarent, ut cuiuſque cognati ſpectantes illud, captiuos magno precio redimerent. Ita Veneti maiore pecunia quàm poſtularant conquiſita, domum redierunt.

Digitized by Google

DE PATRIARCHAE *Ioannis è ſolio deſcenſu.*

IOannes autem patriarcha, cum ſe ob inſcitiam & ſimplicitatem contemni cerneret, & manifeſtis interdum conuicijs à pontificibus inceſsi: mœrore & animi puſillitate uictus, ſcriptam offert Imperatori ſolij abdicationem, quandoquidem opem ſibi ferre nollet. Digreſſus, aliquādiu in ſanctiſſimę & beatiſsimę Deigenitricis monaſterio quieuit. Deinde in patriam Sozopolin oppidulum ſeſe contulit, ibiq́ꝫ æui reliquũ tranquillè exegit.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΗΣ ΚΑΤΑΒΑΣΕΩΣ πατριάρχου ἰωάννου.

Ο δὲ πατριάρχης ἰωάννης ὁρῶν περιφρονούμενον ἑαυτὸν ἀμαθίας τε καὶ ἁπλότητος ἕνεκα, καὶ ἀνακεκαλυμμένως παρὰ ἀρχιερέων ἔστιν ὧν λοιδορούμενος, τῇ λύπῃ καὶ τῇ μικροψυχίᾳ νικηθείς, καὶ δίδωσι φέρων τῷ βασιλεῖ τοῦ θρόνου παραίτησιν ἔγγραφον, ἐπεὶ μὴ βούλοιτο ἐκδικεῖν. ὁ δὲ ἀπελθὼν ἡσύχασε μέχρι τινὸς παρὰ τὴν μονὴν τῆς ὑπεράγνου θεομήτορος, τῆς παμμακαρίστου. ἔπειτ᾽ ἄπεισι παρὰ τὴν θρεψαμένην, τὸ τῆς σωζοπόλεως λέγω πολίχνιον· ἔνθα καὶ τὸ λοιπὸν ἐν ἡσυχίᾳ τοῦ βίου παρέμεινεν.

NICEPHORI GREGORAE ROMANAE HISTORIÆ Liber ſeptimus.

CAPITA LIBRI VII.

Romanarum in Aſia prouinciarum amiſſio.

Vt Aſiam Turci partiti ſint.

Alter Athanaſij aſcenſus.

De Siculo bello Italicorum Latinorum.

De Catelanorum legatione ad Imperatorem miſſa, quorum princeps fuit Ronzerius.

De cladibus quas Catalani Romanis dederunt.

De diſceſſu Catalanorum è Philadelphia.

De cæde Ronzerij Cæſaris, Catalanorum principis.

De Catalanorum defectione.

De Turcorum auxilijs, quæ ad Catalanos ex Aſia in Europam tranſierunt.

De pugna Michaelis Imperatoris cum Catalanis, in Apris.

De inteſtino Catalanorum bello.

De Imperatrice Irene, & alienatione ab Imperatore.

Memorabilis narratio.

Rurſus de Catalanis.

De diſsidio Catalanorum & Turcorum.

De Catalanis ſolis.

De Bœotica Catalanorum pugna.

De duabus Turcorum factionibus.

Michaelis è Macedonia cum tribus millibus Turcorum tranſitus.

Michae-

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ, ῬΩΜΑΙΚΗΣ ἱστορίας λόγος ἕβδομος.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΒΙΒΛΙΟΥ ζ.

Περὶ τῆς ἀπωλείας τῶν κατὰ τὴν ἀσίαν ῥωμαϊκῶν πραγμάτων.

Ὅπως διεμερίσαντο τὴν ἀσίαν οἱ τοῦρκοι.

Δευτέρα ἀνάβασις ἀθανασίου.

Περὶ τοῦ σικελικοῦ πολέμου τῶν ἐξ ἰταλίας λατίνων.

Περὶ τῆς πρὸς τὸν βασιλέα πρεσβείας τῶν κατελάνων, ὧν ἦρχε ῥοντζέριος.

Περὶ τῶν δεινῶν ὧν κατελάνοι ῥωμαίοις προυξένησαν.

Περὶ τῆς ἀναζεύξεως τῶν κατελάνων ἐκ φιλαδελφείας.

Περὶ τοῦ φόνου ῥοντζερίου τοῦ καίσαρος, τοῦ τῶν κατελάνων ἀρχηγοῦ.

Περὶ τῆς τῶν κατελάνων ἀποστασίας.

Περὶ τῆς εἰς τοὺς κατελάνους διαβάσεως συμμαχίας τῶν τούρκων, ἐξ ἀσίας εἰς τὴν εὐρώπην.

Περὶ τοῦ ἐν τοῖς ἄπροις πολέμου τοῦ βασιλέως μιχαὴλ μετὰ τῶν κατελάνων.

Περὶ τῆς κατ᾽ ἀλλήλων μάχης τῶν στρατηγῶν τῶν κατελάνων.

Περὶ τῆς βασιλίδος εἰρήνης, καὶ τῶν πρὸς βασιλέα σκανδάλων.

Ἄξιον ἀκοῆς διήγημα.

Περὶ τῶν κατελάνων αὖθις.

Περὶ διαιρέσεως τῶν κατελάνων καὶ τῶν τούρκων.

Περὶ τῶν κατελάνων μόνων.

Περὶ τοῦ ἐν βοιωτίᾳ πολέμου τῶν κατελάνων.

Περὶ τῆς εἰς δύο μέρη τῶν τούρκων ἀπ᾽ ἀλλήλων διαιρέσεως.

Διάβασις ἐκ μακεδονίας εἰς θρᾴκην τοῦ μιχαὴλ μετὰ τρισχιλίων τούρκων.

Περὶ-

Digitized by Google

Πόλεμος τοῦ βασιλέως μιχαὴλ καὶ τῶν τούρκων περὶ χερσόνησον.

Ἀθανασίου κατάβασις ἐκ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου.

Περὶ τοῦ πατριάρχου νίφωνος.

Περὶ τῶν τὴν θρᾴκην λῃζόντων τούρκων.

Πόλεμος ῥωμαίων καὶ τούρκων ἐν θρᾴκῃ, καὶ ἧττα τῶν τούρκων.

Ἑτοιμασία τειχομαχίας κατὰ τῶν τούρκων.

Ἧττα παντελὴς τῶν τούρκων, καὶ ἅλωσις.

Νίφωνος κατάβασις ἐκ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου.

Περὶ τοῦ πατριάρχου ἰωάννου τοῦ γλυκέος.

Περὶ τοῦ μεγάλου λογοθέτου τοῦ μετοχίτου.

Θάνατος τῆς βασιλίδος εἰρήνης.

Περὶ τῆς τοῦ βασιλέως διακρίσεως καὶ γνώμης.

Περὶ τοῦ χαλκοῦ ἀνδριάντος, τοῦ ἐπὶ τοῦ κίονος τοῦ ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας σοφίας.

Καταμέτρησις τοῦ ἀνδριάντος, καὶ τοῦ ἵππου αὐτοῦ.

Περὶ τοῦ χρησμοῦ τοῦ εὑρεθέντος ἐν τῷ κατὰ τὴν ἀδριανούπολιν παλατίῳ.

Michaelis Imperatoris pugna cum Turcis ad Cherſoneſum.

Athanaſij è patriarchico ſolio deſcenſus.

De patriarcha Niphone.

De Turcis Thraciam populantibus.

Pugna Romanorum cum Turcis, & ſtrages Turcorum.

Præparatio ad mœnia Turcorum oppugnanda.

De Turcis prorſus uictis & captis.

Niphonis è patriarchico ſolio deſcenſus.

De patriarcha Ioanne Glyce.

De magno Logotheta Metochite.

Irenes Imperatricis obitus.

De Imperatoris diſceptatione & ſententia.

De area ſtatua in columna ante ædem S. Sophiæ.

Dimenſio ſtatuæ, & equi eius.

De oraculo in Adrianopolitano palatio reperto.

Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἐκ τῆς ἕω, τὰ μέγιστα τῶν κακῶν ἀνερράγη πελάγη, καθάπερ μυρίων πνευμάτων ἐξαίφνης ὁμοῦ συρραγέντων, καὶ πάντ᾽ ἄνω καὶ κάτω ἐλαυνόντων καὶ συγκυκώντων. ἐπεὶ γὰρ ἔρημα στρατευμάτων τὰ πρὸς ἕω τῆς ῥωμαίων ἡγεμονίας ἐλέλειπτο, συνασπισμὸν οἱ τῶν τούρκων σατράπαι ποιήσαντες, πάντα κατέδραμον ἄχρι θαλάττης ἁπάσης· καὶ πρὸς αὐταῖς ἤδη ταῖς ἀκταῖς μετοικήσαντες, καὶ οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν τε ἀνδρῶν ὁμοῦ καὶ γυναικῶν καὶ νηπίων, καὶ ὅσα ἐν κτήνεσι, καὶ ὅσα ἐν χρήμασιν ἦσαν, ὑπὸ τὴν τῶν πολεμίων ἄρτι αἰχμαλωσίαν ἐγεγόνεισαν. ὅσοι δ᾽ ἔλαθον διαδράντες, οἱ μὲν εἰς τὰς ἔγγιστα πόλεις κατέφυγον, οἱ δὲ καὶ εἰς θρᾴκην, ἄσκευοι καὶ γυμνοὶ τῶν προσόντων διέβησαν. εἰς δὲ ξυμφωνίαν ἤδη ἐληλυθότες οἱ τοῦρκοι, κλήρῳ διείλαχον πᾶσαν, ὁπόση τῆς τῶν ῥωμαίων ἡγεμονίας ἐτύγχανε γῆ κατὰ τὴν ἀσίαν. κατέσχον οὖν ὁ μὲν καρμανὸς ἀλισούριος τὰ πλείω τῆς μεσογείου φρυγίας, καὶ ἐπὶ τὰ μέχρι φιλαδελφίας, καὶ τῶν ἔγγιστα πάντων ἀπὸ τῆς περὶ μαίανδρον τὸν ποταμὸν ἀντιοχείας· τὰ δ᾽ ἐκεῖθεν μέχρι σμύρνης καὶ τῶν ἐντὸς παραλίων τῆς ἰωνίας, ἕτερος ὄνομα σαρχάνης. τὰ γὰρ περὶ μαγνησίαν καὶ πριήνην καὶ ἔφεσον, φθάσας ὑφείλετο σατράπης ἕτερος ὄνομα σασάν· τὰ δ᾽ ἀπὸ λυδίας καὶ αἰολίδος ἄχρι μυσίας τῆς πρὸς τῷ ἑλλησπόντῳ, ὅ, τε καλάμης λεγόμενος, καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ καρασῆς. τὰ δὲ περὶ τὸν ὄλυμπον, καὶ ὅσα τῆς βιθυνίας ἑξῆς, ἕτερος ὄνομα ἀτμάν. τὰ δ᾽ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ σαγγαρίου μέχρι παφλαγονίας μεμερισμένως εἰς τοὺς ἀμουρίου διέβησαν παῖδας. τὸ μὲν τοι ἑξῆς ἔτος φασὶ διαμηνύσασθαι λάθρᾳ τῷ βασιλεῖ τὸν πρὸ τοῦ ἰωάννου πατριαρχεύσαντα, καὶ παραιτησάμενον ἀθανάσιον, θείαν

Sub hoc tempus in Oriente maximæ calamitatũ & turbulentiſsimæ tempeſtates extiterunt. Nam cum nulli ibi Romanorũ exercitus eſſent, Turcorum ſatrapæ coniunctis uiribus incurſarũtq́ omnia uſq; ad mare quodlibet, & ad ipſas Aegas commigrarunt. Maximam partem uirorum ſimul, & mulierum, item infantes, iumenta, opes, Turci recens occuparant. Qui uerò clàm euaſerant, in proximas urbes confugerunt, nonnulli etiam nudi & inopes fretum traiecerunt. At Turci iam inita concordia, omnes in Aſia Romanorum prouincias ſorte diſtribuerunt. Carmano Aliſurio pleraque mediterranea Phrygiæ obuenerunt, uſque ad Philadelphiam, & proximè Antiochiam ad Mæandrum fluuium ſitam. Quicquid inde eſt Smyrnam uſque, & ad interiorem Ioniæ oram, Sarchani cuidam obuenit. nam Magneſiam, Prienen & Epheſum alius, nomine Saſan, interceperat. A Lydia & Aetolia uſque ad Myſiam, ad Helleſpontum ſitam, Calames & filius eius Ceraſus obtinebant. Quæ circa Olympum ſunt, & Bithyniam omnem, Atman. A flumine Sangario ad Paphlagoniam uſque, Amurij filij inter ſe partiti ſunt. Sequente anno dicunt Athanaſium, qui patriarchatu Ioanni ceſſerat, Imperatori clàm nunciaſſe, ſe numinis

Carmanus. *Aliſurius.* *Sarchanes.* *Calames.* *Ceraſus.* *Atman.* *Amuriadæ.*

Athanaſius ob prædictionem in patriarchatum reſtituitur.

nis indignationem impendere Romanis uidiſſe: hortatúmque eſſe, ut tribus continuis noctibus Deum deprecaretur. Cum autem poſtridie terræmotus factus eſſet, dixiſſe Imperatorem, eam eſſe prædictam ab Athanaſio numinis indignationem: ac pòſt affirmaſſe, neminem patriarchico ſolio digniorē eſſe. Neque enim niſi diuinitùs illuſtratum, futura præuiſurum fuiſſe: perſuaſum'que habere, cum primùm is reſtitutus eſſet, hoſtes quàm longiſsimè receſſuros, & ueris temperiem hybernas tempeſtates conſecuturam, Romanósque fines facilè propagatum iri. Ea res ferè omnes pontifices, ſacerdotes, abbates, clericos, ac parum abeſt qui.. dicam prætores, & omnes eos qui publicum aliquod munus ſuſtinebant, uiri ſeueritatem recordatos, haud mediocriter perturbauit. Itaque Imperatori de terræmotu & uaticinatione Athanaſij concionanti fidē habere non poterant: ſed ſubmurmurabant, quòd illius deſiderio illa confingeret, & falſam illi autoritatem conciliaret, ut ſui deſiderij probabilē habere cauſam uideretur. Sed tamen benignitate & eloquentia quoſdam è pontificibus & monachis in ſuas partes pellexit, & cum ijs pedes ad Athanaſij cellam iuxta Xerolophū abit: & cum eo, uti par eſt, collocutus, perſuaſit ut patriarchica inſignia admitteret. Neq; enim alia manuum impoſitione applauſuúe & triumphis eſſe opus, quæ illi iampridem abundè contigiſſet, quamuis interim eam ex mœrore repudiaſſet.

Alter Athanaſij aſcenſus in patriarchicum thronum.

Alexandrini patriarchæ ſcōma in Athanaſium.

HIs ita geſtis, ſeptimo die Athanaſius in patriarchicum ſolium redit. Tum autem in urbem uenit Aegyptiacæ Alexandriæ patriarcha, uir grauis, prudēs & honeſtus: quas ob res Imperator eum uerebatur & diligebat. Is cum uideret, quanti Athanaſium Andronicus faceret, quantopere nomen eius admiraretur, adeò ut eum D. Chryſoſtomo compararet: feſtiuè admodum magniloquentiam & oſtentationem eius taxauit, his uerbis: Erat, inquit, ſutor quidam, qui felem albam habebat, unum quotidie murem domi capientem. quæ aliquando in medium uas, quo coria tingi ſolent, delapſa, & uix eluctata, tota nigra euaſit. Proinde mures, eam monaſtico habitu ſumpto carnibus deinceps abſtinere uelle rati, ſine ullo metu uagantes, coria roſerunt. Illa uerò tantam multitudinem conſpicata, capere omnes, quamuis aueret, haudquaquam poterat, duos tamen comprehenſos deuorauit. Reliqui omnes fuga ſalutem quæſiuerunt, admirantes, quo pacto ſumpto monaſtico ha-

Feles monacha.

bitu

περιβλέπειν ὀργὴν κατὰ τῶν Ῥωμαίων, παρακελεύσασθαί τε αὐτὸν ὁλονυκτίοις δεήσεσι χρήσασθαι πρὸς θεόν, ἄχρι καὶ ἐς τρίτην ἡμέραν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ γενομένου σεισμοῦ, τοῦτον εἶναι φάναι τὸν βασιλέα τὴν προειρημένην Ἀθανασίου θεομηνίαν. ἰσχυρίζεσθαί τε λοιπόν, ὡς οὐχ ἕτερος ἄξιος μᾶλλον αὐτοῦ πρὸς τὸν πατριαρχικὸν ἀνεληλυθέναι θρόνον· μηδὲ γὰρ ἂν βλέπειν τὰ ἐμπεσεῖσθαι, ἄνευ θειοτέρας ἐλλάμψεως, πεπεῖσθαί τε τοὺς πολεμίους ὡς πορρωτάτω γενέσθαι τῶν ὅρων τῶν τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, ἅμα γὰρ τοῦτον αὖ τὸν πατριαρχικὸν ἀναβῆναι θρόνον, καὶ γενέσθαι, οἷον εἰπεῖν, ἔαρ μετὰ χειμῶνα, καὶ γαλήνην μετὰ κλύδωνα, καὶ ῥᾷστα πλατυνθῆναι διὰ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας τὰ χωρίσματα. τοῦτο μικροῦ πάντας ἀρχιερέας καὶ ἱερέας, καὶ ὅσοι ἀσκητηρίων ἔτυχον προεδρεύοντες, καὶ ὅσοι τοῦ κλήρου, καὶ οὐ πολλοῦ δέω λέγειν, ὅσοι τῶν ἀγορανομούντων, καὶ δημοσία δή τινα ἐγκεχειρισμένοι ἦσαν πράγματα, ἀναμνησθέντας τῆς πάλαι βαρύτητος τοῦ ἀνδρός, οὐ μικρῶς διετάραξεν· ὥστε καὶ δημηγοροῦντι τῷ βασιλεῖ περὶ τοῦ σεισμοῦ καὶ τῆς Ἀθανασίου προρρήσεως πιστεύειν οὐκ εἶχον, ἀλλ' ὑπεψιθύριζον, ὡς πόθῳ ἐκεῖνον ἐνδοξότερον καθιστᾶν, πλάττει καὶ χαρίζεται ψευδῆ ταύτην τὴν δόξαν αὐτῷ, ἵν' εὐπαράδεκτος καὶ ὁ τούτου πρὸς ἐκεῖνον δοκοίη πόθος. δεξιώσει δ' οὖν ὅμως καὶ λόγοις πειθοῦς ὁ βασιλεὺς ἔστιν οὓς τῶν τε ἀρχιερέων καὶ μοναζόντων περιελθών, ἰδίους γὰρ ἑαυτοῦ ἐπεποιήκει βουλήμασι, μεθ' ὧν πεζῇ καὶ βάδην ἄπεισι παρὰ τὴν τοῦ Ἀθανασίου καταγωγὴν τὴν περὶ τὸν Ξηρόλοφον καὶ ὁμιλήσας αὐτῷ τὰ εἰκότα περὶ τοῦ θρόνου, ἔπεισε καὶ τὰ πατριαρχικὰ περιθέσθαι σύμβολα. μηδὲ γὰρ δεῖσθαι φάναι χειροθεσίας ἑτέρας, καὶ ὅσοι περὶ αὐτῆς κρότοι καὶ θρίαμβοι, πάλαι ταύτην εἰληφότα βεβαίως, εἰ καὶ λύπης ἕνεκα μεταξὺ ταύτην ἔδοξεν ἀπωθεῖσθαι.

ΔΕΥΤΕΡΑ ΑΝΑΒΑΣΙΣ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον.

ΤΟΥΤΩΝ οὕτω γενομένων, ἄνεισιν ἑβδομαῖος αὖθις ἐς τὸν πατριαρχικὸν Ἀθανάσιος θρόνον. ἔτυχε δὲ τηνικαῦτα ἐπιδημῶν τῇ βασιλευούσῃ, καὶ ὁ τῆς κατ' Αἴγυπτον Ἀλεξανδρείας ὁ πατριάρχης, σεμνὸς ἀνὴρ καὶ συνέσει λογισμῶν τὰ ἤθη κοσμῶν, ὡς ἐντεῦθεν πολλὴν τὴν αἰδῶ καὶ εὐμένειαν πρὸς τοῦ βασιλέως πορίζεσθαι. οὗτος ὁρῶν τὴν τοῦ βασιλέως περὶ τὸν πατριάρχην Ἀθανάσιον φλεγμαίνουσαν σχέσιν, καὶ ἀκούων ἀεὶ διὰ στόματος μεγάλων ἐπαίνων τὸ ἐκείνου περιφερόμενον ὄνομα, καὶ ἴσον τῷ θειοτάτῳ τῆς ἀρετῆς Χρυσοστόμῳ, προθέσει ὅλας τῆς γνώμης τοῦτον ἀναφαινόμενον, μάλα τοι χαριέντως διὰ τοῦ βασιλέως καθήψατο γλώττης, καὶ οἷον εἰπεῖν, τὸ ἐν τῷ καιρῷ φιλοτιμίας, οὑτωσί πως εἰπών· ἦν τις ἀνὴρ τὴν τέχνην σκυτεύς, γαλῆν ἔχων τὸ χρῶμα λευκήν, ἣ τῶν κατ' οἶκον μυῶν καθημέραν ἐθήρευεν ἕνα. αὕτη λαθοῦσά ποτε κατὰ μέσην κρημνίζεται τὴν λεκάνην, ἐν ᾗ τὸ τὰ σκύτη μελαῖνον ὁ σκυτεὺς ἐκεῖνος εἶχεν ὑγρόν, καὶ μόλις ἐκεῖθεν ἄνεισι μέλαν ἔχουσα χρῶμα. ἔδοξεν οὖν τοῖς μυσίν, ἐκείνην ἴσως μηκέτι κρεωφαγεῖν ἐθελήσειν, εἰς μοναδικὸν ἑαυτὴν μεταμείψασαν σχῆμα. ἔθεον καὶ ἀδεῶς ἑαυτοὺς ἐς τὸ ἴδιον ἐφήπλωσαν, ῥινηλατοῦντες ἄνω καὶ κάτω οἷς τραφήσονται· ἀλλ' ἐκείνη πρὸς τοσοῦτον ἄγρας πεπλησθεῖσα θέατρον, πάντας μὲν ὁμοῦ συλλαβεῖν οὐκ εἶχε, καὶ μάλα ἐθέλουσα· δύο δ' οὖν ὅμως συλλαβοῦσα κατεθοινήσατο. οἱ δ' ἕτεροι πάντες ᾤχοντο φεύγοντές τε, καὶ ἅμα θαυμάζοντες, ὅπως ἀπληστοτέρα γέγονεν, ἀφ' οὗ τὸ μοναδικὸν

περιβέβλητο

προὐτίθετο χρῆμα. δέδοικα τοίνυν, φησί, μὴ καὶ Ἀθανάσιος οὗτος ἤδη τῶν προῤῥήσεων γέρας πατριαρχικὸν εἰληφὼς θρόνον, ἀποκρύψῃ τῇ προτέραν ἐκείνην σκληρότητα τῇ τῆς ὑστέρας ὑπερβολῇ, διὰ τὴν ἐντεῦθεν οἴησιν. κατὰ μὲν τοί γε τούτους τοὺς χρόνους συνέπεσε πολεμεῖν ἀλλήλοις ἄμφω τοὺς ῥῆγας, Κάρουλόν τε τὸν τῆς Ἰταλίας, καὶ Θευδέριχον τὸν τῆς Σικελίας. νῆσος δ' ἡ Σικελία μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, μιλίοις οὐ πλέον ἀπέχουσα τῆς ἠπείρου τριάκοντα, εἴ τις ἐθέλοι μετρεῖν τὸ ἀπὸ Σκυλλαίου τοῦ παραλίου τῆς Ἰταλίας ἄκρου μέχρι Μεσσήνης τῆς πόλεως, παραλίου καὶ ταύτης οὔσης, Σικελίας τῆς νήσου. ὁ μὲν οὖν Κάρουλος ποθῶν ἐκ πολλοῦ τὴν Σικελίαν ὑποχείριον θέσθαι, καὶ διὰ μελέτης ποιούμενος τοῦτο, μακρὰς λάθρα ἐναυπήγησε ναῦς, καὶ τἄλλα παρεσκεύαζεν ὡς ἐνῆν ὅσα πρός τε ναυμαχίαν καὶ πεζομαχίαν αὐτάρκη· ἐπεὶ δὲ τῆς ἔχθρας ἐς προὔπτον ἀναῤῥαγείσης, φοβερὸς ὁ Κάρουλος τὰ πρῶτα ἐδόκει, τῷ Θευδερίχῳ ἀπαρασκεύῳ τυγχάνοντι, καὶ πολὺς αὐτῷ ἐνέκειτο, συχνὰ διαπεραιούμενος ἐς τὴν νῆσον ἐκ τῆς ἠπείρου, ὅσον τε πεζόν, καὶ ὅσον εἰς ἱππέας ἐξεταζόμενον ἦν· καὶ κακῶς τὰ ἐκείνου ποιῶν ἐπὶ δυσὶ τοῖς ἐνιαυτοῖς, χειμῶνος μὲν οἴκαδε ἐπανήκων, ἔαρος δ' ἀεὶ λαμπροτέρας τὰς ἐκστρατείας ποιούμενος.

bitu crudelior euaſiſſet. Vereor igitur, inquit, ne & Athanaſius hic, iam prædictionis præmium ſedem patriarchicam conſecutus, priorem aſperitatem poſteriore deleat, propter iſtam de ſe opinionem. His temporibus Carolus Italiæ, & Theodoricus Siciliæ rex, bellum inter ſe geſſerunt. Eſt autem Sicilia magna & populoſa inſula, milliaribus non amplius triginta à continente diſtans: ſi quis fretū quod inter Scyllæum Italię & Meſſanam Siciliæ maritimā urbem interfluit, metiatur. Carolus igitur, qui longo tempore Sicilię potiri cupiebat, & id conſilium animo agitabat, clàm naues ædificat: cęteraq́ ad bellum tam mari quàm terra gerendum neceſſaria, pro uirili comparat. Tandem cum inimicitiæ erupiſſent, Carolus Theodorico imparato adhuc formidabilis erat, eumq́ grauiter infeſtabat, è continente ſubinde in inſulam traijciendo, cum omni & peditatu & equitatu ſuo. itaq́ per biennium agris uaſtatis, hyeme domum ſe recipiebat, uerno autem tempore cum maioribus copijs reuertebatur.

Caroli & Theodori Siculi bellū

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΡΟΝΤΖΕΡΙΟΥ καίσαρος.

Συνέπεσε δὲ τηνικαῦτα, Λατῖνόν τινα, Ῥοντζέριον ὄνομα, στρατόπεδον ἀθροίσαντα ἔκ τε Ἰβηρίας τῆς κάτω, καὶ Γαλατίας τῆς ἐπέκεινα καὶ δυτικωτέρας τῶν Ἄλπεων, βάναυσόν τε καὶ μάχαις ἀεὶ θαλαττίαις καὶ ἠπειρωτικαῖς χαῖρον, τριήρεις οὐ μείους τεττάρων ἀπὸ τούτων πληρῶσαι. δι' ὧν δὴ καὶ τὸν πειρατικὸν ἀδεῶς μετῄει βίον, δεινότατος ἐν τούτῳ τῶν πώποτε γενόμενος. οὐ μόνον γὰρ ταῖς ἀπ' ἄρκτου καὶ νότου κατιούσαις καὶ ἀνιούσαις φορτίσι ναυσὶν ἐπετίθετο, ἀλλὰ παραπλέων καὶ περιπλέων, κακῶς καὶ αὐτὰς ἤδη τὰς μεγάλας τῶν νήσων ἐτίθει, καὶ φοβερὸς ἐδόκει τῇ κάτω θαλάττῃ. ἐπεὶ τοίνυν ἀπεκέκλειστο ἤδη πανταχόθεν ἡ Σικελία, ὑπό τε ναυτικοῦ καὶ πεζοῦ τοῦ Καρούλου στρατοῦ, καὶ εἰς τοῦθ' ἧκεν ἀνάγκης Θευδέριχος, ὡς ὑπερορίων δεῖσθαι συμμαχιῶν, μετακαλεῖται τὸν εἰρημένον Ῥοντζέριον, παραγγείλας αὐτῷ, καὶ ἑτέρους ὅθεν δή ποτε μεταπέμψασθαι κρατίστους, ὡς ἐν χιλίους ἱππέας, ἵν' ἐξ ἀντιπάλου γενναίως τε καὶ ἐῤῥωμένως διαμάχοιντο πρὸς τὸν ἀντικαθήμενον τοῦ Καρούλου στρατόν. ἐπεὶ δὲ ἧκεν ἐκεῖνος ἄγων χιλίους μὲν, ὅσον τὸ ἀπὸ τοῦ ναυτικοῦ πεζούς, χιλίους δὲ ὅσους ἐν ἱππέας κατέταξεν, εὐθὺς ὁπόσας Σικελικὰς πόλεις ὁ Κάρουλος εἷλέ τε καὶ δεδούλωτο, πᾶσαι καθάπερ ὀστράκου μεταπεσόντος, ἐς Θευδέριχον ἐπανῆκον, οὐκ εἰωθυῖαι ἀλλοτρίῳ ζυγῷ προσταλαιπωρεῖσθαι. ταῦτα ἀκούσας ὁ Κάρουλος, λίαν ἤχθετο· καὶ μαινομένῳ ἦν, ὡς εἰπεῖν, παραπλήσιος, ὅτι χρονίους ἐλπίδας ἐς ὡραίας ἐληλυθυίας ἤδη, καὶ μονονουχὶ τῶν κόλπων ἐντὸς ὅλας ἐκφορτιζομένας, καρποὺς ἐξαίφνης, ὡς εἰπεῖν, ἐν αὐτοῖς τοῖς λιμέσιν, ἀναῤῥαπέντας τεθέαται. ὅθεν ἔαρος τελευτῶντος, ἧκε μὲν βαρείας δυνάμεως· ἀλλὰ κραταιοτέρῳ ἤδη συμμίξας τῷ Θευδερίχῳ κατά τε πλῆθος καὶ ἀντίπαλον δύναμιν, οὐχ ὡς ἤθελεν ἀπήλλαξε. τούτου μὲν οὖν τοῦ ἔτους τελευτήσαντος τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἅμα ἦρι πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν Ἰταλίαν διαβιβάζει ἐς Σικελίαν ὁ Κάρουλος, ἵνα τελευταία δὴ κείσης

DE RONZERIO Caſare.

CVm quoque Latinus quidam Ronzerius nomine, ex inferiore Iberia, & ulteriore Gallia, quę ab Alpibus magis uerſus Occidentem uergit, collecto exercitu ſordidorum hominum, bellis & marinis & terreſtribus aſſuetorum, & quatuor triremibus completis, piraticam, cuius erat omnium qui unquam fuerunt peritiſsimus, impunè exercebat. Non enim naues onerarias tantum, quæ à Septentrione & Auſtro aſcenderent & deſcenderent, inuadebat: ſed magnas etiam inſulas incurſionibus uexabat, & mare inferum infeſtum reddebat. Cum igitur Sicilia iam ab omni parte Caroli exercitib. interclusa, Theodoricus externa auxilia petere cogeretur: Ronzerium hunc accerſit, hortatus, ut etiam alios undecunque ad mille fortiſsimos equites conducat, ut ualida pugna cum Carolo committi poſſet. Qui cum mille pedites, totidemq́ equites adduxiſſet: omnes Siculæ urbes, quas Carolus ſubegerat, inſtar teſſeræ, ad Theodoricum redierunt, alienum ferre iugum haud aſſuetæ: quod Carolus ægerrime tulit, quodam quaſi furore percitus, quòd diuturnæ ſpei iam penè compos factus, omnem laborum ſuorum fructū in ipſo portu effuſum cerneret. Igitur exeunte uere cum magnis copijs aduentat: ſed cum Theodorico iam & numero & ui militum firmiore congreſſus, aliter quàm uolebat, diſceſsit. Eo anno ſic exacto, ſub ueris initium totam Italiam (ut ita dicam) Carolus in Siciliam traducit: ut ſummū faſtigium & ma-

Ronzerius Carolū Sicilia exigit.

& manum ultimam diuturnis bellis imponeret. Sed denuò longè pluribus amiſsis, uictus domum, & multiplici mœrore confectus, redit. Deſperatis ergo rebus, legatos ad Theodoricū de pace & affinitate inter liberos iungenda mittit. Quæ cum utrinque placuiſſent, armisque poſitis reges pacem agitarēt: Theodorici auxilijs deliberandum eſſe uiſum eſt, quo conuerſi rebus ſuis conſulerent. Neque enim ædes illis aut certæ poſſeſsiones erant, in quas ſe reciperent: ſed alius aliunde, & multi multis è locis, pauperes & nudi, propter latrocinij emolumenta confluxerant, incertis ſedibus in mari oberrantes. Eorum igitur duci Ronzerio placuit, Imperatori Andronico per legatos auxilia contra Turcos offerre. Quæ conditio cum ualde ei placuiſſet, è Sicilia Byzantium proficiſcitur cū ſuis: quorum mille Catelanos nominabat, quòd plerique ab illis oriundi eſſent: alteros mille Amagabaros, ſic enim Latini pedites uocant. Statim igitur cum ueniſſet, Imperator eum, Maria nepte ſua, Aſanis filia, deſponſa, magni Ducis dignitate ornat. Sed cum paulo pòſt alius etiam Catelanus Pirincerius Tenza à Ronzerio acceſsitus adueniſſet: huic Cæſaris, illi magni Ducis titulum decernit. Impenſæ uerò in eorum ueſtimenta & donatiua, & annua ſtipendia, tantæ factæ ſunt, ut breui tempore fiſcus exhauriretur. Sed cum in Aſiam traijciendum eſſet, & cum hoſte pugnandum, quid dicam quantas in tranſitu Romanis clades, qui in oppidula maritima confugerant, importarint? Viris enim & mulieribus pro mancipijs ſunt abuſi, eorum uerò rem familiarem omnem pro ſua conſumpſerunt: & (ut fieri ſolet) in itinere multas execrationes ex imo pectore profectas, cum lachrymis miſerorum quos læſerant, collegerunt. Et hæc primo anno acta ſunt. Inſtante autem uere ad Philadelphiam diuturna obſidione liberandam abierunt, quæ geminis malis premebatur: foris hoſtili metu, intus hoſte multo grauiore, penuria cibariorum & fame. Ac id quidem munus pulcherrimè & fortiſsimè adminiſtrarunt, Deo adiuuante, propter inſignem uirtutem epiſcopi urbis Theolepti, diuini uiri. Nam cum Turci Latinorum diſciplinam militarem, armorúmque ſplendorem, & ferocem impetum uidiſſent: metu perterriti, non modò procul ab urbe, ſed penè ultra ueteres Romanorum fines fugerunt. Tantus enim & talis erat ille exercitus, itáque & armis & rei militaris uſu & militum numero inſtructus, (unà enim militabant non modò Romani lectiſsimi,

Affinitas è bello.

Catelani ab Andronico conducuntur.

Amagabari.

Catelanorum inſolentia.

Turci à Catelanis profligantur.

Theoleptus epiſcopus.

αὐτῇ καὶ τοβρίας τῶν μακρῶν κατασκευῇ πολέμων. ἀλλὰ πολλῷ πλείους αὖθις ἀποβαλὼν, ἀπῃμμένος ἐπ' οἶκον ἀναχωρεῖ, πανήγυριν (ὡς εἰπεῖν) ἐπαγόμενος θλίψεων. ταῦτ' ἄρα καὶ δὴ τὸ ἄπορον πανταχόθεν τῇ γνώμῃ συνελαθεὶς, περὶ σπονδῶν πρὸς Θεοδώριχον ἤδη διαπρεσβεύεται, καὶ τέκνων γαμικὰ συναλλάγματα. ἐπεὶ δ' οὕτω ταῦτα ἀλλήλοις ξυνέβησαν, καὶ τὰ ὅπλα θέμενοι ἀστασίαστον ἦγον εἰρήνην οἱ ῥῆγες, σκοπεῖσθαι τοῖς τοῦ Θεοδωρίχου συμμάχοις ἐπῄει, ὅποι ποτὲ ἄρα τραπόμενοι, τὴν κερδαίνουσαν εὕρωσιν. οὐ γὰρ ἦσαν αὐτοῖς οἰκίαι καὶ κτήσεις ἑστῶσαι, ἵνα τὴν ἐπάνοδον αὐτῶν ὥσπερ δώσωσιν· ἀλλ' ἄλλοθεν ἄλλος, καὶ πολλοὶ πολλαχόθεν ἄσκευοι καὶ γυμνῆτες, κέρδους ἕνεκα λῃστρικοῦ συνδραμόντες, πλάνητα καὶ διαπόντιον ἐβόσκον βίον. ἔδοξεν οὖν τῷ τούτων ἄρχοντι Ῥοντζερίῳ, διαπρεσβευσαμένῳ πρὸς βασιλέα Ἀνδρόνικον, συμμαχήσειν ἐλθόντα οἱ κατὰ τῶν Τούρκων, εἴ γε βουλομένῳ αὐτῷ εἴη. καὶ μέν τοι καὶ σφόδρα ἀσμένου τὴν πρεσβείαν προσδεξαμένου τοῦ βασιλέως, ἄρας ἐκεῖνος ἧκεν ἐκ Σικελίας, δισχιλίους ἐπαγόμενος ἄνδρας· ὧν τοὺς μὲν χιλίους ὠνόμαζε Κατελάνους, ὡς ἐκ τοιούτων τὰ πλεῖστα τὸ γένος κατάγοντας· τοὺς δ' ἑτέρους χιλίους, Ἀμογαβάρους. οὕτω γὰρ ἡ Λατίνων φωνὴ τοὺς πεζοὺς ἐν πολέμοις καλεῖ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τούτους ἐν μοίρᾳ ταττομένους τοιαύτῃ, τούτῳ καὶ οὗτος κέκληκε τῷ ὀνόματι. τὸν μὲν δὴ ἐλθόντα, γαμβρὸν εὐθὺς ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῇ ἀδελφιδῇ ποιεῖται Μαρίᾳ, τῇ τοῦ Ἀσὰν θυγατρί, καὶ δὴ τὸ τοῦ μεγάλου δουκὸς ἀνάγει ἀξίωμα. ἐπεὶ δὲ μετὰ μικρὸν ἧκε καὶ ἕτερος Κατελάνος Περιγκέριος Τέντζας, προσκαλεσαμένου τοῦ Ῥοντζερίου, αὐτῷ μὲν δὴ Ῥοντζερίῳ, τὸ τοῦ καίσαρος ὁ βασιλεὺς περιτίθησιν ἀξίωμα. τῷ δὲ Περιγκερίῳ Τέντζᾳ, τὸ τοῦ μεγάλου δουκός. ἡ μέν τοι τῶν χρημάτων δαπάνη ὁπόση περὶ τὰ ἐκείνων ἐνδύματα, καὶ τὰς δωρεὰς καὶ τὰ ἐπέτεια δεδαπάνηται σιτηρέσια, εἰς τοσοῦτον ἀνῆλθεν πλεονεξίας, ὡς ἐν βραχεῖ τὸ βασιλικὸν ἐξεκενῶσθαι ταμιεῖον. ἐπεὶ δ' οὕτω ταῦτα, καὶ ἔδει διαβαίνοντας ἐς τὴν Ἀσίαν, πολεμεῖν τοῖς ἐχθροῖς, τί χρὴ λέγειν ὁπόσα εἰργάσαντο παριόντες δεινά, κατὰ τῶν ἐν τοῖς περὶ τὴν Ἀσίαν καταφυγόντων πολιχνίοις Ῥωμαίων; ἀνδράσιν μὲν γὰρ καὶ γυναιξὶν οὐδὲν ἄμεινον, ἢ ὡς ἀνδραπόδοις ἐχρήσαντο· τοῖς δ' ὑπάρχουσιν ἅπασιν, ὡς οἰκείοις ἀδεῶς κατεχρήσαντο, καὶ ἀπήλαυνον ὥσπερ εἰκὸς πολλῶν τῶν ἐνοδίων ἀρῶν, ἐκ μέσης ψυχῆς καὶ μετὰ πάνυ πολλῶν τῶν δακρύων, ταύτας καταχεόντων τῶν ταλαιπώρων ἐκείνων, οὓς ἠδίκουν. καὶ ταῦτα μὲν δὴ τὸν πρῶτον ἐπράχθη ἐνιαυτόν. τοῦ δ' ἐπιόντος ἔαρος, ἀπῄεσαν ἐξελάσοντες τοὺς πολιορκοῦντας τὴν Φιλαδέλφειαν πολεμίους. διπλοῖς γὰρ ἐπολεμοῦντο δεινοῖς, οἱ τὴν Φιλαδέλφειαν κατοικοῦντες· ἔξωθεν μὲν τοῖς χρονίως ἤδη προσκαθημένοις ἐχθροῖς· ἔσωθεν δὲ πολλῷ χαλεπωτέρῳ πολεμίῳ, τῇ τῶν ἀναγκαίων ἐνδείᾳ, καὶ τῷ λιμῷ. καὶ τοῦτο μὲν τοὔργον κάλλιστά τε καὶ ἀνδρικώτατα κατεπράξαντο, τῆς ἄνωθεν δεξιᾶς συνεργούσης, διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς μέγεθος, τοῦ τῆς πόλεως ἱερέως προεδρεύοντος θείου ἀνδρὸς Θεολήπτου. ἰδόντες γὰρ οἱ πολέμιοι τὴν τῶν Λατίνων εὔτακτον κίνησιν, καὶ τὴν τῶν ὅπλων λαμπρότητα, καὶ τὸ ἀπρόσιτον τῆς ὁρμῆς, συγχυθέντες τοῖς φόβοις ᾤχοντο φεύγοντες· οὐ μόνον τῆς πόλεως ὡς πορρωτάτω σφᾶς αὐτοὺς ἀπάγοντες, ἀλλὰ μικροῦ καὶ τῶν πάλαι Ῥωμαίων ὁρίων αὐτῶν. τοσοῦτος γὰρ καὶ τοιοῦτος ἐκεῖνος ἐτύγχανεν ὁ στρατός, καὶ οὕτως ἄριστα συγκεκροτημένος ἔκ τε τῶν ὅπλων, ἔκ τε τῆς κατὰ πόλεμον ἐμπειρίας, ἔκ τε τοῦ πλήθους (συνεστράτευον γὰρ ἐκεῖ τοῖς Λατίνοις οὐ μόνον οἱ τῶν

Ῥωμαίων

ῥωμαίων ἐπίλεκτοι, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκ τῶν ἀλανῶν ὁπόσον ἐτύγχανε στράτευμα) τοσαύτην γοῦν ἐποίει διὰ ταῦτα τοῖς πολεμίοις τὴν ἔκπληξιν, ὥστε πολλοὶ τηνικαῦτα ἔφασαν τότε, ὡς εἰ μὴ τούτους διὰ δειλίαν τινὰ πρόσω ἰέναι ἐκεκώλυκε τὰ τοῦ βασιλέως προστάγματα, οὐδὲν ἂν ἦν τὸ κωλῦον, ὅλας ἐν βραχεῖ τῶν ῥωμαίων ὁπόσαι πόλεις καὶ χῶραι ὑπῆρχον, καθαρὰς πολεμίων παραδοῦναι τῷ βασιλεῖ· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἦσαν φθεγγόμενοι πρὸς μόνα τὰ παρόντα βλέποντες ἄνθρωποι, καὶ μηδὲν τῶν παρόντων ὑψηλότερον ξυνιδεῖν δυνάμενοι. κρίσεις γὰρ ὡς ἀληθῶς ἦν ταῦτα θεοῦ, πάλαι κυρωθεῖσαι πρὸς ἐσχατιὰς καταβιβάσαι δυστυχημάτων τὰ ῥωμαίων πράγματα· καὶ διὰ τοῦτο λόγοις ἀρρήτοις τῆς προνοίας τῶν μὲν ὠφελούντων πλεῖστα ἐδόκουν τὰ ἐμποδών, τῶν δὲ βλαπτόντων πολύχους ἡ συνδρομή· ἀλλὰ τοῦτο μὲν τοὔργον ἅμα περὶ τελευτῶντι, ῥᾳδίως κατεπράξαντο. ἐπεὶ δὲ πρόσω ἰέναι ἄπορον σφίσιν ἦν παραπομποὺς οὐκ ἔχουσιν, οἳ τὸ σκοτεινὸν καὶ ἄτριβες τῆς ὁδοῦ διαλευκανοῦσι, καὶ θᾶττον ὁδὸν θήσονται τούτοις· οὐ γὰρ ἄνευ πλείστων νεκρῶν ἑώρων γενησομένην τὴν ὑπερόριον ἐκστρατείαν, βουληθεῖσιν ἐκείνοις ἄνευ τῶν προπομπῶν ἀπιέναι. τοῦ δ᾽ ἀμαθῶς οὑτωσὶ μεγάλους ἀναρρίπτειν κινδύνους πρὸς τοῦ ῥοντζερίου οὐκ ἦν, πολλοὺς ἀνατλάντος πολέμους, καὶ πολλὴν ἐντεῦθεν ξυνειλοχότος τὴν πεῖραν, ἀναστρέψαντες διελύθησαν κατὰ γένος, ῥωμαῖοι μὲν οἴκαδε ἀπιόντες, ἀλανοί τε ὁμοίως. λατῖνοι δὲ τῷ ῥοντζερίῳ ἑπόμενοι καίσαρι, περιήεσαν τὰς ἐναπολελειμμένας τοῖς ἀθλίοις ῥωμαίοις πόλεις. καὶ κάκιστα διετίθεσαν, τὴν πολεμίαν ὁρμὴν ἐπὶ τοὺς καλέσαντας τρέψαντες· πρόφασιν λέγοντες, ὅτι τὴν παρὰ τοῦ βασιλικοῦ πρυτανείου ταχθεῖσαν ἐπέτειον δαπάνην οὐκ ἐκομίζοντο, καὶ εἶναι ἀνάγκην περὶ ὑπηρετηθῆναι σφᾶς τοὺς καλέσαντας μὲν, μὴ πληροῦντας δὲ τὰ ὑπεσχημένα. ἦν οὖν ἰδεῖν οὐ μόνον τὰς οὐσίας ἄρδην τῶν ταλαιπώρων ἁρπαζομένας ῥωμαίων, κόρας τε καὶ γυναῖκας ὑβριζομένας, πρεσβύτας τε καὶ ἱερέας ἀγομένους δεσμίους, καὶ τὰς ἄλλας ὑπομένοντας τιμωρίας, ὁπόσας ἡ τῶν λατίνων δυσμενεστάτη χεὶρ ἀεὶ καινοτέρας ἐφεύρισκε κατὰ τῶν ἀθλίων· ἀλλὰ καὶ συχνὰ γυμνὸν ὁρῶντας τὸν πέλεκυν κατὰ τοῦ τραχήλου, ὡς αὐτίκα τεθνηξομένους, εἰ μὴ θησαυροὺς ὁμολογοῖεν χρημάτων. καὶ οἱ μὲν ἐκτιθέμενοι πάντα, ὑπόβρου γυμνότεροι ἀπηλλάττοντο· οἱ δὲ μὴ ἔχοντες, ὅτου δεξωνήσονται ἑαυτούς, τῶν ἀκρωτηρίων τοῦ σώματος, ἄλλοι ἄλλα ἀφαιρούμενοι, θέαμα ἐλεεινὸν παρὰ τὰς ὁδοὺς ἐξετίθεντο, εἴ τις ἄρτου τεμάχιον ἢ ὀβολὸν παράσχοι ζητοῦντες. ὡς ἐπ᾽ οὐδενί τινι τῶν πάντων ἑτέρων τῶν ἀφορμῶν τοῦ ζῆν καταλειπομένων, ἢ μόνῃ τῇ γλώττῃ καὶ ταῖς τῶν δακρύων πηγαῖς. ταῦτα πυνθανομένῳ τῷ βασιλεῖ, οὐδ᾽ ὅλως ἀνεκτὰ εἶναι ἐδόκει, τήν τε ῥωμαίων γῆν πολλῷ πλέον ἢ κατὰ πολεμίους λυμαινόμενα, καὶ ἅμα θεὸν παροξύνοντα κατὰ τῶν ἐξ ἀλλοδαπῆς προσκαλεσαμένων αὐτούς. οὔτ᾽ ἄλλως δὲ πόρον ἦν τῆς ἀδικίας τίσασθαι αὐτοὺς ἐνδείας μακρᾶς τὰ βασιλικὰ καταγελώσης στρατόπεδα. ἐν στενῷ τοίνυν ὄντος αὐτοῦ, καὶ μηχανῆς δεομένου τινὸς βοηθούσης, διαβαίνει πρὸς θρᾴκην ὁ καῖσαρ ῥοντζέριος, τὸν λατινικὸν ἐπαγόμενος πάντα στρατόν. οὐ γὰρ ἔτι λελοίπει τοῖς ἐν ἀσίᾳ ῥωμαίοις, οὔτε χρήματα, οὐδ᾽ ὅσα τρέφει δημίων γαστέρας. ἔδοξε μέν τοι τοὺς μὲν ἄλλους ἐν τῷ τῆς καλλιουπόλεως καταλιπόντα φρούριον,

ctiſsimi, ſed & omnis Alanorum exercitus) ut haud abs re cōſpectu illius hoſtes percellerentur: multiq́ dicerent, Niſi metus Imperatoris, qui longius eos progredi uetuerat, obſtitiſſet, nihil fuiſſe prohibiturum, quo minus omnes Romanas & urbes & prouincias breui recuperaſſent. Sed ea loquebantur homines, qui præſentia tantum conſiderabant, neq́ quicquam altius animo cōplecti poterant. Diuinum enim iudicium illud erat, olim firmatum, ut Romanum imperium extremis calamitatibus affligeretur. Quapropter arcanis Prouidentiæ rationibus, plurimæ res utilia conſilia impedire in magno eorum quæ obeſſent concurſu uidebantur. Sed illud quidem ſub finem ueris facile confecerunt. Cum autem ſine uiæ ductoribus progredi non poſſent, (uidebant enim expeditionem illam, nemine uiam monſtrante, ſine multis cædibus confici minimè poſſe: neque uerò is erat Ronzerius, qui multis bellis magna prudētia parta, magnum diſcrimē temere adiret) reuerſi ac diſsipati abierunt Romani domum, eodémque modo Alani: Latini uerò cum Ronzerio Cæſare reliquas miſeris Romanis urbes peruagati, miſerrimè tractarunt, hoſtili impetu in eos, à quibus accerſiti fuerant, conuerſo: cauſam afferentes, quòd conſtitutum ab Imperatore ſtipendiū non accepiſſent: ac neceſſariò ſe illorum opibus ſuſtentari, qui ſe accerſiſſent, & pactis ac conuentis non ſtetiſſent. Itaque bona miſerorum Romanorum omnia diripi, uirgines & matronas ſtuprari, ſenes & ſacerdotes in uinculis duci, & ad cætera ſupplicia rapi cerneres, quę noua ſubinde in miſeros immaniſſima Latinorum manus excogitabat: imminentem ceruici ſecurim, ut iamiam morituri, uidebant, niſi abditam pecuniam oſtendiſſent. Qui omnia proferebant, leberide nudiores abibant: qui nihil quo ſe redimerent habebant, extremitatibus corporum mutilati, miſerabile in uijs ſpectaculum iacebant, fruſtum panis aut obolū mēdicantes: nihil ſubſidij, præter uocem & lachrymarum riuos, reliquum cum haberent. Quæ Imperatori haudquaquam ferenda eſſe uiſum eſt, Romanas prouincias longè atrocius belli malis affligentia: & ſimul Deum etiam ad iram concitantia, contra eos qui peregrè illos accerſiſſent. neq́ tamen eorum iniurias ulciſci promptum erat, cum longa inopia Imperatorias legiones derideret. Anguſtis igitur rebus cum ſolerti auxilio eſſet opus, in Thraciam Ronzerius Cæſar omnem Latinum exercitum ſecum adducit. Nihil enim Aſianis Romanis erat reliquum uel pecuniæ, uel rerum aliarum, quibus carnificum uentres alerentur. Ac uiſum illi eſt, cæteris Calliupoli relictis,

Fatalis incuria.

Catalani ſtipendijs nō ſolutis, ſe pro hoſtibus gerunt.

lictis, cum ducentis ad Michaelem Imperatorem, Oreſtiade in Thracia cum exercitu tum degentem, abire, ut & conſtituta ſtipendia poſtularet: &, ſi eſſet opus, minis extorqueret.

DE CAEDE CAESARIS *Ronzerij, Catelanorum ducis.*

QVo facto, Imperatore ad maiorem iracundiam inflammato, qua prius etiam contra illū exarſerat, multi milites ſtrictis enſibus circumdatum iuxta regiam interficiunt, unáque aliquot eius comites. Nam maior eorum pars periculum euaſit: qui continenti curſu Latinis Calliupoli agentibus, quid actum eſſet nunciarunt. At Romani milites hoc facto putarunt ſe fregiſſe Latinorum animos, & faſtum compreſſiſſe, atque id effeciſſe ut Romanis poſthac & animis & corporibus ultrò tanquam mancipia obnoxij eſſent, aut quà ueniſſent inuiti reuerterentur. Verùm huiuſmodi cogitationes humilis ſunt ingenij, & prorſus inanes: non intelligentis, Prouidentiæ ea quæ gerantur eſſe curę, & cuiuſque rei exitum ab antegreſſis pendere cauſis: quas nos quidem moleſtiæ uitandæ cauſa quæ inde exiſtit libenter obliuiſcimur, uindicta uerò ſuis pugillaribus inſcriptas cuſtodit: ut quemadmodum quiſque ſementē fecerit, ita & ſuo tēpore metat. Nam ipſo euētu homo doceri queat: ijs quæ diuinitùs non proſperentur, & terram & mare & aerem aduerſari: tanquam fugitiuum Dei & iuſtitiæ uiolatorem fortiter ulciſcentia. Qui ubi ſeſe cognorit, ipſe ſibi præcipere queat: non refragandum eſſe latæ diuinitùs ſententiæ, qualis ea cunque fuerit: neque uiolenter quicquam agendum, ſed ſua ſorte acquieſcenti fallendum tempus, ac fatum adiutandum potius quàm impediendum, licet aliter agat nos quàm uellemus. Longè ſanè præſtat quietum obſequi fato, quàm illi fruſtra nitendo ueluti materiam prębere. Quod perinde fuerit, ac ſi quis flammæ impetum reformidans, ædes undique circundantis, non omni ſtudio ne longius uagetur obſtet, aut prorſus eam reſtinguere conetur: ſed ſarmentorum faſciculos congerat, & multum olei affundat. aut, ſi quis uehementi ſpirante Borea, & crebros fluctus excitante, nauicula exigua æſtuanti pelago ſe committat ultrò. ea enim eſſe eiuſmodi, ut aſpectum minimè iucundum præbeant: ſed unum ex infeſtis iſtis rebus, ſi acceſſeris, interitū afferre. Hæc ita ſe habere, ſi nulla uetus memoria repetatur, uel ea quæ his temporibus acciderunt, abundè comprobent. Nam cum Romani

Heu nihil inuitis fas quenquā fidere fatis.

αὐτὸν ἀπολεξάμενον διακοσίους παρὰ τὸν βασιλέα ἐληλυθέναι Μιχαήλ, ἐν Ὀρεστιάδι διάγοντα τότε τῇ Θρᾳκικῇ μετὰ τοῦ στρατοῦ, ἀπαιτήσοντά τε τὴν ἀποτεταγμένην αὐτοῖς ἐτησίαν πρόσοδον καὶ ἀπειλὰς εἰ δέοι προσθήσοντα.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΦΟΝΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ῥοντζερίου, τοῦ τῶν κατελάνων ἄρχοντος.

ΟΥ γενομένου, καὶ τὸν πυρσὸν ἀναφθέντος, ὃν καὶ πρότερον ᾤδινε θυμὸν ὁ βασιλεὺς κατ' αὐτοῦ, ξιφήρεις αὐτὸν περιστάντες συχνοὶ τῶν στρατιωτῶν, αὐτοῦ παρὰ τὰ βασίλεια κατακόπτουσι, καὶ ἅμα αὐτῷ τινὰς τῶν περὶ αὐτόν. οἱ γὰρ πλείους ἔλαθον διαδράντες τὸν κίνδυνον, οἳ δὴ καὶ δρόμῳ συντόνῳ χρησάμενοι, ἔφθασαν ἀπαγγέλλοντες τὰ πραχθέντα καὶ τοῖς ἐν καλλιουπόλει λατίνοις· τοῖς μὲν οὖν στρατιώταις ἔδοξεν ἴσον πεποιηκόσι θραῦσαί τε τῶν λατίνων τὸ φρόνημα, καὶ τὸν τῆς τόλμης ὄγκον ἐς τὸ μετριώτερον ἀπαλλάξοντας, σφᾶς ὅσα καὶ δούλους ὑπείκειν ῥωμαίοις, αὐταῖς χερσὶ καὶ αὐταῖς γνώμαις παρασκευάσαι· καὶ δυοῖν θάτερον ὁμονοήσαντας ἐλθεῖν, ἢ δουλεύειν ῥωμαίοις ἑκόντας, ἢ τὴν ἀγαγοῦσαν ἄκοντας ἐπανιέναι. ἀλλὰ τὸ ταῦτα λογίζεσθαι διανοίας ἐστὶ χαμερποῦς, καὶ ἣν αἱ χεῖρον τῆς φύσεως ἐν ὕλης ἀχλυώδους ἀπολαβοῦσαι πυθμένας κατήνεγκαν, ὡς μηδ' ἐννοεῖν ἔχειν, ὅτι λόγοι προνοίας τὰ πραττόμενα περιτρέχουσιν, ἑκάστου τέλους ἔχοντες ἐνέχυρα προκαταβληθείσας αἰτίας, ἃς ἡμεῖς μὲν ἑκόντες ἐπιλανθανόμεθα, τὸ ἐκεῖθεν ἀηδὲς ὑπὸ φιλαυτίας ἐκκλίνοντες· ἡ δὲ δίκη τοῖς γραμματείοις ἑαυτῆς ἐγχαράξασα, θέρους καὶ ἅλωνος, εἰπεῖν, περιμένει καιρόν, ἵν' ἐπάξια τῶν σπερμάτων ἀποδῷ τοῖς πράξασι τὰ γεώργια. καὶ γὰρ ἂν ἐξ αὐτῶν ἐδιδάσκετο τῶν πραγμάτων ἄνθρωπος, ὡς ὅσα μὴ συναγορευομένην ἔχει τὴν ἄνωθεν δεξιάν, τούτοις καὶ γῆ καὶ θάλασσα μάχεται καὶ ἀήρ, ὥσπερ τινὶ δραπέτῃ θεοῦ καὶ τῆς δίκης ἀλάστορι δραστηρίως ἐπιτιθέμενα, καὶ διδασκόμενος ὅστις ποτ' εἴη, ἑαυτῷ ἂν παραινεῖ μὴ ἀντιπαλαμᾶσθαι πρὸς τὴν ἄνωθεν κυρωθεῖσαν ψῆφον ὁποία ποτ' ἂν ᾖ, μηδὲ βίαιον πράττειν μηδέν, ἀλλὰ μένοντα κατὰ χώραν ἡσυχῇ διαπεραίνειν τὸν χρόνον, καὶ στέργειν μᾶλλον τὴν συνδρομὴν τοῦ φέροντος ἀγωγήν, καὶ εἰ μὴ κατὰ γνώμην φέροιτο, ἢ τὴν ἀντίδρομον. πολλῷ γὰρ δήπου βέλτιον ἀπρακτοῦντα τῷ φέροντι συμφέρεσθαι, ἢ πράττοντά τι καθάπερ ὕλην χορηγεῖν τῇ καθ' ἑαυτοῦ φορᾷ τοῦ καιροῦ. ὅμοιον γὰρ εἴη τουτί, ὥσπερ ἂν εἴ τις πυρὸς ὁρμὴν δεδιὼς ἐπὶ τὰ κύκλῳ περιθέουσαν τῆς οἰκίας, οὐδ' αὐτὸ τοῦ πόρρω χεῖσθαι μηχανῷ, ἢ τῆς πρόσω συστέλλειν ὁρμῆς, ἢ σβεννύειν τελέως, φρυγάνων ἐπιτίθει φακέλλους, καὶ ἔλαιον ἐγχέει πολύ· ἢ ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀπαρκτίου σφοδροῦ καταρρέοντος ἄνωθεν, καὶ δεινὰ πρὸς τὸ κάταντες ἐπαντλοῦντος ἄλλα ἐπ' ἄλλοις τὰ κύματα, ἐν ἀκατίῳ τινὶ πρὸς ἀνάρρουν ἐθελοντὴς ἐπιχειρεῖ ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν. ἂν γὰρ ταυτὶ τῶν οὐ πάνυ τοι μειδιῶσαν ὁμοῦ καὶ φιλάνθρωπον τὴν ὄψιν παρεχομένων τοῖς βουλομένοις, ἀλλὰ τούτων ἓν ὁπότερον πολέμιον ἀνατείνει χεῖρα, κἀκ τοῦ σύνεγγυς μακρὸν ἐπιφέρει τὸν ὄλεθρον. μαρτύρια δέ μοι τῶν λεγομένων, εἰ μή τι πλέον ἔχοιμεν, ἐν τῷ νῦν εἶναι μεμνῆσθαι, ἀλλ' οὖν τά γε ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις συμβάντα. οὐδ' ἐν γὰρ ἐλλείψασι ῥωμαίοις

μαίοις ὧν ἔδει δρᾶν πρὸς κατόρθωσιν, πάντα ἔπασχον τἀναντιώτατα. οἱ μὲν γὰρ ῥωμαίων στρατηγοὶ δι' ἃ μὴ θέμις ἐν ὑποψίᾳ γινόμενοι, οἱ μὲν ἐν δεσμοῖς ἐγίνοντο, οἱ δὲ πόῤῥω τῆς βασιλικῆς ἵσταντο εὐμενείας. ὅθεν ἀλλοφύλου συμμαχίας ἐλθούσης, πρῶτα μὲν τῆς τῶν μασσαγετῶν, ἔπειτα δὲ τῆς τῶν λατίνων, πολλαπλασίονα συμβέβηκε ῥωμαίοις γενέσθαι τὸν ὄλεθρον ἐξ αὐτῶν, ἢ τὸν ἐκ τῶν προφανοῦς ἐχθρῶν, ὧν ὡς ἐκ πολλῶν μέτρια καὶ ἡμεῖς ἔφθημεν εἰρηκότες, ἃ δὴ σαφοῦς ἂν εἴη θεομηνίας δείγματα, εἴ τις ὀρθῶς καὶ πάθους ἐκτὸς ἐθέλοι σκοπεῖν, καὶ παιδείαν μετρίαν οὐ μετρίων πλημμελημάτων. τούτων ἐναργὲς ἕτερον δεῖγμα, καὶ ὁ τοῦ ῥοντζερίου καίσαρος ἐγεγόνει θάνατος. τὸν γὰρ ἐκ τῆς προσκλήσεως μεταμέλον θεραπεύειν ῥωμαῖοι βουλόμενοι, τὸν τούτου κατεπράξαντο θάνατον, ἀπαλλαγὴν εἶναι τούτων πονηρῶν πραγμάτων νομίσαντες. ὁ δ' ἀρχηγὸς παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα μειζόνων ἐγεγόνει καὶ μάλα χειρόνων πραγμάτων, ὡς προϊόντες ἐροῦμεν· οὕτω τῆς θείας οὐ συμμαχούσης προνοίας τοῖς τῶν ἀνθρώπων βουλεύμασί τε καὶ πράγμασι, πονηρὸν αὐτοῖς ἀπαντᾷ τὸ τέλος, καὶ σφόδρα τοι ἐναντιώτατον. οὔτε γὰρ βουληφόρος ὁ βουληφόρος, οὔτ' ἀνδρεῖος ὁ ἀνδρεῖος, ἀλλὰ τά τε σοφὰ βουλεύματα πρὸς ἄσοφον τελευτῶσι πέρας, καὶ τὰ γενναῖα καὶ ἀνδρικώτατα πράγματα, ἄνανδρόν τε καὶ μάλα αἰσχρὰν τὴν ἧτταν καρποῦνται. ἀλλ' ἐπανιτέον ὅθεν εἰς ταῦτα ἐξέβημεν.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΚΑΤΕλανῶν ἀποστασίας.

quoſdam, ſtolidos (ut reor) homines, Orphei cithara demulſiſſet, cantu illius etiam inanima quędam cōmota eſſe fabulati ſunt. Quòd ſi nobis etiam libēret ueritatem fabulis commutare, eoq; modo exaggerare: quin id facilimè fieri poſſet, nemo negabit. Nam nunc quidem perſuaſum habemus, id nec incredibile, nec humanæ naturæ negatum eſſe, cum pleraſq; res à poetis in fabulas redactas eſſe uideamus, ſiue ingenia illorum temporum obtuſiora fuerunt, ſiue alioqui poetæ de induſtria propter maiorem euidentiam illa ſint commenti. Ea enim haudquaquam eſſe maiora ingenij humani captu, quæ illi ad miracula & fabulas detorſerunt, tu demonſtraſti, qui illa omnia confeciſti. Ego uerò cum pridem Academiā, aut Lyceum, aut Stoam nominari audirem, magnum aliquid imaginabar, & pulcherrimum atque excellens, ob Platonem utique & Socratem & * Solonem & cæteros, qui diſſerendo ualuerunt. Nunc uerò omnem de illis præclaram opinionem abieci, quemadmodum experrecti ſomnia: illorumq; miraculum nō maius iudico, quàm cui ſimile reperiri queat: ſed id eſſe tam mediocre & modicum, quàm ego te præſentem intuens pro dignitate admirari nequeo. Quamuis autem magnum eſſet, ſi res tuæ rebus eorum qui celebrantur cōſimiles eſſent: tamen te tantum illos uincere conſtat, quantum Stentor clamando cæteros præcones ſuperauit. Ecce enim palatium tuum eloquentia tua ita inſtruxiſti, ut quamuis Academiā, quoduis Lyceum, quamuis Stoam uincat, quod multo æquius omnis eruditionis domicilium appellaretur. Nemo enim eſt, qui tua ſuauiſsima uoce audita, aut uultu tantum cōſpecto, non maximum inde fructum ad formandos mores, ad incremētum doctrinæ, ad eloquentiæ copiam, & diſſerendi acumē cœperit. Hæc igitur, & id genus alia, è ſolo cōgreſſu tuo emolumenta, nulli ſunt qui non perceperint: qui uerò percœperunt, omnes optimi euaſerunt. Fortaſsis etiam ſunt bonis quidam ingenijs præditi, qui ut cygni matutino Zephiro aſpirāte, præclarè canant, & ſic te aſpirante elegans inſtitutionis egregiæ fœtus appareat. Qui omnes longè magis eo gloriantur, ſi quis ſcitè dicta abs te referat, quàm Homeridæ, ſi Homericas ſententias audierint. Suauitas inſignis Sirenum uocis olim magnopere celebrata eſt, ſed ea non ſine magna calamitate atque interitu audiri potuit: nec ulli manſerunt incolumes, niſi aures cera obturaſſent, ſibique audiendi ſenſum ademiſſent. Te uerò concionante, tantum abeſt aures cera ut obturent, ut mortis inſtar ducant, quòd natura eos non ab omni parte auritos fecerit, ſicut fabulæ quoſdam plenos oculorū fuiſſe tradūt. Quos em̄ Demoſthenes concionū artificio & ui nō ſuperaſti? q̄s nō Platones ingenij magnitudine & grauitate uiciſti? Quos uerò nō ita tibi deuinxiſti, ut magis te mirenť q̄ Attica illa ætas Socratē? quippe qui concionē tuam & perſuadēdi ui & uoluptatū

* Zenonē

illecebris cōditā eſſe perſpiciāt: ſicuti agri uarietate florum exornantur. Vſqueadeò tuæ Calliopes amatores omnes reddis, & mirabiliter incendis. Quare te Solomonis eſſe ſimilem, nemo eſt qui dubitet. ſuperari autē ab illo, nemo contendat. Neq; enim dici poteſt, illic multa ſuppetere teſtimonia, hic uerò pauca: aut totidem quidem, non autem talia. Sed contrà potius. Nam quæ in altero mireris, in altero non mireris: excepto reginę Auſtri teſtimonio, quæ Hieroſolyma profecta eſt. Qui uerò tuarum rerum mentionem faciunt, hi ad mendacij ſuſpicionem abolendam, & Septentrionis & Auſtri, unà cum cęteris terræ finibus teſtimonia proferre mihi poſſe uidentur. Cæterùm, cum Anaxagora autore, mens ſapiens ſit, quę cuncta gubernet, & omnium cauſa rerum exiſtat: & tu excellenti ſapientia res adminiſtras, & imperiū gubernas, ingenij magnitudine omnia in melius conuertens, ut nemo unquam ex æquo id præſtiterit: & rectè is dixiſſe uideatur, qui conſilio, prudentia, uiribus animi pleraſque res, non autem rerum copia ponderari affirmauit. Vt enim optimus Muſicus ſonorum concentum, chordis quæ intendendæ ſunt intendendis, contráque laxandis ubi id expedit, & moderatis interuallis relinquendis, cantum elegantiſsimè permiſcet: ita & tu, qui prudentia ueluti rhythmis muſicis omnia tēperes, abſolutiſsimum concentum efficis, quo res pulcherrimè gubernatæ, & ab omni parte conſentientes efficiant, ut omnes exiſtiment Deum planè eſſe, qui tuo in ijs regendis miniſterio utatur. Ita te omnes homines diuinum quendam hominem & homine ſuperiorem exiſtimant. Nam animi puritate ſubditorum omnium affectiones & uoluntates penetrās, & ad quas uirtutes aut uitia potiſsimùm tendant, acerrimè perſpiciens, ita te componis, ut dictum eſt, quemadmodum omnibus hominibus conuenit: & ut Pindarus ait, uarium cuiuſq; ingenium gubernas, itáque ſingula diſponis, ut optimè collocentur. Neque uerò quiſquam ignorat, Themiſtoclem nunquam ad tantam gloriam fuiſſe peruēturum, niſi Xerxes in Græciam inuaſiſſet. Neque etiam Miltiades ille, ut arbitror, tantum nomē haberet, niſi Perſici Satrapæ & Aſiana arma prius in Atticam & Marathonem penetraſſent: ſed eorum uirtus, ut terra obruti theſauri, in obſcuro latuiſſet. At tuū diuinum ingeniū, cum ex alijs infinitis perſpici queat: tum uerò ex eo, quòd cum tempora aduerſarentur, nec tamen res tuas euerterent, id euidentiſsimum ſignum fuit præſtantis tuæ ſapientiæ. Nam cum Imperiū perturbatione plenum ſuſcepiſſes, nec diſsimile nubibus ab Aquilone agitatis, & penè omnes nationes in noſtrum exitium conſpiraſſent tanta uehementia, quantus in Nili cataractis impetus eſſe fertur: tu ſolus impreſſiones illas conſtanti animo, inſtar immotæ rupis uiolentos fluctus aſpernantis, excepiſti: atq;

συνορῶντας ἐφέλκυσαν, καθάπερ ἐπ᾽ ἄνθη ἀγροῦ τὸ ποικίλον τοῦ χρώματος. οὕτως ἐραστὰς ποιεῖς ἅπαντας τῆς σῆς καλλιόπης, ἐκκάων ὑπερφυῶς. ἔχειν δ᾽ ἂν οὖν τὰ τοῦ Σολομῶντος τοῖς σοῖς ἐφαμίλλως, οὐδεὶς ἂν ἔχοι ἀμφισβητεῖν. ὑπερέχειν γε μὴν, ὥσπερ δὴ οὐδ᾽ εἰς οὐδὲν ὅστις * ἥκιστα. οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ἐστὶ φάναι, ἐκεῖ μὲν οἷς χρῆσθαί τις πολλοῖς οὖσι μαρτυρίοις· ἐνταυθοῖ δὲ βραχέσιν, ἢ τοσούτοις μὲν, μὴ τοιούτοις δὲ, πολὺ μὲν τ᾽ ἂν τοὐναντίον. οἷς γὰρ τὰ ἐκείνου θαυμάζειν ἔνι, τούτοις οὐκ ἔνι, πλὴν ἢ τῆς τοῦ νότου βασιλίσσης, ἣν δὴ παλαιστίνην ἐκείνῃ πορείαν ἐστείλατο μαρτύριον. ὅσοι δὲ τῶν σῶν μέμνηνται, τούτοις καὶ βορέαν καὶ νότον ὁμοῦ τοῖς λοιποῖς τῆς γῆς πέρασιν, ὅστις μὴ οὐ φάσκει μαρτύρια εἶναι, ὅπως ἀθῷος φανείη τοῦ ἁλῶναι ψευδόμενος, οὐχ οἷός τ᾽ ἂν εἶναί μοι δοκεῖ. ἐπεὶ μέν τοι κατὰ τὸν ἀναξαγόραν, νοῦς ἐστι σοφὸς ὁ τὰ πάντα διακοσμῶν καὶ τῶν πάντων αἴτιος, οὕτω δ᾽ ἄττα τῷ περιόντι σοι τῆς τοῦ νοῦ σοφίας ἐξηγῇ τῶν πραγμάτων, καὶ οὕτω σοι τὴν ἀρχὴν διακοσμεῖς, τῇ φρονήσεως τῷ μεγέθει πάντα περιέπων εἰς τὸ χρήσιμον, ὡς τῶν ἐξ αἰῶνος οὐδεὶς ἄμεινον. ὀρθοῦσθαι δὲ καὶ ὁ λόγος ἐκεῖνος φήσαντι νῦν μοι δοκεῖ, ὡς γνώμῃ καὶ φρονήματι καὶ ἀνδρίᾳ ψυχῆς, τὰ πολλὰ τῶν πραγμάτων, ἀλλ᾽ οὐ τῷ πλήθει τῶν ὑπαρχόντων κρίνεται. ὡς γὰρ εἴ τις ἄριστος μουσικὸς τὴν ἐν τοῖς φθόγγοις ἁρμονίαν, ἐντείνων μὲν τὸ τῶν χορδῶν ὅποι τε τάσεως δεῖ, χαλῶν δ᾽ ὅποι ἀνεῖναι βέλτιον, τά τε διαστήματα μέτρα ποιούμενος, κάλλιστον οἷον τὸ χρῆμα τῆς ᾠδῆς κεραννύσιν· ὡς δὲ καὶ σὺ τῇ φρονήσει ὥσπερ καὶ ῥυθμοῖς τισι μουσικοῖς τὰ πράγματα διεξάγων, τὴν διὰ πασῶν, ὡς εἰπεῖν, ἁρμονίαν ἁρμόζῃ, ὡς εἶναι συνᾴδειν πανταχόθεν ἑαυτῇ κάλλιστά τε ἔχειν, καὶ ὡς ἂν πάντες πεισθεῖεν, θεὸν εἶναι σαφῶς τὸν διὰ σοῦ τὰ τῇδε καθιστάμενον. οὕτω σε θεῖόν τινα, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον, ἄνθρωπον πάντες νομίζουσιν ἄνθρωποι. φθάνεις γὰρ τῇ τοῦ νοῦ καθαρότητι, τὰς τῶν ὑπηκόων ἁπάντων διερχόμενος διαθέσεις καὶ γνώμας, καὶ ὅποι μάλιστα τείνουσιν ἀρετῆς ἢ κακίας κάλλιστα διαγινώσκων. κἀντεῦθεν ἁρμόζεις, ὡς εἴρηται, σαυτὸν, ὡς δεῖ τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις. καὶ κυβερνᾷς, κατὰ πίνδαρον, τὰν πολύτροπον γνώμαν ἑκάστων, καὶ διατίθης ὅποι ἂν χρείη τὰ πράγματα βέλτιστον. γνώριμον δ᾽ ἂν εἴη παντί που, ὡς οὐκ ἄν ποτε θεμιστοκλῆς πρὸς φήμης ἤλασε τοσοῦτον, εἰ μὴ ξέρξης ἤλασεν ἐφ᾽ ἕλληνας. οὐκ ἂν δὲ μιλτιάδης ἐκεῖνος, οἶμαι, δὴ ὄνομα ἤγετο, εἰ μὴ περσικοὶ σατράπαι, καὶ τὰ τῆς ἀσίας ὅπλα πρὸς ἀττικὴν καὶ μαραθῶνα διέβαινον πρότερον. ἀλλ᾽ εἶχον ἂν τὴν ἀρετὴν θαλαμευομένην, ὡς εἰπεῖν, καὶ ἀτεχνῶς ἐν ἀδήλῳ κειμένην ὥσπερ οἱ θησαυροί. καὶ σοῦ δὲ τὴν οὐρανοῦ ψαύουσαν φρόνησιν, κἂν ἴδοι ἄν τις ἐκ μυρίων μὲν καὶ ἄλλων· ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ καιρὸς ἀντέπνευσε μὲν, οὐκ ἀνέτρεψε δέ σου τὰ πράγματα, πάσης βασάνου στερεώτερον τοῦτ᾽ ἂν εἴη δεῖγμα, ἀκιβδήλῳ φάναι χρυσῷ κατεσκευάσθαί σου τὰ τῆς διανοίας. πολλοῦ γὰρ τὰ πράγματα ἀθρόως διαδεχόντος κυκεῶνος, οἷον ἂν διαδράμοι νεφέλας ὁπηνίκα εἴη στροφῶν ἀπαρκτίας, καὶ μικροῦ πάντων ἐθνῶν ἐφ᾽ ἡμᾶς κινουμένων, οὕτω σφοδρῶς ὥσπερ οὕς φασι καταράκτας νείλου, μόνος αὐτὸς τὰς ἐμβολὰς ἐς σεαυτὸν ἀναδεχόμενος ἑστῶτι φρονήματι παραπλησίως προβλῆτι, πολλῶν προσρηγνυμένων κυμάτων ἀκυμάντῳ μένοντι, οὕτω καὶ

* οἴεται

οὕτω καὶ βουλεύῃ καὶ διατίθης ὡς οὐδ' ἐνὶ οὐδενὶ τῶν ἁπάντων ἐνθυμηθῆναι πρὶν τελεσθῆναι. οὕτω μὲν ῥᾳδίως, ὥστ' ἔργον ἂν μᾶλλον, οἷς ἐνὶ πεπραγμένοις λόγῳ διεξιέναι, ἢ σοὶ ἔργῳ πληροῦντι ὡς δεῖ ἅπαντα, εἴ τις βούλοιτο διαμετρεῖν, ὅσα τε λόγοις, ὅσα δὲ καὶ ἔργοις φρονήσεως γέμουσιν ἑκατέροις ἐντελεῖς τρόπαια, ἡμέρας ἑκάστης ἀριθμοῦντι τὰς ὥρας πάνυ τοι σφόδρα ποιεῖν εἰκός. μηδὲ γὰρ ἂν μηδεμίαν, ἥτις παρέλθοι σοὶ ἢ λόγων ἢ ἔργων καλλίστων ἄμοιρος. σοῦ γὰρ καὶ φθέγγμα ἐν ἐκμελέστατα καὶ πρέπει ἂν τὸ πρᾶον, καὶ τὸν σφόδρα ἀμείλικτον, καὶ ἐκτεθηριωμένον εὖ μάλα ἄνθρωπον, ῥᾷον, ἢ λέγεται τὸ τοῦ Σαοὺλ δαιμόνιον ἡ τοῦ Δαβὶδ κινύρα. ὡς νῦν γε σοῦ χάριν σχολὴν ἄγομεν φόβου παντὸς ἡμεῖς. ἐν γὰρ τῇ πρύμνῃ τῶν καθ' ἡμᾶς, ὡς εἰπεῖν, πραγμάτων καθήμενον ὁρῶντές σε, καὶ διαγρυπνοῦντα ἐπιμελῶς, ἐκ γε τῶν προλαβόντων παρεσκευάσμεθα, καὶ τὰ τέως προσδοκηθέντα δεινὰ, * περὶ τῆς πείρας ἀεὶ παρακρούεσθαι, γινωσκόμενα πάντ' εἰδότες τῆς σῆς διανοίας πρόπιον, καὶ μέχρι τούτου τάχ' ἄν τινες ἀθυμήσαιεν, μέχρις ἂν ποιήσωσι τὴν ἀρίστην σου σύνεσιν ἐνθύμιον. ἔπειτα ἐοίκασιν ὡς ὑφ' ἡλίου καιομένοις ζέφυρος. ἔλαθον δ' ἄρα ἐμαυτὸν ἔγωγε εἰς τὰς ἀβύσσους τῶν σῶν κατὰ βραχὺ καθιεὶς πλεονεκτημάτων. ὅπερ δ' ἦν δήπου, ὅπερ ἀπελεγόμην τοῦ λόγου ἀρχόμενος, σαφέστατα πάντων ἀκροῶντα αἰσθόμενος αὐτὸς ἐμαυτόν. καὶ γὰρ ᾤμην μικρά τινα εἰπόντι, καὶ ὅσα ἀρκεῖν ἂν χρέος ἐκτίσειν, μηκέτ' εἶναι πλημμελὲς τῶν γ' ἑξῆς, εἰ βουληθείην, ἀποστατεῖν. παρῆλθε δή με ὡς πρᾶγμα ποιῶν ἦν, τῆς ἐμῆς τὰ μέγιστα γνώμης καταψευδόμενος. περὶ γάρ τοι τοῦ μεγίστου χρήματος τῆς σῆς φρονήσεως προθέμενος λέγειν, πλὴν τῶν ἔργων δι' ἧς ταῦτα πράττεται, καὶ ἃ ἕπεται ὥσπερ ὁλκάδι ἐφόλκια, προσόμοιον ἔγνων ποιῶν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ὁρμαθοῦ τινος ἄκρον λαβὼν τῇ χειρὶ, ἔπειτα νομίσειεν ὑφαιρεῖσθαι τουτί, ἥκιστα τοῦ ἐφεξῆς κινηθησομένου. τόδε δ' ἦν ἂν ἀβουλίας μεστὸν, ὥσπερ δὴ καὶ τοὐμόν τουτί, οὐ μὴν οἷόν τ' οὐκ ἔχειν παραίτησιν, εἰ μή τινες κἀκείνου τὴν συγγνώμην ἀτεχνῶς ἀφαιροῖντο, εἴ τις ἀπειροθάλαττος ὢν, ἔπειτα παραπλέοι μὲν τὰς ἀκτὰς, ἐν δὲ τὰ τοῦ πελάγους ἀμήχανα οὐκ ἐθέλοι οὐδαμῆ οὐδαμῶς ἐφεῖναι. ἀλλὰ γὰρ οὖν τοῦ εὐλόγου ἂν κἀμοὶ δοκεῖ τῶν σῶν ἀγαθῶν, ὡς εἰπεῖν, τὰς ἀκτὰς παραπλεύσαντα ὥσπερ ἐξῆν, εὐχῇ τὸν λόγον ἐνορμίζειν. ὁ τῇδε τῇ ἀρχῇ καὶ τῷ τοιῷδε χρόνῳ μάλα προσφυῆ καὶ προσήκοντα ἀναφήνας σε θεὸς, αἰῶνι παντὶ συνδιαμένοι σοί τε καὶ τῶν ἐκ σοῦ τὸ βασίλειον κράτος, ὡς ἂν καὶ ἡμῖν εὐδαιμονεῖν εἴη μέχρι διαπαντός. ἐμοὶ μὲν οὖν ταῦτα διεξιέναι τῷ τηνικαῦτα ξυμβέβηκε. τοῦ δὲ χρόνου προβαίνοντος ἐν τῷ πρόσω, παρὰ τοσοῦτο πλείονα τὴν αὐτοῦ διάθεσιν ἀεὶ καὶ εὐμένειαν ἐκαρπούμην, παρ' ὅσον καὶ τὸν χρόνον ἐν τῷ πρόσω προβαίνειν ξυνέβαινεν. ὥστε καὶ ἐς τὰς τῶν ἱερατικῶν μετὰ ἐκκλησίας πρώτας τιμὰς ἀνάγειν ἐσκέπτετο. ἤδη δὲ καὶ ὥσπερ ἀρραβῶνά τινα τὴν τοῦ χαρτοφύλακος ἀξίαν ἐν γε τῷ παρόντι ἠνάγκαζε δέξασθαί με, ἵν' εἴη τις τοῦτ' εὐπρόσωπος αὐτῷ ἀφορμὴ πρὸς τοὺς βασκαίνοντας, καὶ ὑπ' ὀδόντα λοιδορουμένους αὐτῷ τῆς ἡμετέρας ἕνεκα τιμῆς, ἧς παρ' αὐτοῦ λαμπρῶς εὐθὺς ἐκαρπούμην, μήτε χρόνου προσεγγίζειν ὡς ἔθος τοῖς πλείοσι, μήτε τινὰ πολιὰν τρίχα, μήτε τινὰ τιμὴν ἱερατικήν.

* πρὸ

atque omnium periculorum tempeſtatibus ſedatis, in tranquillum portum nos perduxiſti. Ita tu quidem & deliberas & diſponis omnia, ut nemo omnium prius illa cogitare poſsit, quàm perfecta fuerint: idq; adeo facile, ut difficilius ſit alijs ea cōmemorare, quàm tibi adminiſtrare. Vnde fit, ut ſi quis enumerare uelit prudentiſsima & dicta & facta tua: non aliud agat, quàm qui cuiuſque diei horas numerare inſtituerit, quarum nulla elabitur pulcherrimarum tuarum uel orationum uel actionum expers. Nam uel tuæ uocis ſonus unus mitigat & manſuefacit hominem etiam immaniſsimum: id' que facilius, quàm cinyra Dauidis, dæmonium Saulis fugabat. Nūc igitur tuo beneficio metu omni uacui ſumus. Nam cum te in puppi (ut ita dicam) rerum noſtrarum ſedentem uideamus, & diligenter excubantem: ex ijs quæ præceſſerunt, parati ſumus: & nuper expectata pericula, priuſquā periculum eorum faciamus, auertimus, tua ſapientia illa omnia propulſatum iri præuidentes. Ac tantiſper forſitan aliqui deſperarint, donec ſummam prudentiam tuam cogitarint: tum uerò ita recreantur, ut afflatu Fauonij æſtuantes. Sed quid ego imprudens in excellentiæ tuæ gurgites me paulatim immittor? Neque uerò aliud ago, quàm quod orationis dicebā initio, me planè dubitare quid ſit agendum, aut dicendum. Putabam enim, ſi pauca dixiſſem, quæ ad æs alienum diſſoluendum ſatis eſſent: licitum fore mihi cæteris ſuperſedere. ſed non animaduerti me id facere, quo mea opinio plurimùm falleret. Nam cum de re maxima, tua nimirum ſapientia, dicere inſtituiſſem, præter opera per quam illa geruntur, & quam ita ſequuntur ut maiora nauigia lembi: perinde me facere animaduerti, ac ſi quis cathena ſumma manu prehenſa, putaret eam ſic ſe ablaturum, ut annuli reliqui non mouerentur. Id quòd incogitantiæ ſummæ fuerit, ſicut & meum factum: quod tamen ueniam meretur, niſi ea illi etiam negetur qui maris ignarus in littoribus obuerſetur, ſed in profundum pelagus ſeſe demittere minimè uelit. Mihi certè quidem non à ratione alienum uidetur, tuorum bonorū quaſi littora ut licuit prætereuecto, in uoti portum appellere. Deus, qui te huic Imperio, & his temporibus aptiſsimum & opportuniſsimū produxit: idem tuam tuorúmque Imperatoriam maieſtatem in omne æuum tueatur, ut & nos perpetua felicitate floreamus. Tum igitur ſic accidit, ut hanc orationem haberem: pòſt autem, ut quantum ætate procederem, tantum illius erga me beneuolentia augeretur: adeò ut primos etiam Eccleſiaſticos honores mihi conferre cogitaret, ac ſtatim Chartophylacis dignitatem accipere me cogeret, ut ſpecioſam cauſam haberet ora obturandi obtrectatorib. qui clàm illi ob talem erga me affectionē conuiciabantur, ꝙ nec ꝓuecta ætate, nec cano capillitio, nec ſacerdotio aliꝗ cōmendatus, ut pleriq; ſolerēt, illa frueret.

Gregoras Chartophylax eſſe noluit.

Inuidiæ obnoxij noui homines.

Iam

Iam uerò, ut re non dubia, etiam dignitati cõſentaneas ueſtes mihi parabat. Ego uerò adoleſcentia mea conſiderata, & tempore huiuſmodi reb. alieno, ad hunc modũ uerba feci.

AVTORIS AD IMperatorem excuſatio.

QVod ad me & immaturã ſacerdotio ætatem attinet, non magna opus eſſe arbitror excuſatione. Nam & anni mei talibus rebus ſunt impares, & ocij ac literarum ſummus amor adhuc apud me feruet: nec me miſſum facturum affirmat, priuſquam ijs ad ſatietatem fruatur. Tum enim & liberum fore meum animum, & ad Dei miniſterium idoneum. Nunc uerò & maiorem eſſe meam audaciam quàm aut ſacra illa patiantur, aut ego facile ſuſtinere queam. Quod ut nemini alij, ſic mihi abunde notum eſt. Nam quãtam res experientiam poſtulant, tantæ mihi ſum imperitiæ conſcius, hoc quidẽ tẽpore. Atqui hominem adeò rudem diuinis & non tangẽdis ſeſe rebus ingerere, nõ aliud fuerit, quàm ſi quis natandi neſcius, in mare deſiliat: neque ſani hominis ego eſſe puto. & ualde mirer, ſi quis animo conſtans uel cogitare tale aliquid ſuſtineat. Quibus enim fulminibus, quibus maris gurgitibus non digna fuerit illa confidentia? Cæterùm tuæ Maieſtatis clementiam erga me, ſolicitudinẽ, & ſummã ad bene merendum propenſionem, ſi quid uſquã aliud, uel in primis magnifacio: & quocunque me uertero, non habeo, quo conſilio adductus, quibúſue rationib. Imperator, te mihi talem præbeas: niſi quòd apparet, te cũ omnium Domino ingenioſè contendentem, non ullas expectare beneficentiæ cauſas: ſed illud tantum ſpectare, qua ratione benemereri poſsis. Quod ſanè omnib. Imperijs digniſsimum eſt, & maximè proprium. Nam beneficentiæ cauſa ſuppeditata benefacere, non tam benefici fuerit, quàm eius qui id meruerit: & nunc diuturna illa cõſuetudo tua in immutabilem naturam eſt mutata. & ita, ut omnes aliæ res ſiue naturæ, munus ultrò faciunt, ut aqua humectat, ut ignis urit, eodemq́ modo cętera per omne æuũ naturas ſuas retinẽt, nec ulla unquã ui ab ijs depellunt: ſic & ipſe ad benefaciendum natus, neq; uerbis neq; factis benemereri deſiſtis. Quare cum gratum animum declarare uerbis in primis cupiam, nec id pro dignitate facere poſsim, non minus & tempori & orationi, quàm ipſi mihi ſuccenſeo, cum utrunque ex æquo reprehenſione dignum exiſtimem. Nam oratio cum materiam ſuperet, & uirtutes propius attingat, diuturnitate temporis nec mutationi, nec exitio fore obnoxia uidebatur: ſed perpetuò ſibi conſtatura, ut uim rerum abundè exprimeret. Verùm enimuerò & ipſam eſſe mutatam, poſt-

ἀντιπέμπει δέ μοι ἤδη ὡς ἐφ' ἑτοίμῳ τῷ πράγματι, καὶ τὰ τῇ ἀξίᾳ προσήκοντα ἤσαν ἐνδύματα. ἐγὼ δὲ τὴν τῆς ἐμαυτοῦ νεότητος ἀπιδὼν, καὶ τὴν τῶν τοιούτων ἀωρίαν πραγμάτων προσελθὼν, ἔλεξα τοιάδε.

ΑΠΟΛΟΓΗΤΙΚΟΣ ΤΟΥ ΣΥΓΓΡΑφέως πρὸς τὸν βασιλέα.

Περὶ μὲν ἐμαυτοῦ καὶ ὡς οὔπω μοι ἱκανὰ εἰς τὰ τῆς ἱερατείας, βραχεῖάν τινα ἀρκέσειν μοι δοκῶ τὴν ἀπολογίαν. ὅ,τι γάρ μοι χρόνος οὔπω ὡραῖος πρός γε τὰ τοιαῦτα· καὶ μέν τοι γε καὶ οἱ τῆς ἡσυχίας καὶ τῶν λόγων μανιώδεις καὶ λελυττηκότες ἔρωτες, ἡβῶσιν ἔτι παρ' ἐμοί, καί με μὴ πρὶν εἰς κόρον ἐξάγειν, πράσσειν διισχυρίζονται. τότε γὰρ καὶ τὰ τῆς διανοίας τὸ ἄφετον ἕξειν, καὶ ἀρκοῦν πρὸς θεοῦ λειτουργίαν. τὸ δὲ νῦν ἐμβριθεστέραν εἶναι τὴν τῶν μυστηρίων τόλμαν, ἢ ὡς ἐμέ γε φέρειν ῥᾳδίως ἐνεγκεῖν, ὥσπερ δ' οὖν ἀμάρτημα δὴ τῶν πάντων ἄλλων. ἀλλὰ γὰρ εἴ τι τῶν ἁπάντων ἄλλο, καὶ ὥσπερ δὴ τῶν παντοίων παρ' ἄλλων ἔμοιγε. ὁπόσην γὰρ ἐχρῆν τοῦ πράγματος τὴν πεῖραν, τοσήνδε, ὡς εἰπεῖν, ἀσκῶ τὴν ἀπειρίαν ἐν γε νῦν τῷ παρόντι. τὸ δ' οὕτως ἔχοντ' ἀμαθῶς, κατατολμᾶν τῶν θείων καὶ ἀψαύστων, ὅμοιον ἂν ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐπιπηδᾷ θαλάττῃ, πρὶν ἢ μαθεῖν διανήχεσθαι· οὐδ' ὑγιὲς ἡγοῦμαι, καὶ οὐδὲ πλείστου δέω θαυμάζειν, εἴ τις ἀνάσχοιτό ποτε τοσαύτην τόλμαν ἀνασχέσθαι, λογισμῷ καθεστηκότι πλάττων ἑαυτόν. ποίων μὲν γὰρ οὐκ ἂν εἴη κεραυνῶν, ποίων δ' οὐκ ἂν θαλαττίων πνευμάτων τὸ πρᾶγμα ἐπάξιον; ἔστω, τό γε μὴν πρὸς ἐμὲ εὐμενὲς καὶ κηδόμενον τοῦ σοῦ κράτους, καὶ πρὸς εὐποιίας πάνυ τοι σφόδρα ἐπικλινὲς καὶ ὀξύρροπον, εἴπερ δή τι τῶν ἁπάντων ἕτερον, καὶ ὥσπερ δ' ἐν τοῖς μάλιστα ἔγωγε ἄγαμαι καὶ οὐκ ἔχω, παντοδαπὸς γιγνόμενος, τίσι χρησάμενος ἐννοίαις γνοίην ὅπως ποτὲ, καὶ οἷς τισι τοῖς αἰτίοις αὐτὸς χρησάμενος, ὦ βασιλεῦ, τοιοῦτός μοι γέγονε. ἀλλ', ὡς ἔοικε, πρὸς τὸν κοινὸν δεσπότην ὥσπερ πρὸς ἀρχέτυπον εὐφυῶς ἁμιλλώμενος, οὐκ ἀναμένεις αἰτίας ἀεὶ πρὸ τοῦ ἀγαθόν· ἀλλὰ πῆ μὲν, πῆ δ' αὐτὸς αἴτιος γίνῃ, καὶ σφόδρα φιλότιμος εὐεργέτης. ὃ δὴ καὶ μάλιστα πάσαις ἀρχαῖς οἰκειότατόν τε καὶ πρεπωδέστατον. τὸ γὰρ προϋπηργμένης αἰτίας εὐεργετεῖν, οὐ μᾶλλόν γ' ἂν εἴη τοῦ δρῶντος, ἢ τοῦ τὴν αἰτίαν προβεβλημένου. καὶ νῦν γέγονέ σοι τὸ τῆς ἕξεως φύσις ἀμεταβλήτους ἔχουσα, καὶ ὥσπερ ἕκαστα τῶν ὄντων τὸ τῆς φύσεως ἴδιον αὐτομάτως ἀποτελεῖ, καὶ ὑγραίνει μὲν ὕδωρ, καίει δὲ πῦρ, καὶ τἄλλα ὡς ἡ φύσις ἑκάστῳ κεχειροτόνηκεν, οὕτω δίεισι τὸν πάντα αἰῶνα διατελοῦντα οὐδαμῇ οὐδαμῶς, οὐδ' ἐπώποτ' οὐδ' ἡμέρας ἀποχειροτονῆσαι δεδιωγμένης τροπῆς. οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς πεφυκὼς πρὸς εὐεργεσίας, ὥσπερ καὶ λόγοις καὶ πράγμασιν, οἱονεί τι φύσεως ἄτρεπτον καὶ ἀκήρατον ἴδιον, οὐδέποτε οὐδαμῇ διαλείπεις διατελῶν. ἐνθένδε τοι καὶ χάριτας ἁπάσας ἐθέλων ὁμολογεῖν, ἔπειτα τὸ πρὸς ἀξίαν οὐκ ἔχων, οὐχ ἧττον ἐμαυτῷ γε ὀργίζομαι τῷ τε λόγῳ καὶ τῷ χρόνῳ τιμωρῶ. δυοῖν γὰρ κατ' οὐδὲν οὐδέτερος ἔοικεν ἀνέγκλητος ἔμοιγε φαίνεται. ὅ,τι γὰρ λόγος κυριώτερος ὢν τῆς ὕλης, καὶ προσήκων μᾶλλον ἀρεταῖς, ἐδόκει δέ μοι καθ' ὅ,τι τοῦ χρόνου μὴ τροπῇ, μηδὲ φθορᾷ τινι λατρεύειν, ἀλλ' ὁμοίως ἔχειν ἐν παντὶ διαπαντὸς τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν ἀποφαίνειν ἀποχρώντως· ὁ δὲ λέληθεν ἤδη μεταβαλὼν καὶ αὐτός.

ἐπειδὰ

ἐπειδὴ σοί γ' ἐντετύχηκε τῷ μακρῷ θησαυρῷ τῶν καλῶν. οὕτω γὰρ ἀσθενῶς ἔσχεν, ὡς οὐδένας τῶν αὐτῇ χρωμένων ὑμνῆσαι πρὸς ἀξίαν τὰ σά, πάλαι πολλοῦ δεῖν χρόνου παρελθόντας τε καὶ παρωχημένους. οὔκουν οὐδ' αὐτὸς θαῤῥήσας ἧκον, ὡς τῆς ἀξίας ἴσως δυνησόμενος ἐφικέσθαι. καί τοι γε ἐβουλόμην γ' ἂν μᾶλλον, ἢ πάντα μοι ἐγγενέσθαι χρήματα. μεγίστην γὰρ ἂν οὕτω τοῖς ἐμοῖς παρεῖχον λόγοις τὴν εὐγένειαν, ὥσπερ ἄρα καὶ ταῖς ἑαυτῶν χερσὶν οἱ τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἁπτόμενοι. ἀλλὰ πολλῶν τῶν ἐκ τῆς παροιμίας ἡμῖν ἀδυνάτων ἐν ταῖς βίβλοις κειμένων, ἕν τι τῶν πολλῶν καὶ τοῦτο κινδυνεύει καὶ εἶναι καὶ λέγεσθαι. ἐνταυθοῖ δὲ τοῦ λόγου γενόμενος, ἀνεμνήσθην τοῦ Ἀττικοῦ μύθου, ἐν ᾧ τὸν Μῶμον ἀχθόμενον εἰσάγει τῷ Διῒ, καὶ ἀποσκώπτοντα, ὅτι μὴ συμπαρήγαγε τῷ τοσῷδε καὶ τοιῷδε κάλλει τοῦ παντὸς, καὶ τὸν ἄξιον τοῦ παντὸς ἐπαινέτην. κατὰ ταυτὰ γάρ μοι καὶ αὐτῷ καὶ ἀποσκώπτειν ἔπεισι, καὶ ἄχθεσθαι τῷ χρόνῳ νυνί. εἴπερ καὶ γὰρ ὡς τοσούτων ἀγαθῶν ἔμπλεων προενήνοχεν ἄνθρωπόν σε, καὶ οἷον οὐ μέχρι σοῦ, ὁ δὲ καὶ τοὺς ὑμνήσοντας ἀξίως συμπροενήνοχε, πάνυ γ' ἂν ἐποίει δεδογμένα τῷ προσήκοντι λόγῳ. νῦν δ' ἐξ ἡμισείας φιλοτιμεῖται τὰ κάλλιστα. πάλαι μὲν γὰρ ἐδίδου τὴν σοφῶν τῆς φορὰν, ἐρήμην ἀξίων πραγμάτων. νῦν δὲ τὰ θαύματος ἄξια προενηνοχὼς, ἔλαθε καὶ τοὺς ὑμνήσοντας ἀξίως συμπροενηνοχεῖν, ἄτακτά γε ποιῶν, καὶ ὡς ἀληθῶς ἐπάξια τῆς ἑαυτοῦ φύσεως. ἐπίσης γὰρ ἀτελοῦσι τοῦ ἀτελοῦς καὶ λόγοι, τῶν δεξομένων πραγμάτων οὐκ ὄντων, καὶ θαυμάτων ἐπάξια πράγματα τῶν θαυμασόντων οὐκ ὄντων, οὐδὲ παραπεμψόντων τοῖς ἑξῆς. ὡς νῦν γε μόνοι τῷ χρόνῳ τὴν χάριν ἐχόντων, ὧν οἷον κλέος ἀκούομεν ἐπί τε τῇ φρονήσει, καὶ τοῖς ἄλλοις μέρεσι τῆς ἀρετῆς, εἰωθότι μετά γε τῆς φήμης ἐπὶ μέγα αἴρειν τὰ πράγματα, συναπιόντος μὲν τοῦ παρελθόντος ἐλέγχου τῷ θνήσκοντι. συναπιόντος δὲ καὶ τοῦ ἐκ τῆς συνηθείας ἐγγινομένου κόρου τοῖς πράγμασι. φιλεῖ γάρ πως τὸ μὲν παρὸν ἀεὶ πρὸς κόρον ἀποκλίνειν καὶ μαραίνειν τὸ τερπνὸν, διά τε δὴ τὸ πλείοσιν αἰσθήσεσι, καὶ συνεχῶς εἰς τὸ τοῦ νοῦ συμφέρειν ταμιεῖον, καὶ ἔτι διὰ τὸ τῆς ἐξουσίας τοῦ χρῆσθαι ἀκόλαστον, ὥσπερ αὖ ἐκ τοὐναντίου τὸ παρῳχηκὸς ἀκόρεστον ἀεὶ διατελεῖ, διά γε τὸ σπανίως καί ποτε προσβάλλειν τῶν αἰσθήσεων μιᾷ τινι τῇ ἀκοῇ καὶ μόνῃ. καὶ μέλιτος μὲν γὰρ καὶ κρεῶν καὶ ὅσα πλουσίας τραπέζης εἰσὶν ἀναθήματα, εἰς κόρον ἀπεληλακώς τις, ἐπεθύμησεν ἤδη καὶ τυροῦ καὶ θύμου, οὐχ ὅτι ταῦτα κρείττω ἐκείνων, ἀλλ' ἔδοξαν ἤδη διὰ τὸ σπάνιον τοῦ κεχρῆσθαι. εἰ δ' οὕτω ταῦτα, καὶ κόρος ἀεὶ τοῖς παροῦσιν ἕπεσθαι ὁμολογεῖται, τὰ δὲ σά γε ὄντα διὰ μακροῦ τοῦ χρόνου καὶ βλεπόμενά τε καὶ ἀκουόμενα, κόρον οὐδένα τοῖς κεχρημένοις ἡμῖν οὐδ' ἐπὶ πολὺ ἐμποιοῦσιν, ὅτι μὴ καὶ πόθους ἐξάπτουσι μείζους, ὥσπερ τὰ τῶν ποταμῶν ῥεύματα τοὺς πολλῷ τῷ δίψει καιομένους, ἐπεί γε καὶ τὰ παροιμιώδη τῆς γραφῆς νενίκηκας μετὰ πολλοῦ τοῦ κρείττονος. οὐ γάρ γε γεγηρακότων ἀναλίσκειν ἔχει τις πραγμάτων κύκλους ἐπὶ σοῦ, οἷς ἔξεστι δή που συνείρειν καὶ μυθικά τινα γοητεύματα, τρυφῶντα κατὰ τῆς ἀληθείας, μὴ τοῖς λόγοις ἴσως ἀρκούσης τῆς ἐκ τῶν πραγμάτων ὕλης, καὶ ταυτὰ τοῖς ναυτικοῖς ἐξ ἀπορίας δρᾶν, οἳ μὴ ἐξικνουμένων τῶν φόρτων, ἄμμου θαλαττίου τὰ κενὰ πληροῦσι τῆς ὁλκάδος. ἀλλ' ἐν θεάτρῳ κεῖνται πᾶσιν ὀφθαλμοῖς,

καὶ

poſtquam ad te diuitem bonorum theſaurũ ſe conuertit, animaduerto. Adeò enim debilitata eſt, ut nemo unquam ea uſus, res geſtas tuas ꝑ dignitate celebrare potuerit. Quare nec ego ea ſpe fretus accedere potui, quãuis nihil mihi ſit optatius. his enim uerbis meis dignitatem maximam conciliarem, ſicut ij manibus ſuis qui res ſacras contrectant. Sed cum, ut prouerbio dicitur, multa libris contineantur, quæ nos prȩſtare nequeamus: è multis illis & hoc unum fortaſſe & eſt & dicitur. Hac orationis parte Atticæ fabulæ in mentem uenit, quæ Momum Ioui ſuccenſentem & illudentem facit, quòd cum tanta & tali uniuerſitatis pulchritudine non etiam dignũ uniuerſitatis laudatorem produxiſſet. Eodem enim modo & ipſe tempori nunc & illudere & ſuccenſere queo, quod cum te tantis bonis refertum uirum produxerit, qualem ante te neminem: ſi unà etiam eos qui pro dignitate celebrare te poſſent, genuiſſet, rectè omnino feciſſet, cum nunc pulcherrimarum rerum ſemiſſem tantum oſtentet. Nam olim quidem doctorum hominum prouentum tulit, rebus geſtis deſtitutum: nunc cum res admiratione dignas protulerit, eos etiam qui illas pro dignitate celebrent, gignere eſt oblitum, neglecto utique ordine & planè pro natura ſua. Ex æquo enim imperfectæ orationes ſunt, cum res quibus celebrandis adhibeantur deſunt: & res admiratione dignæ, cum qui eas mirentur, aut ad poſteros celebrent, non reperiunt. Nam nunc quidem ij tempori ſoli debent, quorum ſapientiæ famã aut aliarum uirtutum audimus, quod unà cũ fama res amplificare ſolet. Nam hominis obitum & reprehenſio deſerit, & comitari ſolitum nimiã familiaritatem faſtidium. Nam ea quæ adſunt, plerunque ſatietas comitatur, uoluptatémque imminuit: quòd & plurium ſenſuum adminiculo ſubinde animi receſsibus ingeruntur, & ijs pro libidine & uti & abuti licet. Contrà uerò quæ præterierunt, nihil habent faſtidij, quòd raro, & uni ferè aurium ſenſui offeruntur. Nam melle & carnibus, cæteriſque diuitiis menſæ delicijs ſatiati, caſeum interdum & thymum deſiderant: nõ quod hæc illis præſtent, ſed propter raritatem requiruntur. Quod ſi hæc ita ſunt, ut præſentia faſtidium comitetur: cætera quȩ ex interuallis & uidentur & audiuntur, adeò nos non ſatient, ut uehementius deſiderentur, quemadmodum fluxus animum ab ijs qui magna ſiti afficiuntur: nimirum etiã prouerbia multum uiciſti. Neque enim res uetuſtate obſoletas de te referre quiſquã poteſt, quibus etiam fabuloſa commenta, & ueritati fucum facientia poſſint inſeri, rerum geſtarũ materia forſitã orationem deſtituente: eodẽ planè modo, ꝗ uacuæ naues harena impleri ſolent: ſed in theatro expoſitæ ſunt omniũ oculis, & omniũ linguis & laudib. celebrant.

Momi aſſentatoria reprehẽſio.

Cæterùm

Cæterùm linguam requirunt in Academia & Stoa educatam, & Demoſthenicas lucernas redolentem. Nam bonorum tuorum fontes, omnium huius ætatis eruditorũ linguas iam olim demerſerunt. Quas ob res ne nos quidem inepte facturi ſumus, ſi lingua repreſſa, tuo aſpectu contenti fuerimus. Hac enim de cauſa pluribus ſenſibus ad mentis noſtræ correctionem præditi ſumus, ne quid eorum nos quæ in mundo ſunt lateat: ſed quod in alio deceſſerit, alio pēſetur. Ac ea quidē bona quæ auribus dubijs accipiunt, rectè interpretem poſtulant orationē: quæ uerò in oculos incurrunt, ea ſi quis explicari ſibi iubeat, perinde fecerit, ac ſi quis meridianũ ſolem uertici imminentē exiguo carbunculo demōſtrare inſtituat: preſertim cũ res inuſitatę magnitudinis, quęq; uires orationis ſuperant, tacitè admirari magis cōueniat, ne fortaſſe nō exornemus illas, ſed deformemus. Ecce in cœlis q̃ admirāda res eſt ſol, quòd ita perambulat, ut ineffabilē ſplendorē ſecum trahat. Sed nemo in hunc uſq; diem ſecundũ laudationũ leges palàm eius pulchritudinē & magnitudinem & iucunditatē celebrare auſus eſt. Nam cum nihil ſit in orbe quī cum conferri poſsit, multũ aberit ut quiſquā perſpicuè de eo dicat. Longè uerò minus, uel nullo pacto potius, res tuas quiſquā enarrabit, qui quicq̃d in rebus humanis uel pulchritudine uel magnitudine excellit, es cōplexus. Quòd ſi à te laudationũ leges petitę eſſent, eſſent eæ non modò magis uarię & copioſiores & artificioſiores, ſed & illuſtriores & ſinceriores, neq; à fide ueri abhorrere uiderentur. Nunc uerò ut roſa languida, amiſſa, ubi non oportebat, uenuſtate, alijs fortaſsis uſui eſſe uideantur: tibi uerò uſq; adeò inutiles ſunt, ut aereis uolucribus lineæ ueſtes. Quare mihi dubitanti, & ad quod dignum exemplar orationem referrem neſcienti, eo utendum eſſe uidetur, quod ſit longè inferius.
» Ita enim ſunt res humanæ, ut
» aliàs copia abundent, aliàs penuria laborent,
» & ſubinde aliter atque aliter ſeſe habeant.
» Quare medicina illis non ſimplex, ſed uaria
» eſt adhibenda: & ſi hac minus ſucceſsit, res
» alia uia aggredienda. Eſt enim omnium re-
» rum cognatio quædam & ſimilitudo, pro-
» pterea quod ex ijſdem elementis omnes conſtant.
Ecce enim facibus & rogis utimur, cum ſolis ſplendore deſtituimur, & noctu uelutì alium quendam ſolem machinamur. Atque etiam cum totum mundum exprimere ſtudeamus, ac circulos & motiones cœli, & cum terra configurationes: paruis quibuſdam cum globulis adumbramus. Quòd ſi ad pictorum artes ſermonem tranſtulerimus, ibi uerò imaginum & exemplorum copiam inueniemus, & uerè ſcenam quandam arte hiſtrionica refertam, quæ indicia quædam ueritatis utcunque coloribus nonnullis repręſentet. Nam cùm alia, tum uniuerſitatis

huius

καὶ πάσαις ἐκβοῶνται γλώσσαις, καὶ εἰσὶν οὐδ' ἐν ὧν ἐγκωμίων ἔκδημα. μόνην δ' ἀπαιτοῦσι γλῶτταν τρόφιμον ἀκαδημίας, καὶ στοᾶς, καὶ λύχνων δημοσθενικῶν ἀπόζουσαν· πασῶν γὰρ ὅσαι νῦν εἰσὶν ἐν λόγοις γλῶσσαι, πάλαι πολλήν τινα κατεψηφίσαντο τὴν ἧτταν τῶν σῶν ἀγαθῶν αἱ πηγαί. ὥστ' οὐκ ἄτοποί τινες οὐδ' ἡμεῖς ἂν φανείημεν, εἰ τὴν γλῶτταν χάσαντες τοῦ λέγειν, ὄψει μόνῃ γε τῶν σῶν κατατρυφῷμεν. τούτου γὰρ εἵνεκα καὶ πλείοσι τοῖς αἰσθητηρίοις πρὸς τὴν τοῦ ἡμετέρου νοῦ κεχρήμεθα βελτίωσιν, ἵνα μηδ' ἓν ἡμᾶς διαδιδράσκῃ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ τὴν ἧτταν θατέρου θάτερον ἀνακτᾶται. ἃ μὲν οὖν τῶν καλῶν ἀμφισβητησίμως προσδύεται πρὸς τὴν ἀκοήν, εἰκότως ἂν καὶ ἑρμηνείας ζητήσειε λόγον. εἰ δέ τις ζητοίη, ὅμοιον ἂν ποιοίη, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν σταθηρᾷ μεσημβρίᾳ τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς ἀξιοῖ δεικνύειν ἥλιον, διὰ σμικροῦ τινος ἄνθρακος. ἄλλως τε καὶ τὰ τῶν πραγμάτων ὑπερφυᾶ καὶ λόγου νικῶντα δύναμιν, σιγῇ μᾶλλον ἁρμόττει θαυμάζειν, εἰ δ' οὖν λήσομεν αὐτ' ἀντ' εὐδοξίας ἀδοξίαν προσάπτοντες αὐτοῖς. ἰδοὺ γὰρ ὑπερφυές τι χρῆμα τῶν οὐρανίων καὶ ἥλιος, καὶ ἀμήχανόν τινα δίεισιν ἐπισυρόμενος τὴν ἑαυτοῦ λαμπρότητα. ἀλλ' οὐδείς πω μέχρι καὶ τήμερον κατὰ τοὺς τῶν ἐγκωμίων ἐθάρρησε νόμους εἰς προὖπτον ὑμνῆσαι κάλλος αὐτοῦ καὶ μέγεθος καὶ τερπνότητα. μηδὲ γὰρ ἔχον ὅτῳ τις παραβάλῃ τῶν ἐν κόσμῳ, πολλοῦ δὲ δήπου πλείονος, ἢ μᾶλλον τοῦ παντός γε δεήσει πᾶς τις ἁρμοττούσῃ γλώττῃ διεξιέναι τὰ σά, ὃς ἅπαντα τῶν ἐν ἀνθρώποις τὰ κάλλιστα καὶ ὑπερφυᾶ, συλλήβδην ἔχεις συλλαβών. καὶ μὴν εἰ μὲν ἀπὸ σοῦ γε ἦσαν ἠργμένοι τῶν ἐγκωμίων οἱ νόμοι, οὐ μόνον ποικιλώτεροι ἂν ἐγίγνοντο, καὶ πλείους τῇ τέχνῃ παρεῖχον τὰς ἀφορμάς, οἱ δ' αὐτοὶ καὶ καθαρώτεροι σοι προσβάλλοντες καὶ ἀκίβδηλοι, οὐ τελέως ἂν ἐνδεεῖν ἐδόκουν τοῦ εἰκότος. νυνὶ δὲ καθάπερ ῥόδον μαλαχθὲν καὶ ἀπολέσαν τὴν ὥραν ἐν οἷς οὐκ ἐχρῆν, ἄλλοις μὲν δή τισι φανεῖεν ἂν ἴσως οὐκ ἀξιωτελεῖς. σοὶ δ' οὕτω καὶ πάνυ τοι σφόδρα ἀξιωτελεῖς, ὥσπερ τοῖς ἀβροβάμοσι πτηνοῖς τὰ ἐκ τῶν λίνων ἐνδύματα. ὅθεν μοι διαποροῦντι καὶ ἥκιστα δυναμένῳ πρὸς ἄξιον ἀναφέρειν τὸν λόγον παράδειγμα, χρῆσθαι ἔπεισι πολλῷ τοῦ δέοντος ἐνδέοντι. τοιαῦτα γὰρ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, τῇ μὲν εὐποροῦντα, τῇ δ' ἀποροῦντα, καὶ ἀεὶ ἄλλοτ' ἄλλως ἔχοντα. ὅθεν καὶ οὐχ ἁπλῆ τις ἔστι, μὴ καὶ μάλα γε πολύτροπος ἡ τούτων θεραπεία. ἐντεῦθεν εἰς παροιμίαν, καὶ ὁ δεύτερος πλοῦς ἐξενήνεκται· καὶ τῶν πρώτων ἀποτυγχάνοντες, δευτέρων ἁπτόμεθα, καὶ τρίτων ἴσως. συγγένεια γάρ τις ἥκει διὰ πάντων καὶ ὁμοιότης, ἅτ' ἐκ τῶν στοιχείων, ὥσπερ ἐκ μιᾶς τινος μητρὸς καὶ ῥίζης εἰληφότων τὴν τοῦ εἶναι σύστασιν. ἰδοὺ γὰρ καὶ λαμπάσι καὶ πυρσοῖς κεχρήμεθα, ἕως ἐν μὲν στερήσει τῆς τὰ πάντα βοσκούσης λαμπάδος, οἱονεί τινα δεύτερον ἐκ μηχανῆς ἥλιον πράττοντες τῇ νυκτί. καὶ αὐτὸν δὲ τὸν πάντα κόσμον εἰκονίζειν ἐθέλοντες, καὶ κύκλους καὶ κινήσεις οὐρανοῦ, καὶ ὡς ἔχει σχήματος εἰς τὰ περίγεια, μικροῖς τισι σώμασι σφαιρικοῖς ὑποφαίνομεν. αὖ δὲ καὶ πρὸς ζωγράφων τέχνας ἀπαγάγωμεν τὸν λόγον, ἐνταῦθα δὴ καὶ ἀφθονίαν εἰκόνων καὶ παραδειγμάτων εὑρήσομεν, καὶ σκηνὴν ὡς ἀληθῶς ὑποκρίσεως γέμουσαν, καὶ ἀμυδροῖς τοῖς χρώμασιν ἐπιπλαττομένας ἔχουσαν τἀληθοῦς τὰς ἐμφάσεις. τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ τὸν τοῦ παντὸς ὑποκει-

νόμενοι

νόμενοι δημιουργοὶ ἐκεῖνοι. ἐπεὶ γὰρ μήτε πνοὴν ταῖς δημιουργουμέναις σκιαῖς δεδυνημένοι χαρίζεσθαι, μήτε ζωογόνον τοῖς σπέρμασιν ἥλιον, παίζουσιν οἷον ἐν ταῖς ὕλαις καὶ τοῖς χρώμασι. καὶ τῇδε μὲν ἐκ γῆς ἀνάγουσι τὸν σῖτον δεικνύουσιν ἔτι χλοάζοντα καὶ γαλακτοτροφούμενον, τῇδε δ' αὖ τελεσφόρον δεικνύουσι, μήθ' ὑπὸ καλάμῃ καὶ φλοιῷ καὶ ἀνθέρικι ἔτι καλύπτεσθαι θέλοντα, καὶ μονονοῦ τὸ δρέπανον προσκαλούμενον, καὶ ταῦτα ποιοῦσι μήθ' ὥραν περιμένοντες, μήτ' ἄστρων ἐπιτολάς τε καὶ δύσεις, ἀλλὰ μιᾶς ἡμέρας ἐνίοτε βλάστην τε σίτου καὶ ἅλωνος ὥραν δεικνύντες. καὶ ἡμεῖς τοιγαροῦν μὴ δυνάμενοι τἀκριβοῦς ἐν τῷ παρόντι κατατυχεῖν, δεύτερον μετίμεν πλοῦν. καὶ παραδείγμασι κεχρήμεθα πρὸς ἀληθείας ἔνδειξιν, οὐ μάλα μὲν ἀξίοις, μάλα δ' ἐκ γνώμης ἀκιβδήλου. νῦν γὰρ ἔδει κατ' οὐρανὸν τοὺς μεγέθει καὶ κάλλει διαπρεπεῖς τῶν ἀστέρων, ἐφ' ἕνα τινὰ τοῦ οὐρανίου ξυνεληλυθότας σώματος τόπον, διαζωγραφῆσαι καὶ ἀσφαλέστατα ἐγχαράξαι τῶν σῶν γνωρισμάτων τὰ κάλλιστα, ἵν' ὥσπερ τὴν τοῦ θεοῦ διηγοῦνται δόξαν οἱ οὐρανοί, οὕτω καὶ τὸ σὸν διατρανοῦντες ἔχοιεν μνημόσυνον ἐν πᾶσι τοῖς αὐτῶν ἑλιγμοῖς ἀεί, καὶ περιφανέστατον αὐτοκρατορίας ἀρχέτυπον σε τοῖς ἐφεξῆς προβαλλόμενοι. νῦν ἔδει πάντας ἀνθρώπους, ἐφ' ἕνα τινὰ τοῦ ἐπιγείου ξυνεληλυθότας σώματος τόπον, εὐχήν τινα μίαν ταύτην ποιήσασθαι πρὸς τὸν παρασχόμενόν σοι τὸ βασιλεύειν, δι' αἰῶνός σοι καὶ τὸ ζῆν παρασχεῖν, καὶ διαμένειν διδάσκαλον τῶν ἐθελόντων ἄρχειν ἑκασταχοῦ, οἷα γυμναστήν τινα πάσης ἀρετῆς καὶ παγκόσμιον ἑλλανοδίκην. νῦν ἔδει πᾶσαν ἀνθρωπίνην γλῶτταν τὴν ἐμὴν ἀνειληφέναι γνώμην, πρύτανιν τῶν λεγομένων, ἵν' ἦν ἐντεῦθεν καὶ κοινή τις τελετὴ καὶ πανήγυρις, καὶ συμφωνία παγκόσμιος ὑπὲρ σοῦ καὶ τῶν σῶν. οὐ κωλύω ἀλλ' ἐπειδή περ ἐν τῷ παρόντι ἡμῖν ὡμολόγηται, μεῖζον ἢ κατὰ λόγου δύναμιν εἶναι τῶν σῶν ἐγκωμίων τὸ μέγεθος, καὶ οὐδὲ πολλαῖς γλώσσαις ἁλώσιμον, εἰ τὴν ἀξίαν ζητείη τις, λοιπὸν ἂν εἴη καταλύειν ἐντεῦθεν τὸ τῆς γνώμης καὶ ἄκοντας πρόθυμον. μανία γὰρ σαφὴς ἂν εἴη, τὸ τοῖς ἀδυνάτοις ἄντικρυς ἑκόντας ἐγχειρεῖν. ἐμοὶ μὲν οὕτω τὰς διδομένας ἀπαγορεύσαντι τιμάς, βίαν ἐπενεγκεῖν ὁ βασιλεὺς ἐβούλετο μέν, δεῖν δ' ὅμως οὐκ ἔκρινεν· ἀλλ' ἡσύχασε, ταμιευσάμενος εἰς ἕτερον τὸ πρᾶγμα καιρόν.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΠΙΔΗΜΗΣΑΝΤΩΝ τῇ κωνσταντινουπόλει θαυματοποιῶν.

Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον τῇ κωνσταντινουπόλει κατὰ πάροδον ἐπιδεδημηκότας ἐθεασάμεθα, θαυματοποιεῖν τινα τέχνην ἐξησκημένους ἄνδρας, οὐ μείους τῶν εἴκοσιν, οἵους οὐδείς που τῶν ἡλικίᾳ προβεβηκότων οὔτ' ἀκοῇ ἔσχεν, οὔτ' ὄψει τεθέαται. οὓς πρῶτα μὲν ὁρμηθέντας ἐξ αἰγύπτου, καὶ ὥσπερ τινὰ κύκλον ποιησαμένους, διελθεῖν ἐξεγένετο πρὸς ἕω καὶ ἄρκτους τὴν ὁδὸν ποιουμένους, χαλδαϊκήν τε καὶ ἀραβίαν καὶ περσικήν, μηδικήν τε καὶ τὴν τῶν ἀσσυρίων γῆν. πρὸς δ' ἑσπέραν ἀποκλίναντας, τὴν περὶ τὸν καύκασον ἰβηρίαν, κολχικήν τε καὶ ἀρμενίαν, καὶ ὅσα

huius architecturam exprimentes, cum neque ſpiritum ijs quas faciunt umbris impertiri, neque uiuificum ſeminibus ſolem: in materia colores, ludi & ioci quidam ſunt illorũ. Ac inde quidem germinantem ſegetem è terra producunt, & herbeſcentem uiriditatem: illic uerò adultam oſtendunt, quę neque culmo neque ſpicis, neque ariſtis iam ſe contineri uelit, & falcem tantum non flagitet: eáque faciunt, nec tempore expectato, nec aſtrorũ exortu uel occaſu, ſed uno ſæpe die, & ſegetem germinantem & maturum frumentum oſtendunt. Ad eundem modum & nos, qui ueritatẽ aſſequi nequimus, id facimus quod licet, exemplíſque utimur indignis illis quidem, ſed ex animo ſincero depromptis. Nũc enim oportebat ſtellas magnitudine & ſplendore illuſtres in unũ cœli locum coactas depingere atque informare, quibus tua uirtus agnoſceretur, ut quemadmodum Dei gloriã cœli enarrant, ita & tuam memoriam in omnibus ſuis conuerſionibus explicarent, & illuſtriſsimum Imperatoriæ maieſtatis archetypum te poſteritati proponerent. Nunc omnes homines in unum aliquem telluris congreſſos locum, unum hoc uotũ facere oportebat, ad eum qui tibi poteſtatẽ iſtam dedit, ut & immortalem tibi uitã donaret, quo magiſter eorum eſſes qui ubiuis terrarum regnare uellent, uelut omnis uirtutis gymnaſtæ & uniuerſali Hellanodicæ. Nunc omnis humana lingua debebat meum aſſumere animum, eorum quę dicerentur promum, ut inde communis quædam feſtiuitas & ſolennitas, & totius mundi de te & tuis conſenſio exiſteret. Cæterùm, quia iam confeſsi ſumus, ampliorem eſſe laudum tuarũ magnitudinem, quàm quæ oratione comprehẽdi queat, ac ne multis quidem linguis ediſſeri, ſi quis dignitatem ſpectet: id ſcilicet reſtat, uti iam uel inuiti alacritatem animi noſtri omittamus. Manifeſti enim furoris fuerit, ea ſuſcipere ultrò, quæ nullo modo ſuſtineri queant. Cum igitur oblatos honores nos ad hunc modum recuſaſſemus, uim quidẽ afferre nobis uoluit Imperator: ſed cum id non oportere fieri cenſeret, quieuit, re in aliud tempus reiecta.

DE PRAESTIGIATORIBUS quibuſdam, qui Conſtantinopolim uenerunt.

Sub hoc tempus Conſtantinopolim obiter ingreſſos uidimus mirabilium operum arte inſtructos uiros amplius uiginti, quales nemo unquam prouectę ætatis homo uel audierat, uel uiderat: qui primùm ex Aegypto progreſsi, ueluti circulum quendam confecerant, Oriente & Septentrione peragrato, Chaldæa, Arabia, Perſia, Media, Aſſyria: deflexóque itinere in Iberiam Caucaſo finitimam, Colchicam, Armeniam, cæte-

raſq́ gentes peruagati, quæ Byzantium uſq́ habitant, artem ſuam in omnibus prouincijs oſtentarant. Quæ autem ab illis agebantur, erant illa quidem monſtroſa, & ſanè mirabilia, non tamē quicquam cum diabolicis præſtigijs commune habebant: ſed ſtudia quędā dextri ingenij, longo tempore huiuſmodi in rebus uerſati, erant. Vt autē breuiter pauca ex illis narremus: Nauis onerariæ malos binos uel ternos funib. hinc inde in ſolo quopiam firmabant, ne in alteram partem inclinarent. Deinde funem alium ex unius mali cacumine in alterius cacumen extendebant,

Funambuli

prætereaq́ alium funem à ſolo ad cacumen circumplicantes, gradus aliquot quib. aſcenderent, faciebant, per quos unus ex eis cum euaſiſſet, nudo cacumini mali inſiſtebat, nūc alterum pedem, nunc ambos uerſus cœlum extendens, caput uerò deorſum uerſus mali cacumen inclinans: pòſt ſubito ſaltu facto, unaq́ manu fune fortiter comprehenſo, inde pendebat, & ita ſæpe ſeſe rotabat & circumagebat, ſurſum uerſus cœlum, & infrà uerſus terram paulo momento & continenter trochi in morem. Deinde inflexo crure, manus uice fune prehenſo, ſupinus dependebat, atque ita rurſus eodem modo ſe circumagebat & rotabat. Mox rectus in medio fune ſtans, arrepto arcu & ſagittis, ad ſcopum eminus poſitum collimabat, adeò ſolerter, ut qui humi conſiſteret, melius non poſſet. Deinde clauſis oculis accepto in humeros puero in ſublimi fune ambulabat, ab altero fune ad alterū. & hæc unus agebat.

Equites.

Alius uerò equo inſidens, ad curſum illum extimulabat, eoq́ currente nunc erectus in ſella ſtabat, nunc in equi iuba, in fronte, nunc in clunibus, pedibus ſemper dextrè implexis, & uelut auis in morem uolitans. Nunc ex equo currente deſcendens, eiuſq́ cauda prehenſa inſiliens, rurſus in ſella ſedens conſpiciebatur, & inde rurſus ex altera ſellæ parte ſe demittens, & circum equi uentrem ſe circumagens, facile ex altera parte aſcendebat, ac rurſus in eo uehebatur. Quibus rebus cum occuparetur, ne id quidem negligebat, ut equū flagello ad curſum incitaret. Et hæc alter è præſtigiatoribus illis faciebat.

Vaſa in capitibus.

Alius uerò claua cubiti magnitudine capiti impoſita, in eaq́ uaſe humore pleno collocato, ita circuibat, ut uas diu non agitaretur. Alius & ipſe longam haſtam in capite ſuo ſtatuebat, tribus orgyis nō breuiorem, fune infernè uerſus apicem circumplicato graduum inſtar: quos puer, manibus & pedibus aſcendebat paulum alternantibus uſque ad haſtæ cacumen, & rurſus inde deſcendebat: at qui haſtam in capite gerebat, cōtinenter obambulabat. Alius uitreū globum in altū iactabat, & relabentē nūc extremo man' ungue excipiebat, nūc poſteriore cubiti parte, nūc aliter atq; aliter. Omitto

καὶ ὅσα μέχρι Βυζαντίου μεταξὺ κατοικοῦσιν ἔθνη, καὶ πάσαις χώραις καὶ πόλεσι τὴν ἑαυτῶν ἐπιδείξασθαι τέχνην. τὰ μέντοι τελούμενα ὑπ' αὐτῶν, τερατώδη μὲν ἦσαν καὶ θαύματος πλήρη, οὐ μὴν δαιμονικῆς τινος μαγγανείας μέτοχα. ἀλλ' ἐπιτηδεύματα φύσεως δεξιᾶς, ἐγγυμνασθείσης ἐκ πλείονος ἐς ἔργων τοιούτων ἄσκησιν. ἵνα δ' ὡς ἐν κεφαλαίῳ τινὰ τῶν πολλῶν διεξέλθωμεν, ἦσαν τοιάδε. ὁλκάδος ἱστοὺς τινὰς δύο καὶ τρεῖς λαμβάνοντες, καὶ ὀρθίους ἐπὶ δαπέδου τινὸς ἱστῶντες, καλωδίοις ἔνθεν κἀκεῖθεν ἐπήρειδον, ὅσον μὴ ἐπὶ θάτερα περιτρέπεσθαι. ἔπειτα σχοῖνον ἑτέραν ἐκ τῆς τοῦ ἑνὸς ἱστοῦ κορυφῆς ἐς τὴν τοῦ ἑτέρου διέτεινον. καὶ πρὸς τούτοις ἑτέραν σχοῖνον ἀποκρεμαστὸν ἄχρι κορυφῆς περιελίσσοντες, βαθμίδας τινὰς ἐλλιποῦσας ταῖς αὐτῶν ἀναβάσεσιν ἔπραττον, δι' ὧν ἀνιὼν εἷς αὐτῶν, ἵστατο ἐπ' ἀκροτάτῃ καὶ γυμνῇ τῇ κορυφῇ τοῦ ἱστοῦ, νῦν μὲν * θατέρῳ τοῖν ποδοῖν, νῦν δ' ἄνω μὲν ἄμφω τὼ πόδας πρὸς οὐρανὸν ἐξαπλῶν, τὴν δὲ κεφαλὴν κάτω πρὸς τῇ κορυφῇ τοῦ ἱστοῦ προσερείδων. ἔπειτ' ἐκεῖθεν ἅλματι χρώμενος αἰφνιδίῳ, μιᾷ χειρὶ τῆς σχοίνου ἐρρωμένως ἐκρατεῖτο καὶ ἐξήρτητο, καὶ πολλὰς οὕτω τὰς περιστροφὰς καὶ περιδινήσεις ἐποίει, ἄνω τε πρὸς οὐρανὸν καὶ κάτω πρὸς γῆν τοὺς πόδας ἐν βραχεῖ, καὶ συνεχῶς περιστρέφων, δίκην τροχοῦ. ἔπειτ' ἀντὶ χειρὸς κοίλῃ τῇ κνήμῃ τῆς σχοίνου δραττόμενος ἐξήρτητο ὕπτιος. καὶ οὕτως αὖθις ὁμοίως τὰς περιστροφὰς καὶ περιδινήσεις ἐποίει. ἔπειτα ὄρθιος ἐπὶ μέσης τῆς σχοίνου ἱστάμενος, καὶ λαμβάνων τόξον καὶ βέλη κατά τινος μέσου ἐτόξευε πόῤῥω κειμένου· καὶ ἔβαλλεν οὕτω πάνυ τοι εὐστοχώτατα, ὡς οὐδ' ἐπὶ γῆς ἱστάμενος ἕτερος. ἔπειτα μύων τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ λαμβάνων ἐπὶ τῶν ὤμων παιδίον νεαρόν τινα, τὴν πορείαν ἐβάδιζεν ἐπὶ τῆς σχοίνου ἐξ ἑνὸς ἱστοῦ πρὸς τὸν ἕτερον. καὶ ταῦτα μὲν οὗτος ἐποίει. ἕτερος δ' ἐφ' ἵππου καθήμενος, τρέχειν ἐμάστιζε· καὶ τοῦ ἵππου τρέχοντος, ὄρθιος αὐτὸς νῦν μὲν ἐπὶ τῆς ἐφεστρίδος ἵστατο, νῦν δ' ἐμπροσθεν ἐπὶ τῆς τοῦ ἵππου χαίτης, νῦν δ' ὄπισθεν ἐπὶ τῶν τοῦ ἵππου γλουτῶν, εὐφυῶς ἀεὶ παραλλάττων τοὺς πόδας, καὶ ὥσπερ ἱπτάμενος δίκην πτηνοῦ· νῦν δ' αὖθις ἀποβαίνων τοῦ ἵππου τρέχοντος, καὶ τῆς οὐρᾶς δραττόμενος καὶ ἐναλλόμενος, ἐπὶ τῆς ἐφεστρίδος αὖθις ἑωρᾶτο καθήμενος. κἀκεῖθεν αὖθις χαλῶν ἑαυτὸν ἐκ θατέρου τῆς ἐφεστρίδος μέρους, καὶ κάτωθεν διὰ τῆς τοῦ ἵππου κοιλίας περιστρεφόμενος εὐπετῶς, ἐκ θατέρου μέρους ἀνῄει καὶ ἐπωχεῖτο αὖθις. τούτοις δ' ἀσχολῶν ἑαυτὸν, οὐδὲ τοῦ τὸν ἵππον πρὸς δρόμον ἐπάγειν ἠμέλει τῇ μάστιγι. ταῦτα μὲν δὴ καὶ οὗτος τῶν τερατοποιῶν ἐκείνων ἐποίει. ἕτερος δ' ἐπὶ τῇ κορυφῇ ἑαυτοῦ ῥόπαλον πηχυαῖον ἱστῶν, καὶ ἐπὶ τοῦ ῥοπάλου ἄκρου ἀγγεῖον ὑγροῦ μεστὸν, περιῄει διασώζων ἀκλόνητον τὸ ἀγγεῖον ἐπὶ πολύ. ἕτερος δ' ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ κορυφῆς καὶ αὐτὸς ἱστῶν δόρυ μακρὸν οὐ μεῖον τριῶν ὀργυιῶν, περιειλημμένον σχοινίῳ κάτωθεν, ἄνω δίκην βαθμίδων· δι' ὧν χερσί τε καὶ ποσὶ περιδραττόμενος παῖς τις, ὁ μὲν παῖς ἀνῄει βραχὺ παραλλάττων ἀεὶ χεῖρας καὶ πόδας ἄχρι τοῦ ἄκρου τοῦ δόρατος, καὶ αὖθις ἐκεῖθεν κατῄει. ὁ δ' ἐπὶ τῆς κορυφῆς ἔχων τὸ δόρυ, περιῄει βαδίζων διηνεκῶς. ἕτερος δ' ἐξ ὑέλου σφαῖραν ἔχων ἄνω πρὸς ὕψος ἐῤῥίπτει· καὶ κατιοῦσαν νῦν μὲν ἄκρῳ τῷ τῆς χειρὸς ὄνυχι ἐδέχετο, νῦν δὲ τῷ ὄπισθεν ἄκρῳ τοῦ ἀγκῶνος, νῦν δ' ἄλλως καὶ ἄλλως. ἐῶ λέγειν τὰ τῆς

** θάτερον*

ὀρχήστρας

ὀρχήστρας διάφορα εἴδη, καὶ ὅσα ἐφ' ἡμῶν ἐξετέλεσαν ἕτερα τῶν ἐπιτηδευμάτων. καὶ οὐχ ἕκαστος ἓν μόνον ἀπολαβὼν ἐγίγνωσκεν ἐπιτήδευμα, ἀλλ' ἕκαστος ἅπαντα· οὐδ' ἃ διεξῄειν μόνα ταυτὶ ᾔδεσαν, ἀλλὰ μυρία ἕτερα. οὐκ ἀκινδύνων δὲ ὄντων τῶν τοιούτων ἐπιτηδευμάτων, οὐδ' αὐτοί γε ἀκίνδυνοι διεγένοντο, ἀλλὰ κρημνιζόμενοι πολλάκις τινὲς διεφθείροντο. πλέους γὰρ τῶν τεσσαράκοντα τῆς πατρίδος ἑαυτῶν ἐξεληλυθότες, μείους τῶν εἴκοσι εἰς Βυζάντιον διεσώθησαν. ἐθεασάμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς, ἕνα τοῦ ἴσου πεπτωκότα τε καὶ θανόντα. πολλὰ τοίνυν ἐκ τῶν θεωμένων συνάγοντες χρήματα περιῄεσαν πανταχοῦ τῆς γῆς, ἅμα μὲν κέρδους ἕνεκα, ἅμα δὲ καὶ τὴν ἑαυτῶν ἐπιδεικνύμενοι τέχνην. ἄραντες δὲ ἐκ Βυζαντίου διὰ Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας ἀπῄεσαν ἄχρι Γαδείρων, μικροῦ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τῆς ἑαυτῶν τέχνης ποιούμενοι θέατρον. ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις οἱ Τοῦρκοι κατεγνωκότες οὕτω νοσοῦντα καὶ λίαν αἰσχρῶς τὰ Ῥωμαίων διακείμενα πράγματα, ναυπηγεῖν ἤρξαντο καὶ ἐπιβαίνειν θαλάσσης, ἀδεῶς τε καὶ κατὰ πλῆθος. καὶ ναυλοχεῖν μὲν ἀνιούσας καὶ κατιούσας ὁλκάδας, κατατρέχειν δὲ καὶ Μακεδονίαν καὶ Θρᾴκην, κατατρέχειν δὲ νήσους μικράς τε καὶ μείζους, καὶ πάντ' ἐπιφέρειν ἐπὶ χείροσιν ἀεὶ τὰ χείριστα, ὡς τῶν βασιλικῶν σπανιζόντων ἔνδοθεν χρημάτων, τὰ τῶν πάλαι βασιλέων κειμήλια δι' ἀνάγκην ἐνδείας πιπράσκεσθαι.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΣΥΡγιάννου φυγῆς.

Ὅτε μὲν μέγας δοὺξ ὁ Συργιάννης, ὁρῶν οὐ κατὰ γνώμην αὐτοῦ χωροῦντα τὰ πράγματα (ὁ μὲν γὰρ ᾤετο, περιδυναστεύειν καὶ ἄγειν καὶ φέρειν ὡς αὐτὸς ἐθέλοι τὰ πράγματα, καὶ μηδὲν ἢ μικρὸν ἢ μέγα διατελεῖσθαι τῶν πάντων ἀγνοοῦντος αὐτοῦ) ἔπειτα παρὰ πᾶσαν προσδοκίαν ἑώρα τὴν βασιλέως γνώμην ὁλοσχερῶς Καντακουζηνῷ τῷ μεγάλῳ τοῦ δομεστίκου μόνῳ προστιθεμένην, ἐπίμπρατο τὴν καρδίαν, καὶ διῆγεν ἐσκυθρωπακὼς καὶ ἀνιώμενος, καὶ ἐσκοπεῖτο καθ' ἑαυτὸν πῶς ἂν ἀμύναιτο τὸν βασιλέα· ὃς ἃ ὑπισχνεῖτο πρότερον, νῦν ἐν τοῖς ἔργοις οὐδενὸς ἐμέμνητο, ἀλλὰ πάντ' ἦν δρῶν τἀναντία, παρορῶν τε αὐτὸν ὡς ἕνα τῶν πολλῶν, καὶ μηδενὸς κοινωνοῦν αὐτῷ βουλεύματος. ἔγνω τοίνυν τῷ γηραιῷ προστεθεὶς βασιλεῖ, πάντ' ἐν βραχεῖ τὰ τοῦ νέου ἀνατρέψαι διαβούλιά τε καὶ πράγματα. οὐ γὰρ θεῷ τὰς τῶν πραγμάτων αἰτίας ἀνετίθει, ἀλλ' ὅποι ῥέψειεν αὐτός, ἐκεῖ καὶ τὸ ἰσχυρὸν τῶν πραγμάτων καθάπερ ὑπ' ἀνάγκης φέρεσθαι τινὸς ἐνόμιζε. πέμπει τοίνυν τινὰ τῶν οἰκειοτάτων αὐτοῦ λάθρα, δηλοῦντα τῷ γηραιῷ βασιλεῖ τὰ τῆς γνώμης αὐτοῦ, καὶ ὅπως ἔχει τὰ καθ' αὐτόν. προστεθείκει δὲ διὰ τὸ τῆς πίστεως ἰσχυρόν, καὶ ὡς οὐκ ἀνέχομαι βλέπειν τὸν νέον βασιλέα, πειρῶντα τῆς ἐμῆς γυναικός. τῷ μέν τοι γηραιῷ βασιλεῖ, οὕτως εὐφρόσυνος ἡ τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἔδοξε γνώμης μετάθεσις, ὡς τοῖς ὑφ' ἡλίῳ καιομένοις αὔρα θέρους ζέφυρος, καὶ τοῖς δίψει φλεγμαίνουσι πόμα ψυχροῦ. οὐδὲ γὰρ οὐδ' αὐτὸς ἀνέχεσθαι πλέον ἤδη ἐδύνατο, ἑαυτόν τε περιφρονούμενον καὶ ἐμπαιζόμενον οὕτω βλέπων, καὶ ἅμα σὺν ποδὶ αὐτοῦ μικρούς τε καὶ μείζους ἀφαιρεθέν-

ſaltationum uaria genera, cæteráque quæ nobis ſpectantibus mira fecerunt. Neque uerò ſinguli ea ſingula, ſed omnes uniuerſa tenebant: neque ea quæ expoſui tantum, ſed alia ſexcenta ſciebant. Sed cum ea ſtudia periculoſa ſint, ne ipſi quidem periculorum expertes fuerunt, ſed ſæpe præcipitati aliqui perierunt. Nam cum amplius XL patria exceſsiſſent, pauciores XX Byzantium peruenerunt. Vidimus & nos unum malo delapſum interire. Magnam tamen pecuniam à ſpectatoribus colligendo, quòuis terrarum proficiſcebantur, partim lucri faciendi cauſa, partim artis ſuæ oſtentandæ gratia. Digreſsi autem Byzantio, per Thraciam & Macedoniam, Gades uſque peruenerunt, toto ferè terrarum orbe artis ſuæ theatro conſtituto. His temporibus Turci, animaduerſo afflicto & turpi Romani Imperij ſtatu, ædificare claſſes & ingredi mare cœperunt, id'que impunè, & magno numero, & adeuntes ac abeuntes naues onerarias intercipere, atque etiam Thraciam & Macedoniam incurſare, inſulas item tam magnas quàm paruas, & magnas clades maioribus cumulare non deſtiterunt: unde factum, ut exhauſto fiſco, ueterum Imperatorum ornamenta urgente inopia diuendere neceſſe eſſet.

Artis periculoſæ euētus.

Claſsis Turcica Romanis infeſta.

κειμήλια uendita.

DE SYRGIANnis fuga.

Ceterùm magnus Dux Syrgiannes rebus non ex ſententia ſuccedentibus (putabat enim ſe uelùti conſortem Imperij fore, & ſuo arbitratu moderaturum omnia, neque paruum aut magnum quicquam ſe neſciente actum iri) cum præter omnem expectationem cerneret, Imperatoris animũ Cantacuzeno magno Domeſtico prorſus eſſe deuinctum, dolore atque inuidia æſtuabat: ac mœſtus ſecum meditabatur, quomodo ulciſceretur Imperatorem, qui eorũ quæ uerbis antè promiſiſſet, nunc reipſa nullius meminiſſet, ſed contraria potius omnia faceret: quippe à quo ut unus è multis deſpiceretur, nec ulli conſultationi adhiberetur. Decreuit igitur, ſe ad ueterem Imperatorem cõferre, ac breui tempore omnia conſilia, res omnes nouitij euertere. Neque enim quicquã ad Deum referebat: ſed quò ipſe inclinaſſet, eòdem etiam negocia omnia neceſſariò inclinatura putabat. Itaque per quendam ex intimis ſuis clàm ſuum animum & ſtatum rerum exponit: illo etiam adiecto, quò maior fides haberetur, ſe ne uultum quidem adoleſcentis intueri poſſe, à quo uxoris ſuæ pudicitia tentaretur. Ea Syrgiannis immutatio tam grata Imperatori fuit, quàm ex ſolis ardore æſtuantibus Fauonij flatus, & ſiti confectis frigidæ hauſtus. Nam nec ipſe diutius ferre poterat, ſe ita negligi & deludi: & ab adoleſcente ſummos pariter & infimos ſuos mini-

Syrgiannes à iuniore ad ueterem Imperatorem deficit.

Digitized by Google

ſtros hæreditarijs prædijs eſſe ſpoliatos, & tantum non fame enectos circuire. Quas ob res ſanctiſsimo iureiurando clàm ultrò citróque miſſo, Syrgiannes coactus eſt, rebus ſuis celeriter compoſitis uenire Byzantium: idq; citra moram ignaris omnibus factum. Quod cum fama uulgaſſet, omnium animi ſunt exhilarati, ſummam rerum ſtatim uelut teſſera inuerſa ad ſenem redituram eſſe ſperantium, ueteréſque poſſeſſores Thracica & Macedonica prædia recuperaturos. Sed cum idem Deo uiſum non eſſet, mox inanem eam eſſe ſpem apparuit, ut progreſſu orationis à nobis exponetur.

DE ALTERA IMperatorum diſſenſione.

Sed priuſquam triginta dies elaberentur, cum audiſſet Imperator Michaelem Bulgarorũ principem finitimas Romanorũ urbes & prouincias incurſare, ſtatímq; ad Didymotichum & Adrianopolim cum magnis Scytharũ ad Iſtrum habitantiũ auxilijs progreſſurũ eſſe: Adrianopolim profectus, legatos ad illum mittit, & rupti fœderis cauſam quærit. cui ad hunc modum ille reſpondit: Tu nullo pacto Byzantium ingredi & rerũ potiri potuiſſes, ſi ego auo tuo opem ferre uoluiſſem, & pecuniam & finitimã prouinciam mihi pollicito, quibus nunc tua & tuarum promiſsionum cauſa fraudatus ſum. Quantis enim promiſsis me onerariſ, ipſe noſti, ijsq; longè maioribus quàm auus tuus, nõ tantum ut ne eum adiuuarem, ſed & propter ſororis tuæ matrimonium. At Imperator ad cauendam ignauiæ ſuſpicionem, quanquam non paribus copijs, & ad propulſandũ tantum hoſtem idoneis inſtructus: tamen Martis aleam experiendam eſſe duxit. Naturalem enim audaciam magis quàm rationem aut conſilium ſequebatur, quicquid accidiſſet. Quare magno ſtudio exercitus utrinq; ſe parabant, Romana uerò reſpublica in magno periculo & metu uerſabatur. Mater uerò & domina filio timens, ad utrunque de pacificatione legatos mittit, eosq; reconciliat: quippe amborum mater. Vnde etiam utriuſque obiurgandi autoritatem uſurpare nõ dubitabat. Sic pace facta, Michael maxima pecunia accepta domum redijt. *Socrus Bulgarum placat.*

DE MAGNI LOgothetæ exilio.

Caeterùm magnus Logotheta, cum ſine ulla modeſtia in exilium abduceretur, in ſtranguriam incidit: quæ moleſtior ei fuit, quàm cætera omnia quæ perpeſſus fuerat, carcere inquam, iactura dignitatis, opum ereptione, uilium hominum obtrectatione & conuicio. Imperator uerò auus corrupto ex acerbitate doloris corporis habitu, alterius oculi uſum amiſit: nec multo pòſt alterum etiam, & deinceps in perpetua nocte uixit: ac, ut ſacræ literæ loquuntur, potum ſuum fletu miſcuit, & panem doloris comedit. Omitto enim illuſiones & fœda conuicia, quibus & cuſtodes eum & famuli laceſſebant. Mitto etiam omnibus lotricibus datam licentiam ingrediendi palatium, ad lauandas quorumlibet ueſtes, in aqua quæ per palatij aulã fluebat: & ut à uicinorum iumentis palatium conculcatum & depaſtum ſit, aſinis inquam, equis & bobus, & domeſticis uolucribus: & ſi quid

Senioris Andronici cæcitas & miſeriæ.

Synadeni intēperia.

ſi quid aliud huiuſmodi erat, quod ad illum illudendum pertineret. Quorum omnium inſtructor & machinator erat Protoſtrator, Byzantij adminiſtrationi præpoſitus: ſolus Cantacuzenus magnus Domeſticus, conuicio & animum & linguam & mores incontaminatos, tum erga Imperatorē, tum erga alios qui dignitatibus exciderant, conſeruauit. Cæteri uerò illa mutatione uelut multo mero ebrij, inſolenter fortuna ſunt abuſi. Ille cōtrà naturali prudentia, & magno ingenio ornatus, ſe ad ueterum præſtantium uirorum mores conformabat, & magnificentia morū, & animi liberalitate. Et cū tunc res ei feliciter ſucceſsiſſent, fortunā non laceſsiuit, neq; immodicè ſupercilīū arrexit: ſed retenta animi grauitate intra modeſtiæ limites immotus manſit.

Cantacuzeni modeſtia

» Nunc uerò, inquit, me ſobrium eſſe oportet, cum alij non ebrij eſſe non poſſunt. Proſperi enī ſucceſſus humana ingenia cum primis explorāt, & uæcordes tam inſolentes reddunt, quàm cordatos conſtantiæ, moderationis & grauitatis laudibus cumulant. His temporibus Syrgiannes carcere educitur, ſcripto prius iureiurando dato, & atrociſsima quæq; ſibi imprecatus, ſi quid contra Imperatorem moliretur. Sin quouis modo apud integros iudices mendacij conuinceretur, prēter diras illas, ut etiam capite plecteretur.

Syrgiannes carcere educitur.

Cæterùm hoc & ſequēti anno, ſeditione Romanorum ſedata, & continuis bellis atque excurſionibus intermiſsis: tantam frumenti copiam Byzantij uiderunt, quantam nec maiores illorum longo tempore meminerant.

Copia annonæ.

DE IMPERATORIS ADuerſus Orchanum expeditione.

SEd cum id modò tempus ueniſſet, quo ueris manus arbores comis ornātes, & uarijs herbarum & florum coloribus humum depingentes, amœniſsimum oculis hominum ſpectaculum præbent: Imperator copias Romanorū præſtò eſſe iuſsit, uelle ſe traijcere in Aſiam, & Orchani Bithyniæ principi bellum inferre cùm alijs de cauſis, tū quòd Nicæam primariam urbem obſideret. Vere igitur iam exeunte, exercitus unà cum Imperatore, traiecto Byzātio freto, in Aſiam tranſijt, duobus millibus ſelectorum militum adductis. maximam autem partem cæteri erant homines circumforanei atque opifices, quos facile cerneres pugnam uelut adulteraturos eſſe. Aduehebant enim ſecum ignauiæ argumenta, lembos & nauiculas plurimas, & ferè tot, quot erant homines: ut ad fugam, ſi opus foret, parati eſſent, de perſequendo & ſuperando hoſte nihil cogitantes. Bithyniæ uerò princeps Turcos rei militaris peritiſsimos, ad cuſtodiendas uiarum anguſtias miſerat: ipſe uerò octo millibus armatorum acceptis, Imperatori occurſurus exit.

Oppidana turba inepta militia

Orchanis copiæ.

qui

καὶ εἴ τι δὲ τοιοῦτον ἕτερον, εἰς ἐμπαιγμὸν καὶ περιφρόνησιν τοῦ γηραιοῦ βασιλέως ἦν. πάντων δ' ἐξῆρχε πράττων καὶ συμφρονῶν ὁ πρωτοστράτωρ, τῶν ἐν Βυζαντίῳ πραγμάτων ἐπίτροπος ὤν, καὶ διοικητὴς τηνικαῦτα. μόνος ὁ μέγας δομέστικος ὁ Καντακουζηνὸς ἄχραντον διετήρησε λοιδορίας καὶ γνώμην καὶ γλῶτταν καὶ ἦθος πρός τε τὸν βασιλέα, καὶ ὅσοι τῆς πεσούσης ἐξέπεσον δόξης. οἱ δ' ἄλλοι καθάπερ ἄκρατον πεπωκότες τὴν τοῦ καιροῦ περιπέτειαν, μεθυούσῃ γνώμῃ πρὸς τὰς ἐνεστώσας τύχας ἐχρήσαντο. συνέσει γὰρ οὗτος αὐτοφυεῖ καὶ βαθείᾳ φρενῶν αὔλακι κοσμούμενος ὁ ἀνήρ, διὰ τοὺς τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν ἀγαθοὺς χαρακτῆρας ἐκείνους ἀνῆγεν ἑαυτόν, κατά τε μεγαλοπρέπειαν τρόπων, καὶ δεξιᾶς ἀφθονίαν. καὶ νῦν γὰρ εὐτυχῶς τῶν πραγμάτων ἐλθόντων αὐτῷ, ὁ δ' οὐκ ἐνετρύφησε τῇ τύχῃ, οὐδ' ὑπὲρ τὸ μέτρον ἦρε τὴν ὀφρύν, ἀφελήσας ἴσως ἂν τὸ φιλότιμον τοῦ φρονήματος, ἀλλ' ἔμεινε τῆς σωφροσύνης τῶν ὅρων ἐντὸς ἀκλινής. καὶ νῦν ἐμοὶ νήφειν ἔλεγε χρεὼν, ὅτε τοὺς ἄλλους μεθύειν ἀνάγκη. στάδιον γὰρ, ὡς εἰπεῖν, καθορᾶται καὶ βάσανος ἀκριβὴς ταῖς ἀνθρωπίναις ψυχαῖς, ὁπόσα κατὰ χρόνον εὐτυχήματα φύεται, παρὰ τοσοῦτον δὲ ὕβρεως ὄγκον ὑψοῦντα τοὺς ἄφρονας, παρ' ὅσον τοῖς εὖ φρονοῦσι βεβηκυίας γνώμης βεβηκότα φόρια τρυγῶντα πολλαχόθεν τὸν ἔπαινον. ἐν τούτοις ἐξάγεται καὶ ὁ Συργιάννης τῆς εἱρκτῆς, ὅρκους ἐγγράφους πρότερον δούς, καὶ ἐπαρασάμενος ἑαυτῷ τὰ φρικωδέστατα, εἰ μελετήσειέ τι κατὰ τοῦ βασιλέως. εἰ δ' ὅπως ποθ' ἁλοίη ψευδόμενος ὑπὸ κριταῖς ἀπροσωπολήπτοις, μετὰ τοῦ κληρονόμον εἶναι τῶν φρικωδεστάτων ἐκείνων ἀρῶν, καὶ κεφαλικὴν ὑφίστασθαι τιμωρίαν. ἀλλὰ γὰρ ἐν τούτῳ τῷ ἔτει καὶ ἅμα τῷ ἐφεξῆς, ἠρεμησάσης τῆς τῶν Ῥωμαίων στάσεως, καὶ τῶν ἐπ' ἀλλήλους πολέμων καὶ ἐκδρομῶν πεπαυμένων, τοσαύτην εὐθηνίαν ἐθεάσαντο σίτου Βυζάντιοι, ὁπόσην οὐδὲ τούτων οἱ πρόγονοι πάλαι πολλοῦ ἤδη τὸν χρόνον.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΟΡΧΑΝΟΥ ἐκστρατείας τοῦ βασιλέως.

ΑΡΤΙ δὲ τῆς ὥρας ὑπεστώσης, ἐν ᾗ φυτηκομοῦσαι καὶ ζωγραφοῦσαι τὴν γῆν αἱ τοῦ ἦρος χεῖρες τῇ ποικίλῃ τῆς χλόης βαφῇ, πλείστην ταῖς τῶν ἀνθρώπων ὄψεσι τὴν τέρψιν χαρίζονται, ἑτοίμους ὁ βασιλεὺς τὰς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεις εἶναι προσεκελεύσατο. βούλεσθαι γὰρ αὐτὸν διαβῆναι πρὸς τὴν Ἀσίαν, καὶ πόλεμον ἄρασθαι κατὰ Ὀρχάνου τοῦ τῆς Βιθυνίας ἡγεμονεύοντος, τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι Νίκαιαν τὴν προκαθεζομένην Βιθυνίας πόλιν κινδυνεύει χειρώσασθαι διπλῷ πολέμῳ πολιορκῶν, λιμῷ καὶ στρατῷ. λήγοντος μὲν οὖν ἤδη τοῦ ἦρος ὁ στρατὸς διαπορθμευόμενος τὸν πρὸς τοῦ Βυζαντίου πορθμόν, διαβαίνει πρὸς τὴν Ἀσίαν ἅμα τῷ βασιλεῖ, δισχίλιοι μὲν τοῦ στρατοῦ τὸ ἀπόλεκτον ὄντες. τὸ δὲ πλεῖστον ἀγοραῖοί τινες καὶ βάναυσοι, καὶ δῆλοι ὄντες κιβδηλεύσειν τὴν μάχην. ἐπεφέροντο γὰρ καὶ τὰ τῆς δειλίας τεκμήρια, ἀκάτια φημὶ καὶ ἐφόλκια πλεῖστά τε, καὶ οἷον εἰπεῖν, ἰσάριθμα τοῖς ἑαυτῶν σώμασιν, ἵνα φυγῆς γενομένης, ἑτοίμως ἔχωσι πρὸς αὐτήν. περὶ γὰρ διώξεως καὶ νίκης, οὐδὲν αὐτοῖς οὐδαμῇ μεμέληται. ὁ δὲ τῆς Βιθυνίας ἀρχηγός, τῶν Τούρκων τοὺς τὰ πολέμια ἐμπειροτέρους ἐκλέξας, τὰ στενὰ τῶν ὁδῶν ἐπιπέμψει φυλάττειν. αὐτὸς δ' ὀκτακισχιλίους ὁπλίτας λαβὼν ἔξεισι, τὸν βασιλέα ἐκδεξόμενος.

ὅθεν

Digitized by Google

ὅθεν βασιλεὺς τριταῖος μετὰ τὴν εἰς Ἀσίαν διάβασιν, περί τι πολίχνιον γενόμενος παράλιον Φιλοκρήνην, οὕτω σί πως ὀνομασμένον, ἐπεὶ ἐμεμαθήκει τὰς περὶ ἐκεῖνο δυσχωρίας διειληφότα παρακαθῆσθαι μετὰ τοῦ βαρβαρικοῦ στρατοπέδου τὸν Ὀρχάνον, ἐνταῦθα καὶ αὐτῷ πήξασθαι τὸ στρατόπεδον καὶ διανυκτερεῦσαι ξυνεβεβήκει. ἐπεὶ δ' ἅμα ἡλίῳ τῶν βαρβάρων τινὰς ἑώρα τῶν περιξ ὀρῶν παρακατιόντας, πρῶτα μὲν ψιλούς, ἔπειτα δ' ὁπλίτας, καὶ μάλιστα * ἄλλους ἱππέας, ὁπλισάμενος καὶ αὐτός, ἤλαυνεν ἐπ' αὐτούς. πρῶτα μὲν οὖν ἀκροβολισμοὶ παρὰ τῶν βαρβαρικῶν ἐγίγνοντο τοξοτῶν, πόρρωθεν ἱσταμένων, καὶ οὐ μάλα ἐθελόντων τέως προσμιγνύναι. ὅπερ οὐ νόμιμον ὁ βασιλεὺς εἶναι λογισάμενος τοῖς βαρβάροις, ἀλλὰ δειλίαν, θάρσος τι ἀνελάμβανε, καὶ παρεξιέναι κατ' ὀλίγους καὶ ἐξιππάζεσθαι τὰς τάξεις ἐκέλευεν. ὅπερ οὐκ εἰς καλὸν ἀποβήσεσθαι πορίας, ἔνιοι τῶν περὶ αὐτὸν ἐμπειροτέρων φάσκοντες, οὐκ ἠδυνήθησαν ἐπισχεῖν. ἐπεὶ δ' οὕτω ἐρρεμβατούσης τῆς μάχης παρῄει τὸ μεσημβρινὸν ὁ ἥλιος, ὁπότε δὴ μάλιστα τῆς γῆς αὐτὸς ἀκμαιοτέραν καταπέμπει τὴν φλόγα, θεασάμενος ἄνωθεν ἐκ τῆς ἀκρωρείας ἀπαγορεύοντας ἤδη Ῥωμαίους ἔκ τε τοῦ καύματος, ἔκ τε τῶν συνεχῶν δρόμων καὶ περιδρομῶν, ὁ Ὀρχάνος κάτεισι καὶ αὐτός, οὐκ εὐαρίθμητον ἐπαγόμενος στράτευμα. καὶ περιστάντες σὺν ἀσήμῳ τῇ κραυγῇ, οἱ μὲν συχνοῖς τοῖς βέλεσιν ἔβαλλον, οἱ δὲ τοῖς ξίφεσι κατὰ στόμα προσυπαντῶντες ἔπαιον. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὴν πρώτην ἐκείνων ἔφοδον γενναίως ὑπομείναντες, εὐρώστως ἠμύνοντο μέχρι πολλοῦ, καὶ πλείστους ἐπιτρώσκοντές τε καὶ ἔσφαττον· ἔπειτα τὴν νύκτα βλέποντες οὐκ εἰς μακρὰν ἥξουσαν, καὶ δεινὸν ἡγησάμενοι τὸ ἐν πολεμίᾳ νυκτομαχεῖν, ἐπὶ πολλὰ ἀνεχώρουν, ἐπειγόμενοι παρὰ τὸ οἰκεῖον στρατόπεδον. ὅτε δὴ μάλιστα σφοδρότερον ἐπιτιθέντες οἱ βάρβαροι, οὐκ ὀλίγον εἰργάζοντο φόνον τῶν τε ἵππων καὶ αὐτῶν, ἕως ἡ νὺξ ἐπελθοῦσα τὴν μάχην διέλυσε. τιτρώσκεται δὲ ἐν τούτοις καὶ ὁ βασιλεὺς θάτερον τοῖν ποδοῖν, ἐλαφρῷ τινι βέλει καὶ οὐ μάλα καιρίῳ. ἐν ταύτῃ δὲ τῇ νυκτί, γίνεταί τι θέαμα ἐλεεινόν, καὶ περιφανής τις θεομηνία. ἐπεὶ γὰρ ὁ βάρβαρος ἐπιθαυμάσας θεασάμενος τῶν Ῥωμαίων τήν τε ὅπλισιν καὶ τὴν ἀνδρικὴν ἔνστασιν, ἐνόμισεν οὐ μέχρι τούτου στῆναι θελήσειν αὐτούς, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ πρόσω χωρεῖν εἰς τὴν ὑστεραίαν. ὅθεν τριακοσίους ἐκεῖ καταλελοιπὼς ἱππέας, θεωρίας ἕνεκα, αὐτὸς τὴν ὅλην ἀναλαβὼν στρατιάν, ἤλαυνεν εἰς τὰ πρόσω, σπεύδων προκαταλαβεῖν τὰ τῶν ὁδῶν καιριώτερα. ἐκεῖνος μὲν οὖν οὕτως ᾤχετο ἀπιών. ὁ δὲ βασιλεὺς εἰς τὸ τῆς Φιλοκρήνης εἰσῄει πολίχνιον, θεραπείας ἕνεκα τοῦ ποδός. ὅπερ ὁ στρατὸς θεασάμενος τῶν Ῥωμαίων, καὶ ἥκιστα καθαρῶς τὴν αἰτίαν μεμαθηκότες, φυγὴν ἐνόμισαν ὑπὸ δειλίας αὐτόν. μέλλειν γὰρ ἐπικείσεσθαι τούτοις νυκτὸς τὸν Ὀρχάνον μετὰ μάλα πολλοῦ τοῦ στρατοῦ, καὶ μόλις ἕνα ζῶντα Ῥωμαίων καταλιπεῖν, τὸν εἰς τὴν ὑστεραίαν θεάσασθαι ἥλιον. ὅθεν ὅσοι μὲν ἀκάτια ἐπεφέροντο, ᾤχοντο φεύγοντες γυμνοὶ δι' αὐτῶν. οἱ δὲ σπεύδοντες πρὸς τῶν πυλῶν τοῦ πολιχνίου, κατεπατήθησαν ὑπ' ἀλλήλων οἱ πλείους, καὶ ἀπεπνίγησαν· ἄλλοι δ' ἀλλήλων ἐξαρτώμενοι δίκην σειρᾶς, οἱ μὲν διὰ τῶν ἐπάλξεων εἰσεπήδων· οἱ δὲ ἀπαρτώμενοι πρὸς τῶν ὄπισθεν ἐφελκομένων, ἀνετρέποντό τε καὶ ἔθνησκον πίπτοντες. ἦσαν δ' οἳ καὶ ὑπὸ μόνης δειλίας ἀπέψυξαν ἑστάμενοι. ἄρτι δὲ καὶ ὁ ἥλιος ὑπερβὰς τὸν ὁρίζοντα, ἐμήνυσεν τοῖς τριακοσίοις ἐκείνοις βαρβάροις τὴν ἄπιστον ἐκείνην συμφορὰν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ, καὶ προσπελάσαντες καὶ θεασάμενοι προκείμενα παρὰ τὸ στρατόπεδον ἵππους καὶ ὅπλα, καὶ σκηνὰς ἀνδρῶν κενάς, πρὸς δὲ τούτοις καὶ τοὺς βασι-

τοὺς

qui cum tertio die ex quo Aſiam ingreſſus fuerat, ad oppidulũ Philocrenẽ perueniſſet, ac didiciſſet Orchanem anguſtijs occupatis cum Barbarico exercitu ibi conſediſſe, accidit ut & ipſe caſtris ibi poſitis pernoctaret. Orto aũt ſole cum Barbaros nonnullos è circumiacentib. montibus deſcendere uideret: & ipſe primùm nudos, deinde armatos, equites uerò in primis, in armis eſſe iuſſit, & cõtra illos duxit. ac primùm ſagittarij Barbarorũ eminus tela in noſtros coniecerunt, nec propius accedere uoluerunt: id quod Imperator inſolitũ Barbaris eſſe ratus, & timoris argumentũ: fiducia ſumpta, paucos initiò euagari extra ordines iuſſit. quod non feliciter caſurũ eſſe cum peritiores ei dicerent, impetũ tamẽ eius reprimere non potuerunt. Dum autẽ hæc tumultuaria pugna ultra meridiem producitur, quo tempore grauiſsimus ſolis æſtus eſt: Orchanes è uertice montis Romanos & æſtu & continuis curſibus, & circumcurſationib. iam defatigatos eſſe conſpicatus, deſcendit & ipſe cum exercitu penè innumerabili: qui confuſo clamore edito, undiq; irruentes, partim ſagittis crebris noſtros petũt, partim cominus gladijs rem gerunt. Romani uerò primo illorum impetu fortiter excepto, longo tempore ſtrenuè ſe defenderunt, plurimis hoſtium & uulneratis & occiſis. Deinde cũ noctem inſtare uiderent, & in ignota terra in tenebris pugnare durum iudicarent, paulatim receſſerunt, in caſtra ſua properantes. Quamobrem Turci uehementius inſtantes, multos & equites & pedites occiderunt, donec noctis interuentu prælium eſt diremptũ. Inter cæteros autem ipſe etiam Imperator leui quadam ſagitta, & minimè letali, altero pede uulneratus eſt. Ea nocte ſpectaculũ miſerabile, & euidens iræ diuinæ ſignum accidit. Nam Barbarus Romanorũ armatura & fortitudine ſpectata, eos non quieturos, ſed poſtridie longius progreſſuros ratus: CCC equitibus ſpeculandi gratia ibi relictis, ipſe cum omni exercitu perrexit ulterius, ad opportunas uias occupandas. Imperatore uerò oppidulũ Philocrenẽ ingreſſo, curãdi uulneris gratia: Romani cauſæ nõ ſatis gnari, cũ præ metu fugere putarunt. noctu enim Orchanem cum magno exercitu affore, neque quenquam poſtridie Romanorum ſolem aſpecturum. Itaq; qui nauiculas ſecum attulerant, nudi in ipſis fugiebãt: alij ante portas oppiduli feſtinantes, ſeſe inuicem conculcabãt, & ſuffocabant: alij cathenæ inſtar cohærẽtes, partim in propugnacula euadebant, partim à ſequentibus detracti & euerſi caſu moriebantur. Erant etiam qui præ timore ſtantes expirarent. Manè uerò ſole orto, CCC illi Barbari incredibilẽ eam Romanorũ cladem conſpicati, cum in caſtris equos, arma, uacua tentoria, Imperatorios item equos cum ru-

Philocrenē

Orchanis & Andronici pugna.

Romanus exercitus à ccc equitibus profligatus.

bris ſellis, & Imperatoriũ tabernaculum uiderent, ducenti ex iis, his omnibus abreptis abeunt. Reliqui centum propius acceſſerunt, & frequentibus telis eos qui neq; in oppidulũ neq; in nauiculas confugerant confixerunt. Imperator uerò his uiſis, cum nihil agere poſſet, nec ullam tempus opportunitatem præberet, conſcenſa & ipſe naui Byzantiũ rediit. Secum aũt cauſam tanti & tam ſubiti mali reputans, poſt multas dubitationes tandẽ, præter alia plurima cæteris eſſe grauius animaduertit, publicæ diſciplinę perturbationem, & forenſium negociorũ multiplicem, & ob uetuſtatem pene immedicabilem morbum, ac reipublicæ pernicioſum. Vt eñ morbi qui è malo corporis habitu oriuntur, paucos inuadunt, nec publicè uagãtur: aere uerò infecto, omnes qui eodem in loco degunt, cœli grauitatem ſentire neceſſe eſt: eadem quoq; ratio ſingulorum delictorum eſt, ſi cum publicis iudiciis cõferant. Proinde nõ multis dieb. pòſt, Eſaiã patriarcham conuenit: ac primùm ei ſuadet, ut iram aduerſus epiſcopos deponat, & populũ interdicto ſoluat. Neq; eñ par eſſe, cum ipſe omnibus omnia cõdonaret, ad quem publica delicta ſpectarẽt: illum patriarchã, & pacis doctorem, alere ſimultates, nec eius iram occidere tot ſolibus occidentibus, cum ne unus quidem durante illius ira occidere deberet. Patriarcha igitur Imperatori obſecutus, ſacerdotali ſtola induta, diuinæ myſtagogiæ hora, populo & uiuenti & mortuo ſcriptam condonationem pro ſuggeſto recitat. Epiſcopis autem & presbyteris pleriſque minimè ignouit. Deinde patriarcha cũ multis epiſcopis & presbyteris myſtagogiam celebrante, quatuor uiros delegit Imperator, ſibi ad ciuilia iudicia exercenda probatos: quorũ unus ex epiſcopis erat. His in medio templi iuris dicũdi poteſtatem dedit, tradito etiam ſacroſancto Euangelio, & Imperatorio gladio: ſanctiſsimumq; iuſiurãdum ab eis exegit, ut ſine reſpectu perſonarum & munerum ſe pronunciaturos affirmarent. quòd ſi his criminibus conuicti eſſent, nullam eis excuſationem reliquit: prædiis aſsignatis, è quorum annuis reditibus ſplendidè poſſent uiuere. Atque hæc hactenus.

Peccata cauſæ cladium.

Emendatio iudiciorum

Patriarcha non omnibus ignoſcit.

DE INSULAE CHII, quam Martinus tenebat, occupatione.

SVb autumnũ, omnibus triremibus Romanorum, quę Byzãtii, Lesbi atque in cæteris inſulis & maritimis urbibus erant, nec nõ uniremibus, & quatuor auxiliaribus triremib. à Cycladũ inſularum principe acceſſitis, è portu ſoluit: uerbo cõtra Barbaricas naues, reipſa uerò cõtrà Martinum Chii præfectũ. qui cũ Latinus eſſet, ac diuitiis & autoritate pollẽs, paterna hæreditate, pcurationem

tionem

λικὸς ἵππους μετὰ τῶν ἐρυθρῶν ἐφεστρίδων, καὶ τὴν βασιλικὴν σκηνήν, ἅπαντα λαβόντες οἱ διακόσιοι ἀπῄεσαν. οἱ δ' ἑκατὸν ἐγγὺς γενόμενοι, πολλοῖς κατέπεμπον βέλεσιν, ὅσοι μὴ ἔφθησαν μήτ' ἐς ἀκάτια, μήτ' ἐς τὸ πολίχνιον ἑαυτοὺς ἐμβαλόντες. ταῦτα θεασάμενος καὶ ὁ βασιλεύς, καὶ μὴ ἔχων ὅ,τι καὶ δράσειε, τῆς περιστάσεως οὐδὲ γὰρ οὐδαμῆ χορηγούσης εὐμήχανον, ἐς πλοῖον ἐμβὰς καὶ αὐτός, ἐπανήει πρὸς τὸ Βυζάντιον. διηπόρει δ' οὖν ὅμως καθ' ἑαυτὸν γνωσιμαχῶν περὶ ζητῶν τὴν τῆς θεομηνίας αἰτίαν, δι' ἣν τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον οὕτως ἐν ἀκαρεῖ διέφθαρται, μηδενὸς τῶν πολεμίων διώκοντος. συνῆκε δ' ὅτι καὶ πλεῖστα μὲν ἕτερα, καιριώτερον δ' εἶναι τὸ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἀστάθμητον, καὶ τὸ περὶ τὰς δίκας νόσημα πολύχουν ὂν καὶ δυσίατον, διὰ τὴν ἐκ τοῦ χρόνου προσγενομένην ἕξιν αὐτῷ, καὶ πολλὴν ἐπάγον τῷ κοινῷ τῶν πραγμάτων τὴν σύγχυσιν καὶ ζημίαν. ὥσπερ γὰρ τὰ ἔκ τινος καχεξίας σωματικῆς ἐπισυμβαίνοντα νοσήματα τοῖς ἀνθρώποις, σπανίοις ἐπισυμβαίνειν, καὶ οὐκ ἐς τὸ κοινὸν τὴν διάβασιν ἔχειν, τοῦ δ' ἀέρος νοσήσαντος, ἀνάγκη κοινωνεῖν τοῦ νοσήματος ἅπαντας ὅσοι τοῦ αὐτοῦ κοινῇ μετειλήφασιν ἀέρος· οὕτως ἔχειν ἔφασκε τὰ μερικὰ παντ' ἀδικήματα, πρὸς τὰ περὶ τὰς κρίσεις γινόμενα. ὅθεν μετ' οὐ πολλὰς τὰς ἡμέρας ἄπεισιν ἐς τὴν πατριαρχικὴν ἑστίαν, καὶ πρῶτα μὲν πείθειν σπουδὴν ἀφεῖναι ἐπιχειρεῖ τὴν πρὸς τοὺς ἐπισκόπους κότον, καὶ λῦσαι τὸν ἀφορισμὸν τοῦ λαοῦ· μηδὲ γὰρ εἶναι, φησί, τοῦ εἰκότος αὐτοῦ συγχωροῦντος ἅπασιν ἅπαντα, πρὸς ὃν καὶ τὰ κοινὰ φανερῶς ἀφορῶσι πταίσματα, ἐκεῖνον πατριάρχην ὄντα, καὶ τῆς εἰρήνης ἅμα διδάσκαλον εἶναι ὀφείλοντα, ἔπειτα ἀποκαθημένην τρέφειν ὀργὴν κατ' ἀνθρώπων, ἐν πολλοῖς δυομένοις ἡλίοις, μηδ' ἐφ' ἑνὸς συγχωρούμενον. τῷ μὲν οὖν λαῷ τῷ τε ζῶντι καὶ τῷ τεθνεῶτι, συγχώρησιν ἔγγραφον ἐπ' ἄμβωνος ἀνέγνωκε τὴν ἱερατικὴν περιβαλόμενος στολὴν ἐν ὥρᾳ τῆς θείας μυσταγωγίας ὁ πατριάρχης, τῷ βασιλεῖ πειθόμενος. τοῖς δ' ἐπισκόποις καὶ τῶν πρεσβυτέρων τοῖς πλείοσιν, ἥκιστα συγκεχώρηκεν. ἔπειτα τὴν θείαν ἐπιτελοῦντος μυσταγωγίαν σὺν πολλοῖς ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις τοῦ πατριάρχου, τέτταρας ἐκλεξάμενος ἄνδρας οὓς αὐτὸς ἀξίους ὑπηρετήσειν ἔκρινε ταῖς πολιτικαῖς δίκαις, ὧν εἷς ἐκ τῶν ἐπισκόπων ἦν· τούτοις ἐν μέσῳ τοῦ θείου νεώ, τὴν τοῦ δικάζειν ἐνεχείρισεν ἐξουσίαν ὁ βασιλεύς, παραδοὺς αὐτοῖς καὶ τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν εὐαγγέλιον, καὶ πρός γε τὴν βασιλικὴν σπάθην, καὶ ἅμα ἀπαιτήσας καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτῶν ὅρκους φρικωδεστάτους, ἀπροσωπολήπτως τε καὶ ἀδωροδοκήτως ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις. πεποίηκε γὰρ αὐτοὺς καὶ ἀναμφίλεκτον ἔχειν τὴν καταδίκην, εἰ τούτοις ἁλίσκοιντο, χωρία δοὺς ἀρκοῦντα καλῶς πρὸς ἐπέτειον πρόσοδον. καὶ ταῦτα μὲν τῇδε περιεῖχε.

περὶ τῆς τῶν κριτῶν καταστάσεως.

ΠΕΡΙ ΚΑΤΑΣΧΕΣΙΟΣ ΤΗΣ ΝΗΣΟΥ Χίου, ἧς ἦρχε Μαρτῖνος.

Φθινοπώρου δ' ἱσταμένου συλλεξάμενος ὅσαι τριήρεις ἦσαν Ῥωμαίοις ἔν τε Βυζαντίῳ καὶ Λέσβῳ καὶ ἄλλαις νήσοις καὶ παραλίοις πόλεσι, καὶ πρός γε ἔτι ὅσαι μονήρεις, καὶ ἐπὶ ταύταις τέτταρας ἄλλας συμμαχίδας τριήρεις ἐκ τοῦ τῶν Κυκλάδων ἡγεμονεύοντος νήσων προσκαλεσάμενος, ἀπέπλευσε, τῇ μὲν φήμῃ κατὰ τῶν βαρβαρικῶν νεῶν, τῇ δ' ἀληθείᾳ κατὰ Μαρτίνου τοῦ τῆς Χίου ἐπιτροπεύοντος· ὃς δὴ Λατῖνος ὤν, τῷ πλούτῳ καὶ δόξῃ διαφέρων τὸν κλῆρον εἰλήφει παρὰ πατρός, ἐπιτροπεύειν μὲν τὴν νῆσον, καὶ τὴν

ταύτης

ταύτης ἐκπορίζεσθαι πρόσοδον. ὑπείκειν δὲ τοῖς βασιλεῦσι ῥωμαίων ὅσα καὶ δοῦλος, καὶ πᾶν τὸ προσταττόμενον σπουδῆς ὅλης ποιεῖν προθυμίᾳ. ῥωμαίων γὰρ εἶναι τὴν νῆσον, δοθῆναι δ' αὐτῷ πρὸς τοῦ βασιλέως τοῦ πάππου τοῦ βασιλέως ἐπιτροπῆς τε εἵνεκα καὶ πορισμοῦ χρημάτων, παλαιάν τινα χάριν ὀφείλοντος αὐτῷ. ὃς δὴ οὕτω πρὸς τοῦ πατρὸς διαδεξάμενος ἅμα τῷ ἀδελφῷ, τὸν μὲν ἀδελφὸν δόλοις τισὶ περιεκρούσατο. αὐτὸς δὲ δραστήριος ὢν, ἀνὴρ καὶ συνέσει βαθείᾳ κοσμούμενος, τριήρεις τε ἐναυπηγήσατο, καὶ ἐλῄζετο τοὺς βαρβάρους, ὅσοι τε τὰ ἐκεῖ τῆς ἀσίας ᾤκουν παράλια, καὶ ὅσοι λῃστρικῶς ἐς τὰς ναῦς ἐμβιβάζοντες ἑαυτοὺς, τὰς νήσους περιέπλεον. καὶ οὕτω τούτους ἐφόβησεν ἐν βραχεῖ, ὡς καὶ φόρους ἐτησίους λαμβάνειν ἐκ τούτων, ὡς μὴ τὰ μέγιστα βλάπτῃ μαχόμενος. ὅθεν ἤδη μέγα πλούτου καὶ δόξης τὴν ταχίστην προβαίνων, ὑποπτεύεσθαι ἐδόκει ῥωμαίοις, οὐκ εἰς μακρὰν οὐδ' ἤδη πολὺ διατηρήσοντα ἔσεσθαι τὴν ἐς βασιλέας ὑποταγήν. καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀπὸ παρακαλύμματος τὸν ἔκπλουν ὁ βασιλεὺς κατ' αὐτοῦ νῦν ποιησάμενος, τήν τε νῆσον κατέσχε ξὺν οὐδενὶ πόνῳ· καὶ αὐτὸν χειρωσάμενος, δεσμώτην τοῖς βυζαντίοις περιέπεμψεν.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΔΕΙΝΟΤΑΤΗΣ νόσου τοῦ βασιλέως.

Ὀλίγων μὲν τοι διελθουσῶν ἡμερῶν νόσον ἐνσκῆψαι συνέβη τῷ βασιλεῖ μάλα βαρεῖαν ἐν διδυμοτείχῳ διάγοντι. λουτρῷ γὰρ χρησάμενον, ἔπειτα τὴν δέουσαν μετὰ τὸ λουτρὸν ἑαυτῷ ἐπιμέλειαν ἥκιστα παρασχόντα, καὶ ταῦτ' ἐν ἀκμῇ τοῦ χειμῶνος ὄντος τοῦ κρύους, πύκνωσίν τε ὁλοσώματον ἔσχεν. καὶ μάλιστα ἐς τὴν κεφαλὴν ἀθροισθέντος τοῦ πλείονος πάθους, οὐ μόνον σφοδροτέρας ὑπομένειν ἐντεῦθεν τὰς ἀλγηδόνας, ἀλλὰ καὶ εἰς ἔκστασιν ἀπενεχθῆναι τάχιστα τῶν φρενῶν. ἐπεὶ οὖν πάσης ἰατρικῆς ἐμπειρίας ἰσχυρότερον ἐγεγόνει τὸ πάθος, καὶ ἀπηγόρευτο τῷ βασιλεῖ ὁ ἐς τὴν ὑστεραίαν ἥλιος, ἐξώρκισε μὲν τοὺς περὶ αὐτὸν, μοναχικὸν αὐτὸν ἐνδῦσαι τριβώνιον πρὶν ἀποθεῖναι τὸ ζῆν. ἐξώρκισε δ' αὖθις αὐτοὺς, ἀπολῦσαι πάντας δεσμώτας, κωνσταντῖνόν τε τὸν δεσπότην, καὶ τὸν μέγαν λογοθέτην τὸν μετοχίτην, καὶ ὅσοι ἑξῆς τῆς ὁμοίας ἔτυχον καταδίκης. διετίθετο δ' ἀπὸ στόματος ὀμόσαι πάντας ῥωμαίους, σέβας ἀποδιδόναι τῇ συζύγῳ δεσποίνῃ. πλὴν γὰρ καὶ αὐτὴ ἔγκυος οὖσα, καὶ ἠκούει τῶν λεγομένων, καὶ ἅμα τῷ τεχθησομένῳ παιδίῳ ὅσα καὶ βασιλεῖ εἰ ἄρρεν ἔσται. ἐπίτροπον δ' εἶναι τὸν καντακουζηνὸν τὸν μέγαν δομέστικον. ἃ δὴ μόνα γραφῇ παραδοθέντα, ὡς διαθήκη νενόμισται. μνεία δ' οὐδεμία τούτῳ γεγένηται τέως οὔτε μὴν τοῦ βασιλέως καὶ πάππου, οὔτε τῆς μητρὸς καὶ δεσποίνης ἐν θεσσαλονίκῃ τῷ τηνικαῦτα τὴν δίαιταν ποιουμένης. ἡ δὴ ἐς μακρὰν ἐντεῦθεν τὴν λύπην, καὶ λογισμοὺς ἔθρεψεν ὑποψίας μεστούς. ἀπηγόρευε γὰρ ἤδη τὴν ἑαυτῆς ζωὴν, εἰ τεθναίη ὁ παῖς καὶ βασιλεὺς, ἄλλων μὲν ἐς τὴν ἐπιτροπὴν τῆς βασιλείας εἰσαγομένων, αὐτῆς δ' ἥκιστα. μηδὲ γὰρ εἶναι τῶν δυνατῶν ἔφασκε, δέσποιναν οὖσαν αὐτὴν, συγκεχωρῆσθαι ζῆν παρὰ τοῦ μεγάλου δομεστίκου καντακουζηνοῦ καὶ τῆς τούτου μητρὸς, οὕτως εἰς τὴν ἐπιτροπὴν καὶ διοίκησιν τῶν τῆς βασιλείας πραγμάτων ἀπροσδοκήτως εἰσαγομένων, καὶ ταῦτα δι' ἔχθρας ὄντων πολὺν ἤδη τὸν χρόνον. ταῦτ' ἄρα καὶ ἐν στενῷ κατασᾶσα τῆς ὥρας, καὶ οὐκ ἔχουσα χρόνον ἄλλως σχεδιάζειν τὰ κατ' αὐτὴν, προσκαλεῖται καὶ εἰσποιεῖται τὸν συργιάννην εὐθὺς,

tionem inſulæ & annuos reditus accepiſſet: Romanorũ Imperatorib. pro ſeruo parere, & quicquid iuſsiſſent ſummo ſtudio facere deberet. Romanorũ enim eſſe inſulã, cuius procuratio & fructus ob ueteris cuiuſdam beneficij memoriã, ab auo Imperatoris aſsignata illis eſſent. His ita à patre acceptis, fratrẽ uerbis eluſerat. ipſe uerò uir ſtrenuus & prudẽs, triremib. ędificatis Aſianos Barbaros orę maritimæ accolas infeſtauit, piratis etiam circũ inſulas uagantibus infeſtus: quos breui tempore adeò perterrefecit, ut metu belli cladiũ, annua illi tributa penderent. Ad magnas igitur opes & gloriam breui euectus, Romanis ſuſpectus fuit, ne paulo pòſt iugum Imperatoris excuteret: eáque de cauſa non palam eum Imperator aggreſſus, nullo negocio inſulam cœpit, & uinctum illum Byzantium miſit.

Martini res geſtæ.

Iniuria metu iniuriæ.

DE GRAVISSIMO *Imperatoris morbo.*

VErùm paucis diebus elapſis, Imperator Didymotichi agens, in morbum grauiſsimum incidit. Nam cum lauiſſet, & in ſummo rigore hyemis frigus à balneo non cauiſſet, cùm reliquum corpus eſt denſatum: tum uerò caput ita afflictũ, maxima parte mali eò inclinante, ut non modò grauiſsimis doloribus cruciaretur, ſed & mente alienaretur. Cum autem id malum omnem medicorum artem ſuperare, & de uita illius poſtridie actum fore uideretur: iureiurando aſtantes adegit, primùm ut ſibi monaſticum cucullum inducerent, priuſquam uita exceſsiſſet: deinde, ut omnes captiuos carcere educerẽt, ut Conſtantinum Deſpotam, & magnũ Logothetam Metochiten, omnes denique eodem crimine damnatos. Ore porrò mandauit, ut omnes Romani iurarent, ſe coniugem ipſius ut Dominam ueneraturos eſſe, & (ipſa enim aderat grauida, eáque uerba audiebat) puerum, ſi filius naſceretur, ut Imperatorem, cuius tutor eſſet Cantacuzenus Magnus Domeſticus: quæ ſola in literas relata, uim teſtamenti habuerunt. Nulla uerò facta tum eſt mentio nec aui Imperatoris, nec Dominæ matris, quæ Theſſalonicę tum agebat, graui affecta dolore, & ſolicita, ac deſperata etiam uita ſua, ſi defuncto filio ſe præterita, Imperij cura alijs mandaretur. Negabat enim poſſe fieri, ut ſibi, quæ Domina eſſet, uita concederetur à Magno Domeſtico Cantacuzeno, & matre illius, præter omnem expectationem ſummæ rerum præfectis, & longo iam tempore ſibi inimicis. Redacta igitur in anguſtias, ademptoque rebus ſuis aliter conſulendi ſpacio, ſtatim accerſit atque adoptat Syrgiannem, tum

Andronici iunioris teſtamentum

Syrgiannes ab Imperatoris matre adoptatur.

tum Theſſalonicæ præfectum, ibique agentem, eiq; uitam & animam ſuam committit: ſimulq; Theſſalonicenſes, eo res adminiſtrante, iurare iubet, ac polliceri, ſe herã & dominam eodem modo ſemper ipſam agnituros, & ad extremum ſpiritum pro ea dimicaturos. Quod ſi filius ſuus Imperator moreretur, filio qui naſceretur Imperij ſucceſsionem citra ſeditiones atq; incolumem conſeruaturos. Hæc ita tum acta, magnũ malorum pelagus in poſterum cõflarunt, ut deinceps dicemus. Nunc illuc nobis eſt redeũdum. Conſtantinus Deſpota cum cæteris, ut diximus, uinculis ſolutus, cùm paulum ſe oſtendiſſet, rurſus in obſcuras latebras noctu à proceribus aulicis eſt abditus.

C litera Cantacuzeno deſtinare imperiũ uidetur.

Veriti enim ne Imperatore defuncto, turba in populo oriretur, quùm ob alia, tum propter C literam, & olim temerè de illa iactatum rumorem, ſic eum tractarunt. Vulgaris enim fama erat, Imperium, uetere Imperatore defuncto, ei eſſe deſtinatũ, cuius nomen C litera inchoaret. Vnde cum & ipſe Conſtãtinus diceretur, ſuſpectus erat.

Andronicꝰ ſenior monachus fieri cogitur.

In ſeniorem uerò Imperatorem plures malorum uias excogitarunt, quæ omnes eòdem ducerent. Optionem enim ei dederunt, malletne monaſticum habitum induere, an aliud malum ſubire? Id uerò eſſe aut cædem, aut acerbiſsimum exilium, aut uiolentam in obliuionis caſtellum abductionem: quorum omnium uehementiſsimus miniſter eſſet Theodorus Synadenus. Imperator uerò tanta periculorũ tempeſtate ſubitò oppreſſus, diu ſine uoce in lecto iacuit. quid enim faceret aliud, niſi ferreus eſſet? aut corde adamãtino? multis Barbaris & efferatis militibus circumfuſis, domeſticis uerò omnibus extruſis: cùm nemo eſſet qui hominem luminib. orbatum duceret, ubi uel ſtaret, uel tranſiret? Sed ne longum faciamus, uolentem nolentem tondent, & cucullo induunt, atq; Antonium nominant.

Andronicꝰ iunior conualeſcit.

His ita geſtis, Imperator Didymotychi, nullo alio uitæ ſigno apparente, præter exiguam & tenuiſsimam reſpirationem, uitalibus inſtrumentis immotis, & extremitatibus corporis emortuis, planè mortuus totũ biduum iacebat. Tertio uerò die uelut è profundo ſomno nõnihil experrectus, diuinum laticem caſtiſsimæ Deigenitricis Pegæ poſtulauit: quo ſtatim allato, & capiti aſſuſo, recreatus eſt, & cibum cœpit, & priſtinam ualetudinem recuperauit.

Patriarcha ueteri Imperatori inſultat.

Eſaiæ uerò patriarchę ueteris Imperatoris caſus iucundiſsimus fuit, quòd nec illi ulla Imperij ſpes, nec ſibi metus ullus relinqueretur. Deliberandum tamen eſſe uiſum, quo pacto eius in Eccleſia mentio facienda eſſet, ſi qua tamen facienda eſſet. Miſsis igitur duobus ad eum epiſcopis, per deriſum opinor, triſticiam & ignorationem rei geſtæ ſimulans, ab illo, & non aliunde, ſuffragiũ ſuę deliberationis requirit. Ille uerò grauiſsimis animi dolorib. oppreſſus,

cum

τὴν ἐπιτροπὴν τῶν Θεσσαλονίκης τηνικαῦτα διεζωσμένον, κἀκεῖ διατρίβοντα, καὶ τὴν ἑαυτῆς ἀνατίθησι τούτῳ ζωὴν καὶ ψυχήν. καὶ ἅμα ὀμνύειν κελεύει τοὺς Θεσσαλονικέας ὑπὸ τούτῳ διοικητῇ, καὶ ὑπισχνεῖσθαι κυρίαν τε ἔχειν αὐτὴν καὶ δέσποιναν ὁμοίως ἀεὶ, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ἀνθίστασθαι μέχρι θανάτου. εἰ δὲ καὶ τὸν υἱὸν βασιλέα τεθνάναι συμβαίη, περιποιεῖσθαι καὶ φυλάττειν τῷ τεχθησομένῳ παιδὶ τὴν τῆς βασιλείας διαδοχὴν, ἀστασίαστόν τε καὶ ἀκήρατον. ταῦθ᾽ οὕτω πραχθέντα, πολὺν αὖθις σκανδάλων πυρσὸν ἐν τοῖς ἔπειτα, ὡς εἰρήσεται προϊοῦσιν ἡμῖν. νῦν δ᾽ ἡμῖν ἐπανιτέον ὅθεν αὖθις ἐκεῖσε. κωνσταντῖνος μὲν γὰρ ὁ δεσπότης ξὺν γε τοῖς ἄλλοις δεσμώταις ἀπολυθεὶς καὶ αὐτὸς, ὡς εἴρηται μὲν, βραχὺ φανεὶς, ὡς εἰπεῖν, ἀπεκρύψατο. διὰ γὰρ νυκτὸς ἐπιούσης, εἰς ἀδήλους μυχοὺς οἱ περὶ τὸν βασιλέα κατήνεγκαν. δείσαντες γὰρ μὴ τοῦ βασιλέως ἐκπνεύσαντος, θόρυβος κατάσχοιη τοῦ δήμου, τά τε ἄλλα καὶ διὰ τὸ κ στοιχεῖον, καὶ τὰ μάτην πάλαι θρυλλούμενα δι᾽ αὐτὸ, τούτῳ μὲν οὕτως ἐχρήσαντο. ἐθρυλλεῖτο γὰρ, ὡς ὁ τὴν βασιλείαν διαδεξόμενος τοῦ γηραιοῦ βασιλέως, τὸ κ στοιχεῖον ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ὀνόματος ἔχει κεκληρωμένον. κωνσταντῖνος δὲ καὶ οὗτος καλούμενος ὑπωπτεύετο. κατὰ δὲ τοῦ γηραιοῦ βασιλέως, πλείους μὲν τὰς ὁδοὺς ἐμελέτησαν τῶν δεινῶν, εἰς ταυτὸ δὲ καὶ ταύτας ἁπάσας φερούσας. αἵρεσιν γὰρ ἔδοσαν τούτῳ ἑλέσθαι ὁπότερον βούλοιτο, ἢ τὸ μοναχικὸν ἐνδύσασθαι σχῆμα, ἢ τῶν ἄλλων δεινῶν ὁποῖον ἐθέλοι. ταῦτα δ᾽ εἶεν, ἢ σφαγὴν, ἢ τινὰ ἐξορίαν ἀπαραμύθητον, ἢ βιαίαν ἀπαγωγὴν ἐπὶ τὸ τῆς λήθης φρούριον. τούτων δ᾽ εἶεν διάπυρον ὑπηρέτην τὸν πρωτοστράτορα Θεόδωρον τὸν συναδηνόν. ὁ μέντοι βασιλεὺς τοσοῦτον χειμῶνος δεινῶν περιστάντος ἐξαίφνης αὐτῷ, ἄφωνος ἐπὶ πολὺ τῆς ὥρας ἔκειτο ἐπὶ κλίνης. καὶ τί γὰρ ἄλλο εἰκὸς, εἰ μὴ σιδηροῦς ἦν, εἰ μὴ ἐξ ἀδάμαντος ἔλαχε τὴν καρδίαν ἐσκευασμένος, πολλῶν μὲν ὁπλιτῶν ἀλλογλώσσων τε καὶ ἀγρίων περιχυθέντων αὐτῷ, τῶν δ᾽ οἰκιακῶν ἐξωσθέντων ἁπάντων, καὶ μηδενὸς ὄντος τοῦ ὁδηγήσοντος ἄνθρωπον ἐστερημένον τοῦ βλέπειν, πῇ μὲν στήσεται, πῇ δὲ διαβήσεται; ἀλλ᾽ ἵνα μὴ διατρίβωμεν, ἄκοντος ἑκόντος (εἰπεῖν) τήν τε κόμην κείρουσι τούτου, καὶ τὸ μοναχικὸν σχῆμα περιτιθέασι, καὶ ἐς ἀντώνιον τοὔνομα μεταφέρουσι. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔσχεν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐν διδυμοτείχῳ οὐδὲν πλέον ἔχων ἤδη σημεῖον τοῦ ζῆν, πλὴν βραχείας καὶ λεπτοτάτης ἀναπνοῆς, τῶν ζωτικῶν ὀργάνων ἀκινήτων μενόντων, καὶ τῶν τοῦ σώματος νεκρωθέντων ἀκρωτηρίων, ἔκειτο νεκρὸς ἄντικρυς ἐπὶ δυσὶν ὅλαις ἡμέραις. τῇ δὲ τρίτῃ καθάπερ ἐκ βαθέος ὕπνου μικρὸν ἀνεγηγερκὼς, θεῖον ἐζητήκει νᾶμα τῆς ὑπεράγνου θεομήτορος τῆς πηγῆς. οὗ κομισθέντος εὐθὺς, καὶ ἐπιχυθέντος τῇ κεφαλῇ, ἐρρᾴισέ τε καὶ τροφῆς μετέσχε, καὶ μετὰ βραχείας ἡμέρας ἀνερρώσθη τε, καὶ ἐς τὴν προτέραν ἀπεκατέστη ὑγίειαν. τῷ γε μὴν πατριάρχῃ ἠσαΐᾳ μεγίστην περιεξένησεν ἡδονὴν τὸ περὶ τὸν γηραιὸν βασιλέα συμβάν. μηδὲ γὰρ ἔτι λείπεσθαι μήτ᾽ ἐκείνῳ βασιλείας ἐλπίδα, μήτε τούτῳ φόβου λείψανον οὐδέν. σκέψιν μέν τοι ποιήσασθαι ἔδοξεν ὅπως χρὴ τὴν ἐπ᾽ ἐκκλησίας ἔχειν μνήμην, εἰ ἄρα φησὶ καὶ χρή. πέμψας οὖν δύο τῶν ἐπισκόπων, οἶμαι εἰρωνευόμενος καὶ πλαττόμενος λύπην καὶ ἄγνοιαν τῶν ἐπ᾽ αὐτῷ πεπραγμένων, ἐξ αὐτοῦ καὶ οὐκ ἄλλοθεν ἐζήτει τὴν τῆς σκέψεως ψῆφον καὶ ἐπίκρισιν. ὁ δὲ, βαρείαις ταῖς ἀλγηδόσι κάτοχος ὢν τὴν ψυχὴν,

βυθι-

βύθιόν τινα καὶ πολὺ τὸ τῆς καρδίας πυρὸς γέμοντα στεναγμὸν ἀνέπεμψε. καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα, ταῦτα διεξῄει πρὸς αὐτούς. ὥσπερ, φησὶν, ἐπὶ τοῦ Λαζάρου διπλοῦν ἐγεγόνει τὸ θαῦμα, ὅτι τε νεκρὸς ὢν ἀνέστη, καὶ ὅτι δεδεμένος ἐβάδιζεν· οὕτω καὶ νῦν ἔχειν ἐπ' ἐμοῦ. ἰδοὺ γὰρ καὶ νεκρὸς ἄντικρυς εἰμὶ, πολλοῖς καταρραγεὶς κύμασι τῶν δεινῶν, καὶ πρός γε ἔτι δεδεμένος οὐ μόνον χεῖρας καὶ πόδας, ἀλλὰ καὶ γλῶτταν αὐτὴν, δι' ἧς εἰ μή τι πλέον, τά γε οὖν ἐμὰ πάθη καὶ ἀδικήματα ἀπαγγέλλειν εἶχον πρός τε ἀέρι καὶ τοῖς ἀκούουσι τῶν ἀνθρώπων, καὶ ᾧ νῦν συνοικῶ σκότει πικρῷ. ἀλλ' ἐκάλυψεν ἐντροπὴ τὸ πρόσωπόν μου. ἀλλοτριούμενος ἐγενήθην τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ ξένος τοῖς υἱοῖς τῆς μητρός μου, καὶ τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν μου καὶ αὐτὸ οὐκ ἔστι μετ' ἐμοῦ. οἱ φίλοι μου καὶ οἱ πλησίον μου ἐξ ἐναντίον μου ἔστησαν, καὶ πάντες οἱ θεωροῦντές με ἐξεμυκτήρισάν με. ἐμοῦ δὲ παρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες, παρ' ὀλίγον ἐξεχύθη τὰ διαβήματά μου, ὅτι ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν. * δεδωκυίας μέν τοι τὴν βασιλείαν πάλαι ξυνεπεπτώκει τῇ ἐκκλησίᾳ προνόμια, ταῦτα δὴ τὰ μέχρι νῦν θεωρούμενα· δεδωκυίας δ' αὖ καὶ τὴν ἐκκλησίαν τῇ βασιλείᾳ, τὸ πατριάρχην, ὃν ἂν ἐθέλοι τῶν ψηφισθέντων προβάλλεσθαι. αὐτὸν δὲ οὐ μόνον ἐγὼ προυβαλόμην αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐξελεξάμην, καὶ τῶν πολλῶν τε περιβλέπτων καὶ ἐλλογίμων ἀνδρῶν προὔκρινα, ἄνθρωπον ἐν ἰδιωτείᾳ καταγηράσαντα, καὶ μηθ' ἱερωσύνης τυχόντα, μήτ' ἐμφανείας τινός. ἐῶ λέγειν ὅσας ἐξῆς ὑπὲρ αὐτοῦ προὔτεινα βοηθείας καὶ χάριτας. καὶ νῦν ὀφείλων μοι βοηθεῖν, καὶ αὐτὸς πράττοντι δυστυχῶς. ὁ δὲ συνεργεῖ τοῖς κολάζουσι, βιαιότερος αὐτὸς ἐμοὶ καθιστάμενος δήμιος· εἶτά με ἐρωτᾷ, ὅπως αὐτὸς ἐπ' ἐκκλησίας ἄρτι μνημονεύεσθαι βούλομαι, καὶ πλάττεται λύπην καὶ ἄγνοιαν τῶν κατ' ἐμοῦ τελεσθέντων· ὅμοιον ποιῶν τῷ αἰγυπτίῳ κροκοδείλῳ, ὃν βόσκει τὰ Νείλου νάματα τοῦ τὴν Αἴγυπτον ἄρδοντος. ὁπόταν γὰρ κἀκεῖνος ἀποπνίξῃ τῶν ἅμα αὐτῷ τὴν δίαιταν ἐκεῖ ποιουμένων ζώων ἕν, ἔπειτα καθίσας ἐπὶ τὸν ἐκείνου νεκρὸν, θερμὰ καταχεῖ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς δάκρυα. ἐγὼ δὲ οὐκ ἔχω ὅ, τι ἂν ἀποκριναίμην πρὸς τὰ οὕτωσι πεπλασμένως μοι προτεινόμενα. εἰ μὲν γὰρ ὡς βασιλέα φαίην, οὐκ ἂν φθάνοιμι φονευόμενος ὑπὸ τῶν διὰ τοῦτό με δέσμιον ἐχόντων. εἰ δὲ μοναχὸν Ἀντώνιον, ὁμολογία τις τ' ἂν νομισθείη τοῖς τὰ ἡμέτερα κακουργοῦσιν, ὅτι μὴ βιαίως, ἀλλ' ἑκὼν προελόμενος τὸ μοναχικὸν περιεθέμην σχῆμα αὐτός. ταῦτα καὶ πλείω τούτων διεξελθὼν ἐπ' αὐτῶν, μηδὲν δ' ὧν ἐζήτουν ἐκεῖνοι μαθεῖν ἀποκρινάμενος, ἐξέπεμψεν. αὐτὸς δὲ ἐπὶ τῆς κλίνης καθεσθεὶς, ἐπίστρεψον (φησί) ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι κύριος εὐηργέτησέ σε· μηδὲν ἐν τοῦ λοιποῦ λύπης ἄξιον ἐξειπὼν τῶν ἁπάντων, εἴτε περιουσίᾳ συνέσεως χαλινώσας τὴν γλῶτταν, εἴτε διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς λύπης οὐ μάλα ἑκὼν ἀδακρυτὶ παραδραμὼν τὴν συμφοράν. ὥσπερ ἀμηχανίᾳ καὶ νάρκῃ τῆς ψυχῆς πεδηθείσης, πρὶν τὸ περὶ τὸν ἐγκέφαλον ἀθροισθὲν ὑγρὸν εἰς δακρύων φορὰν ἐκτακῆναι. ἰδοὺ γὰρ καὶ ἥλιος, ὅτε μετρίας ἀφίησι τὰς ἀκτῖνας, πολλὰ τὰ πνεύματα καὶ τὰς ὑγρότητας ἐκεῖθεν ἀνέλκει. ὅτε δ' ὑπερβαλλούσας, ὁ δὲ φθάνει καταναλωκὼς σφᾶς, πρίν τι ἐκεῖθεν ἀνιμᾶσθαι. παραπλησίως δ' ἂν καὶ ὅσα τῶν ἐν ψυχῇ γινομένων παθῶν μετριώτερά πως ἡμῖν ξυνέναι ἐθέλοι,

ταῦτα

cum profundo ſuſpirio ex imo pectore deprompto, os aperuit, & hæc coram illis dixit: Vt, inquit, duplex in Lazaro miraculũ contigit, ꝙ & mortuus reſurrexit, & uinctus ambulauit: ita & in me fieri oportebat. Ecce enĩ & plane mortuus ſum, multis calamitatũ fluctibus demerſus: nec manus & pedes tantũ uinctus, ſed linguam etiam, qua, ut nihil aliud, ſaltem mala mea atq; iniurias aeri, & hominib. (ſi qui forte audirent) & acerbis tenebris, in quibus nunc uerſor, conquererer. Cæterum pudor oppleuit faciem meam, fratres mei me auerſantur, & filij matris meæ pro peregrino me ducunt, ac nec ipſum oculorum meorum lumen adhuc mecum eſt. amici & propinqui mei ex aduerſo mihi conſtiterunt: & omnes qui me uiderunt, ſubſannarunt. Mei uero pedes propemodum lapſi eſſent, & pene effuſi eſſent greſſus mei. Indignatus enim ſum aduerſus iniquos, cum pacem peccatorum uiderem. * Sic autẽ acciderat, ut Imperium olim Eccleſiæ priuilegia dediſſet, ea quæ etiã nunc cernuntur: ac uiciſſim Eccleſia id Imperio conceſsiſſet, ut quem uellet e deſignatis patriarcham declararet. Ipſum uero ego non ſolum deſignaui, ſed & ipſe elegi, & multis claris atque illuſtribus uiris prætuli: hominem, qui in uita priuata conſenuit, nec ſacerdotio nec ulla re alia inſignẽ. Mitto, quoties ei opem tulerim, & benefecerim. Nunc autẽ, cum & ipſe in calamitate ſubleuare me deberet: inimicis meis operam nauat, quouis alio carnifice mihi infeſtior. Nec me rogare ueretur, quomodo in Eccleſia mentionem mei fieri uelim, dolorem & ignorantiam rerum mearum ſimulans. in quo non aliter facit, quam Aegyptius crocodilus, Nili incola: qui cum aliquod ſecum uiuentiũ animaliũ interfecerit, cadaueri illius inſidet, & caput eius calidis lachrymis imbuit. Ego uero quid ad huiuſmodi cõmenticiam quæſtionem reſpondeã, non reperio. Nam ſi me Imperatorem dixero, ſtatim occidar ab ijs qui ea de cauſa me in uinculis tenent. Sin monachum Antonium, confeſsio illa exiſtimabitur ab ijs qui res noſtras fraude peruertunt, quaſi non coactus, ſed ultro monaſticũ habitũ induerim. Hæc aliaq; plura locutus, eos dimiſit, nullo ad ea quæ rogabant reſponſo dato, & in lecto cõſidens: Reuertere, inquit, anima mea in requiẽ tuam, quia Dominus benefecit tibi. nec ullum poſtea prorſus uerbum, quo dolorem teſtaretur, elocutus eſt, ſiue lingua ſingulari prudentia formata, ſiue ob magnitudinem doloris: uel inuitus calamitatem ſuam preter uectus, inopia conſilij, & torpore quodam animo uincto, priuſquam collecti in cerebro humores in lachrymas reſoluerentur. Nam & ſol cum moderatos radios emittit, multos uentos & humores attrahit: ſin immodicos, conſumit illos priuſquam attrahantur. Eodem modo & modici animorum affectus,

dolorem,

Locus hic uidetur mutilus.

Senioris Andronici cum patriarcha expoſtulatio.

Senior Andronicus animum recipit.

Curæ leues loquuntur, ingentes ſtupent.

dolorem ſuũ uerbis teſtari & lachrymis non recuſant. Qui uerò modum excedunt, ac animũ quaſi de gradu tumultuantẽ deijciũt, efficere ſolent, ut aut nihil dicas, aut quiduis potius ꝙ quod oportet, aut nihil potius quàm quod oportet. Ad hanc ſententiã confirmandam (ut aliquid è memoria uetuſtatis repetam) cum Cambyſes Suſis Aegyptũ bello peteret, & rex unà cum regno captos filios ſuos ſine ulla clementia ad necem trahi uideret, nullũ uerbũ locutus, humi caput tacitus inclinauit. Sed cum unũ ex familiaribus ſuis, qui Aegypto incolumi opibus & autoritate floruerat, pannis obſitũ, panẽ emendicãtem uidiſſet: percuſſo capite ſuo, cũ alto ſuſpirio ſodalẽ illum inclamauit, uerba tantũ non lachrymis rigãs. Deinde rogatus à Cambyſe, cur ꝓpter filios neq; illachrymaſſet, neq; dixiſſet quicꝙ, amicum autem allocutus eſſet & deploraſſet: reſpondiſſe fertur, Dolorem filiorũ longè maiorẽ fuiſſe, ꝙ qui lachrymas admitteret: amici uerò calamitatem, quæ tanta nõ eſſet, deplorandã eſſe, qui ex alto dignitatis gradu deiectus, in limine ſenectutis in tantã cladẽ incidiſſet. Cęterùm patriarcha decreuit, cũ ante nepotẽ Imperatorẽ, religioſiſſimũ & philochriſtũ Antoniũ monachum eſſe memorandũ. Sed priuſquã inde quatuor dies elaberẽt, cum Protoſtrator populum in ędib. in circulis, in portis, ubiq; deniq; ſuſurrantẽ audiret, cum ſeniore Imperatore iniquè agi, qui & fuiſſet Imperator, & defuncto nepote futurus eſſet: (neque enim legem eſſe monaſticã, inuitos & ui coactos cucullũ induere:) atrocia conſilia animo agitauit. ad eumq; miſit, qui ſcriptum iuſiurandum ab eo poſtularent, quo promitteret, ſe Imperatoriã poteſtatem nunquam quæſiturum, & oblatam repudiaturum, neq; alium ullum ſubornaturũ. Quod ſi recuſaſſet, eo die de ipſius capite actũ fore: ſimulq; rurſus Barbaros illos ſatellites ei adiungit. Ille uerò rurſus perterritus, & uitæ timens, inuitus illud etiã eſt aſſenſus: & quia cæcus erat, alio manu ducente, ſupernè rubrã crucẽ, infernè nigrã geſtãs, uiuere ſitus eſt. Hoc tẽpore in terra Perſarũ occulta turris reperta eſt, nummis auri puriſſimi plena, eo numero, cuius uix numerus iniri queat: quorũ nõ paucos Latini mercatores quouis terrarũ exportarunt, quos ob auri puritatẽ magno eſſe uſui ſcirent. Horũ multi Byzantij ſingulos ternis uſitatis aureis redemerũt. Eodẽ quoq; tẽpore literæ à Latinis & Colchidis habitatorib. qui ortum à Perſis ducũt, Byzantiũ afferunt, ſupercilio & muco plenę, & prędictionib. inſolentibus atq; ineptis, quales tibicinæ & ſaltatriculæ in proſtibulis ſuis amatoribus propinant. Nam ſi quid aliarum rerum, inſcitia utique omnium efficaciſsima eſt, ad quiduis perſuadendum hominibus leuibus & ſuperciliosis, quæ ad inconſultam eos temeritatem impellit, & ad

Exemplum Aegyptij regis.

Senioris Andronici memoria.

Synadeni acerbitas.

Crux rubra, & nigra.

Perſica turris auro lectiſsimo plena.

Prognoſtici cuiuſdam exagitatio.

ταῦτα καὶ λόγον ἔχειν ἑρμηνεία δὲ ἐν καρδίᾳ φλογὸς οὐ μάλα τοι ἀπαναίνεται. ὅσα δὲ ἀφειδεῖν τοῦ πλεονεκτοῦσαις χρῆσθαι ταῖς ἕξεσι, ταῦτ᾽ ἴδοι τις ἂν ἐξιστῶντα μέν πως καὶ τὴν ψυχήν. δυοῖν δὲ πείθοντα θάτερον, εἰ καὶ μηδέτερον ὡς εἰκός· ἢ γὰρ πάντα λέγειν μᾶλλον ἢ ἃ δεῖ, ἢ μηδὲν μᾶλλον ἢ ἃ δεῖ. ἵνα δὲ πρὸς τὴν τοῦ παρόντος λόγου βεβαίωσιν καὶ παλαιοτέρῳ τινὶ διηγήματι χρήσομαι· ὁπότε γὰρ Καμβύσου τοῦ περσῶν στρατεύσαντος ἐκ σούσων ἐπ᾽ αἴγυπτον, ἐπεὶ μετὰ δὲ ἀρχῆς καὶ ὁ τῶν αἰγυπτίων ἑάλω βασιλεύς, ἀγομένων ἐπὶ θάνατον ξὺν οὐδενὶ κόσμῳ τῶν υἱῶν, οὐδὲ βραχύ τι αὐτὸς βλέπων ἐφθέγξατο, ἀλλὰ σιωπῇ κύψας, ἔπειτα μόνον ἑώρα τοὔδαφος. τῶν δὲ γνωρίμων ἕνα ἰδών, ὃς πρότερον μὲν πλούτῳ πολλῷ καὶ δόξῃ χρησάμενος ἐπὶ ἱσταμένης αἰγύπτου, νῦν δὲ πάνυ διερρωγυῖαν ἐσθῆτα περικείμενος, προσαιτῶν περιῄει εἴ τις ἄρτον ὀλίγον παράσχοι· ὁ δὲ τὴν αὐτὸς ἑαυτοῦ κεφαλὴν ἤδη πατάξας, καὶ βύθιόν τι στενάξας, ὀνομαστὶ τὸν ἑταῖρον ἐκάλει μονονοὺ τοῖς δάκρυσι βρέχων τοὺς λόγους. ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν αἰτίαν ὁ Καμβύσης ἤρετο, ὅπως ἐπὶ μὲν τοῖς υἱοῖς μὴ δακρύσας, μηδὲ φθεγξάμενος μηδὲν, ὁ δὲ τὸν ἑταῖρον ἐδάκρυσε καὶ προσείρηκε, φάναι λέγεται καὶ σφόδρα μεῖζον εἶναι, ἢ ὥστε καὶ δακρῦσαι τὸ τῶν υἱῶν πάθος, τὸ δὲ τοῦ ἑταίρου μὴ τοσοῦτον, ὃ δακρύειν λοιπὸν δίκαιον, ὃς μεγάλης ἐκπεπτωκὼς δόξης, ἐς τοσαύτην δυστυχίαν ἐπὶ γήρως ἀφίκετο οὐδῷ. τοῖς μέντοι τὸν πατριάρχην κεκύρωται, μνημονεύεσθαι πρὸ τοῦ ἐγγόνου καὶ βασιλέως αὐτοῦ, εὐσεβέστατον καὶ φιλόχριστον ἀντώνιον μοναχόν. οὔπω τέτταρες ἐκεῖθεν ἡμέραι παρῆλθον, καὶ ἀκούων τὸν δῆμον ὁ πρωτοστράτωρ διαψιθυρίζοντα ἐν οἴκοις, ἐν ἀγοραῖς, ἐν πύλαις, καὶ πανταχῆ περὶ τοῦ γηραιοῦ βασιλέως, ὡς ἄδικα πεπόνθοι, καὶ βασιλεὺς ἦν, καὶ ἔσται τελευτήσαντος τοῦ ἐγγόνου, καὶ οὐχ ἕτερος τῶν ἁπάντων· οὐ γὰρ ἂν τοῦτον νόμος εἴη μοναδικὸς, ἄκοντας καὶ τυραννουμένους ὑποδύεσθαι τὸ μοναδικὸν σχῆμα· δεινὰ ἐπὶ δεινοῖς ἐμελέτησεν αὖθις. καὶ πέμψας ὅρκον ἀπῄτησεν ἔγγραφον ἐξ αὐτοῦ διαβεβαιούμενον, μηδέποτε ζητῆσαι βασίλειον κράτος, μήτε μὴν διδόμενον δέξασθαι, μήτ᾽ ἄλλον τινὰ προβαλέσθαι. εἰ δ᾽ οὖν, ἐπὶ ξυροῦ σοί φησι τὸ αἷμα τήμερον ἔσται. καὶ ἅμα τοὺς ἀλλοφύλους ἐκείνους ὁπλίτας αὐτῷ περιέστησεν αὖθις. ὁ δ᾽ αὖθις δείσας περὶ τῇ ζωῇ, ἄκων καὶ τοῦτ᾽ ἐπεπράχει. καὶ ἐπεὶ τυφλὸν εἶναι τοῦτον εἰρήκειμεν, ὑφ᾽ ἑτέρου λοιπὸν* τὴν χεῖρα χειραγωγούμενος, ἄνω μὲν ἐρυθρὸν περιέθηκε τὸν τοῦ θείου σταυροῦ τύπον, κάτω δὲ μέλανα. καὶ οὕτω συνεχωρήθη τὸ ζῆν. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ εὑρέθη περί τι τὴν τῶν περσῶν γῆν, πύργος τις ἐγκεκαλυμμένος νομισμάτων μεστὸς, καθαρωτάτου χρυσίου, μυριάδες οὐ ῥᾳδίως ἀριθμηταί. ὧν οὐκ ὀλίγα διαδεξάμενοι οἱ τῶν λατίνων ἔμποροι, διέσπειραν πανταχῆ γῆς καὶ θαλάττης, εἰδότες χρειώδη τυγχάνοντα διὰ τὴν τοῦ χρυσοῦ καθαρότητα· ὧν ἕκαστον πολλοῖς τῶν βυζαντίων ἐγεγόνει τριῶν νομισμάτων πολιτικῶν. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ γραφαὶ παρά τε ἰταλῶν, καὶ ἔτι ὁπόσοι κολχίδα περσῶν ἀπάδες οἰκοῦσιν, ἧκουσιν εἰς βυζάντιον, ὀφρύος τε καὶ κορύζης μακρᾶς οὖσαι μεσταὶ, καὶ προῤῥήσεων ὅσαι μειρακιώδεις καὶ ἀγεννεῖς, καὶ οἵας αὐλητρίδες καὶ ὀρχηστρίδες ἐς χαμαιτυπεῖα προπίνουσι χαριζόμεναι τοῖς ἐκεῖσε κωμάζουσιν. εἴπερ γάρ τι τῶν ἁπάντων ἕτερον, καὶ τὸ δὲ ἀμαθίας δ᾽ ἔμοιγε εἰς τὸ πείθειν τοὺς κουφοτέρους καὶ καταφρυωμένους δραστικώτατον ἔδοξε, καὶ ἀνυσιμώτατον, προπετῆ τε ἀπερίσκεπτον ὑφηγούμενον, καὶ πρόχει-

*ἐν χειραγωγούμενος.

καὶ πρόχειρον ἦν ἅπαν καθ' ἅπαντα χρόνον, εἴ τι που τοῖς κούφοις αὐτῶν λογισμοῖς ὑπεισφύηται. πρὸς δὲ δὴ ταύτας ἀντιλέγειν καὶ ἀπελέγχειν οἱ πλεῖστοι τῶν φίλων προὐτρέποντό με, οὐκ οἶδ' εἴτ' ἐμὲ βασανίζειν ἐθέλοντες, ὥσπερ τοὺς ἁμιλλητηρίους τῶν ἵππων ἐν διαφόροις πεδίοις ἐλαύνοντες οἱ δρόμων ὀλυμπικῶν ἀθληταί, εἴθ' ἑαυτοῖς μέρος ἐντεῦθεν ἡδονῆς ἐκποριζόντες. οὐδὲν γὰρ ἕτερον τῶν πάντων οὕτως ἔπεισιν ἡδονὴν τὴν ψυχὴν, ὡς ὅσα καὶ οἷα τῶν κατ' ἔφεσιν δεῖν ὁρᾶν καὶ ἀκούειν. παραπλήσιον γὰρ δὴν, ὥσπερ ἂν εἴ τις διψῶσι μὲν τῶν ἡδίστων πιεῖν ἐκδοίη καὶ ὑδάτων, φλεγομένοις δὲ ὥρᾳ θέρους ζέφυρον ἐμηχανήσατο ἀναψύξεως. ἐφίεται δὲ πάντως ἄλλος ἄλλου κατὰ τὴν τῆς ἐν αὐτῷ κριτικῆς τῆς ψυχῆς ἕκαστος δύναμιν, καθάπερ αἰτίας τινὸς καὶ ῥίζης ὑποκειμένης τῆς ἐκεῖθεν κινουμένης ὁρμῆς, καὶ ἀναλόγως χαρακτηριζούσης ἐν τὰς προθέσεις τάσδε ἢ τάσδε τοῦ βίου, ὁποίας πολλὰς καὶ ποικίλας γῆ τε αὐτὴ καὶ οὐρανὸς ἐκεῖνος προτείνεται. τὴν μὲν οὖν αἵρεσιν τῆς τούτων ἐφέσεως τοιαυτησί, εἰ μὴ καθάπαξ ἅπαντες, ἀλλ' οὖν οἱ πλείους δέξαιντ' ἂν οἶμαι, τήν γε μὴν ἀκαιρίαν αὐτῆς καὶ τὸ λίχνον, ταύτην δ' οὐ πάνυ τοι ἔγωγε. πάντα μὲν γὰρ ἐρευνᾶν, ἕν τι τῶν ἁρμοζόντων εἶναι, οὐκ ἄν ποτ' αὐτὸς ἑκών γε εἶναι ἀπαγορεύσαιμι· ἐν δὲ ἅπαντι καιρῷ καὶ χρόνῳ καὶ παντὶ τῷ βουλομένῳ, τοῦτο δὲ καὶ μάλα τοι σφόδρα αὐτός. οὔτε γὰρ παντὶ καιρῷ τὸ καίριον ἔνεστιν, οὔτ' αὖ παντὶ τῷ βουλομένῳ πρόσεστι πανταχοῦ τὸ βούλεσθαι· ἀλλ' ἔστι καὶ καιρὸς ἀκαιρίας γέμων, καὶ βούλησις ἀβουλίας πολλάκις μεστή. ἀλλ' οὖν ἐπειδὴ ταῦτα συγχωρητέα ὅπως ποτὲ ἔδοξεν εἶναι ἡμῖν, ἅπαξ τὰ βάρη τῶν τοιούτων, ὁποῖά γε εἴη προσίεσθαι προθεμένοις, καὶ χαρίζεσθαι σφίσιν ὁπόσον τὸ ἐφικτὸν ἐπιπεφύκειν, οὔτ' ἀκοὴν αὐτοῖς, οὔτε γλῶτταν ἀπεκλείσαμεν, ἀλλὰ μετρίοις ἐλέγχοις ἔστιν ἃ τῶν γραφομένων ἠμειψάμεθα. καὶ ὁπόσους τό, τε καίριον ἐς τὸ τῆς ἀσφαλείας μουσεῖον ἐπαιδαγώγησε, καὶ πᾶς τις οἶμαι ἀκηκοώς, οὐκ ἂν ἡμῖν μέμψαιτο. καὶ τὰ μὲν ἄλλα τῶν γραφομένων, ἀπόρρητα κεῖσθαι παρήκαμεν τέως, ἀκαιρίας ὡς τὰ πολλὰ κατορχουμένης αὐτῶν πάνυ τοι φορτικῆς καὶ ματαίας· ἃ δ' ὡς ἐν ἐπιστολῆς σχήματι πρὸς ἕνα τῶν φίλων εἰρήκαμεν, ἵνα μὴ τὸ τῆς εὐσχήμονος ἡμῶν σιωπῆς ὑπόληψιν ἀπορίας ὑπόθοιτο τοῖς ἀφειδεστέροις τῶν ὑβριστῶν, ταῦτα καὶ νῦν τοῖς ἐντυγχάνειν ἐθέλουσιν ἱστορίας ἕνεκα παραθήσομεν.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΟΥ ΣΥΓΓΡΑΦΕΩΣ πρός τινα τῶν φίλων.

ΟΠΟΣΑ γὰρ ἐφ' ἣν τῶν λεγομένων νοῦν ἡγεμόνα προβάλλεται, καὶ τούτῳ τὴν πρέπουσαν αὐτονομίαν σαφῶς ἐπιτρέπει· ταῦτα καὶ νοῦν πάντως ἐπόπτην ἐφέλκεται, καὶ γλῶσσαν ἀναμένει σὺν ἐπιστήμῃ δικάζουσαν. ὅσα δὲ ἁρμονίας ἁπάσης παραιτησάμενα νόμους ὅρων ἐπιστημονικῶν ὑπερόριον καὶ φυγάδα τείνουσι πόδα, ταῦτ' οὔτε νοῦν ἐπόπτην οἶδεν ἐφέλκεσθαι, καὶ πάντα λόγον ἑρμηνείας μάλα σφοδρῶς ἀποσείεται, φύσεως ὄντα σαφῶς ἀρρωστήματα, καὶ λύρας ὥσπερ ῥαγείσης πλημμελῆ τινα κρούσματα. ὅθεν ἔπεισί μοι σφόδρα θαυμάζειν, ὦ φίλων ἄριστε, πῶς οὕτω κἀμὲ ξυνηθὲς καλινδεῖσθαι τὸν φίλον πρὸς τὰ φαῦλα, καὶ γλῶτταν παρέχεσθαι τουτουσὶ τοὺς σαφῶς ἐξελέγχουσαν λήρους, ὁπόσοι τῶν ἐπιζεφυρίων βαράθρων συχνὸν ἀναρρήγνυνται, καθάπερ τινὲς τῶν ἡφαίστου κρατήρων αὐτόματοι ῥύακες. καὶ ἔτι

& ad quiduis ſine conſilio ſuſcipiendum incitat, ſi quid fortè leuibus eorum cogitationibus inſedit. Ad quas coarguendas & refutandas, plurimi ex amicis me hortati ſunt: haud ſcio num me, ut curſores equi uarijs in locis tentari ſolent, exploraturi, an uoluptatis aliquid inde ipſi percepturi. Nihil enim eſt animo iucundius, quàm id uidere & audire quod deſideres. Perinde eſt enim, ac ſi quis ſitientibus ſuauiſsimam aquam offerat, & æſtuantibus frigidum Zephyrum immittat. Deſiderat autē alius aliud, pro ſuo quiſq; iudicio: unde appetitio illa commouetur, & ad aliud atq; aliud uitæ inſtitutū impellitur, quæ multa uariaq; & cœlum & terra proponunt. Etſi autem idem quod illi amici mei, ſi non omnes, at pleriq; opinor deſiderabunt: ego tamen non is ſum, qui id præſtare conari uelim. Nam omnia quidem inquiri decere, nūquam inficias iuerim. Quouis autem tempore, & in cuiuſuis gratiam id facere, ualde equidem recuſarim. Neq; enim quoduis tempus opportunitatem habet, neq; quemlibet quiduis uelle decet. Eſt enim tempus minimè tempeſtiuum, & ſæpe uoluntas importunitate plena. Sed tamen cum hoc utcunq; concedendum illis, & onus hoc in humeros ſuſcipiendum, & pro uirili gratificandum uideretur, neq; aures illis neq; linguam occluſimus, ſed ſcripta illa ex parte modicis rationibus refutauimus. In quo, eorū quos prudentia in opportunitatis Muſeo erudijt, nemo opinor nos reprehendet. Ac cætera quidem arcana eſſe paſsi ſumus, propter ſummam importunitatem ſcriptorum. Quæ uerò epiſtolæ uice cuidam amico diximus, ne honeſti noſtri ſilentij cauſa eſſe ignorantia uideretur importunioribus obtrectatoribus: ea nunc hiſtoriæ cauſa, ſi qui fortè cognita ſibi uelint, inſeremus.

ἄλλου ἄλλος τυχεῖν, ὅτι ἕκαστος ἐφῇ.

AUTORIS AD AMIcum quendam epiſtola.

QVæ uerba inquam mentem ducem ſequuntur, eiq; ius ſuum relinquunt: eadem etiam mens inſpectrix comitatur, & lingua iuſtè pronuncians expectat. Quæ uerò concentus omnis leges recuſant, & omnes ſcientiæ limites temerè tranſiliunt: ea nec mentis cōſideratione digna ſunt, nec linguæ explicatione, cū non aliud ſint niſi quidā naturæ morbi, & ueluti ruptæ lyræ abſoni ſtrepitus. Quamobrē amicorū optime, uehementer mirari mihi ſubit, ꝙ pacto me amicū ad futilia iſta cōpellas, & linguā ad nugas iſtas refutandas accommodare cogas, quæ ex Epizephyrijs barathris frequenter erumpunt, ueluti Vulcaniorum craterum flammantes riui, & in

Nō omnia refutatione digna.

Elogiũ Imperatoris. iucunda & amabili ſpecie, hilaris & acceſſu facilis, humanus & clemẽtiſsimus. Cæterùm neminis ullum conſiliũ admittebat, ſui unius ſententiæ & ſcientiæ inſiſtens. Itaque pleraq; diſsimulabat, cõſilio plenus ille quidem, ſed à colloquijs & cœtu hominum alienior, adeò ut & Imperatorias curas & occupationes auerſaretur, *Neglecta Imperij inſtituta.* nec in maximis feſtiuitatibus Imperij ſolennia obiret, illa nimirum quę ad ſpectacula & publicas pompas & ſalutationes, & munificentiam Imperatoriam, & diſtributionem pecuniarum & honorum pertinerẽt. Vt periculum ſit, ne Imperatoriæ diſciplinæ inſtituta, quorum memoriam & ſucceſsionẽ Imperatores ad poſteros propagabant, obliuione prorſus obruantur. Nam cum multum temporis interfluxerit, & qui illa tenebant deceſſerint: poſteris, quid officij ſit, ſcire difficile erit. *Venator et auceps.* Sed ita fit, minutarum rerum occupatio ad exequendum officium ſegniores facit. Canes enim & aues uenaticas magno alebat numero: quibus ita erat deditus, ut ſi quis eum aditurus, canem aut auem offerret, facillimè compos uoti redderetur. Quæ omnia Cantacuzenus poſt eius obitum, ijs qui petebãt, diſtribuit, cum magnitudinem ſumptuũ reputaret, & rem ipſam imperio non modò inutilem, ſed etiam periculoſam iudicaret. Nam quindecim aureorum millia Imperatorij fiſci procuratores ultra ueterem morem in eas res expenſa retulerunt. *Deo fretus* Vſque adeò autem Deo fretus erat, & fiducia plenus, ut maxima ex parte ſine cuſtodia ageret, & ſine Imperatorijs ſatellitibus. Sæpe etiam eos quos retia & laqueos contra ſe inſtruere ſciret, in eaſdem ædes admitteret, & menſæ adhiberet. » Dicebat enim, uitam hominis in » manu Dei eſſe poſitam: à quo ubi eius deſtru» ctio permittatur, tunc omnibus periculis patere fores. Erat præterea ſingularis quædã in eo natura, ne uſquam Imperatoriæ maie- *ἀφιλοτιμία* ſtatis magnificentię & amplitudini ſtuderet: ſed ſæpe ſubditis humilius ſe gereret. Idq; ex uno è multis facilè apparebit. Notum eſt omnibus, Imperatoriorum tricliniorum pauimenti ſummitates ambas inter ſeſe oppoſitas eminere ſupra interiectum ſolum uſque ad ſpithamæ trientem, ubi etiam Imperatorium ſolium eſt conſtitutum, nimirum ut & in eo Imperator aliquid prę cęteris eximium habeat, ſiue in ſacris hymnodijs ſtans, ſiue nũc ſubditis, nunc exterarũ nationũ legatis reſpondens. Nec in illo loco cuiquam mortalium licere illi aſtare, præter uxorem, liberos & fratres, & patruos fortaſſe. Verùm illo ibi ſtante & diſſerente, non modò omnis nobilitatis adoleſcentia illi aſtabat, ſed & plebeiorum miniſtrorum quilibet. Vnde ſæpe turba hominum ita premebatur & urgebatur, ut ipſe deflecteret, ac loco cederet: alijsq; ſuperiore ſtatione conceſſa, paulatim ad inferius pauimentum deſcenderet, nemini omnium

nium

ἡδὺς καὶ χαρίεις τὸ εἶδος, τὸ ἦθος ἱλαρὸς καὶ εὐπρόσιτος, τὴν γνώμην φιλάνθρωπος καὶ πάντοι συμπαθής, συμβουλὴν γε μὴν τὴν παρὰ τῶν ἑτέρων οὐδ' ὁπωστιοῦν προσδεχόμενος οὐδεμίαν, μόνῃ τῇ ἑαυτοῦ διετέλει πειθόμενος γνώμῃ καὶ γνώσει. διὸ καὶ κρυψίνους ἦν ὡς τὰ πολλά, καὶ βαθεῖαν μὲν διὰ φρενὸς καρπούμενος αὔλακα. ἀνόμιλος δὲ ὤν, καὶ μισῶν περὶ ἑαυτὸν πλῆθος ἀνθρώπων ὁρᾶν. ὅθεν καὶ οὔτε βασιλικαῖς ἐνέχεσθαι φροντίσι καὶ ἀσχολίαις ἠνείχετο, οὔτε μὴν ἐν ταῖς μεγίσταις τῶν ἑορτῶν τὰ τῆς βασιλείας ἐτέλει νόμιμα, τὰς θεατρικάς φημι καὶ δημοτελεῖς πομπὰς καὶ φιλοφροσύνας, καὶ τὰς μεγαλοψύχους εὐεργεσίας τε καὶ διανομὰς τῶν τε χρημάτων ὁμοῦ καὶ ἀξιωμάτων. ὡς κινδυνεύειν ἐντεῦθεν λήθης καταδῦναι βυθοῖς, τὰ τῆς βασιλικῆς εὐταξίας ἔθιμα, ὧν τὴν μνήμην * διαδοχὴν οἱ βασιλεῖς τοῖς ἐπιγόνοις παρέπεμπον. *καὶ πολλοῦ γὰρ παραρρυέντος χρόνου, καὶ τῶν εἰδότων θανόντων, δυσχερὲς ἂν γένοιτο γνῶναι τοὺς ἐθέλοντας τὰ δέοντα. ἀλλ' ὡς ἔοικεν πρὸς τὰ φαῦλα σπουδὴ ῥαθυμοτέραν ποιεῖ τὴν εἰς τὰ δέοντα φιλοτιμίαν. ἔτρεφε γὰρ κύνας καὶ ὄρνεα κυνηγετικὰ παμπληθῆ, καὶ τοσοῦτον ἐς ταῦτα ἥττητο, ὥστε καὶ εἴ τις αὐτῷ ἐντυχεῖν ἐβούλετο, ὄρνεον ἢ κύνα κομίζων, ἐτύγχανε ῥᾷστα τοῦ ποθουμένου. ἃ πάντα μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν, ὁ Καντακουζηνὸς τοῖς χρῄζουσι διεμέριζεν, ἀναλογισάμενος τό, τε παμπληθὲς τῆς δαπάνης, καὶ τὸ τοῦτον εἰς τὰ τῆς βασιλείας πράγματα πάντη μὲν ἀνόνητον, πάντη δ' ἐπισφαλές. πέντε γὰρ καὶ δέκα χιλιάδας φασὶν οἱ τοῦ βασιλικοῦ πρυτανείου διοικηταὶ περὶ τὴν σφῶν δαπάνην καινοτομεῖσθαι. οὕτω γε μὴν πολλὴν καὶ βεβαίαν πρὸς θεὸν ἐκέκτητο πίστιν, ὥστε καὶ ἀφύλακτος εἶναι γε τὸ πλεῖστον, καὶ αὐτῶν ἄνευ τῶν βασιλικῶν πελεκυφόρων. πολλάκις δὲ καὶ οὓς ᾔδει κατ' αὐτοῦ δίκτυα καὶ ἀγχόνας ἀρτύοντας, ὁμοσίτους τε ἐποιεῖτο, καὶ τούτοις συνδιαιτώμενος ἦν. ἔλεγε γάρ, ὡς ἀνθρώπου ζωὴ τῇ χειρὶ τοῦ θεοῦ συνέχεται, καὶ ὁπόταν ἐκεῖθεν συγχωρηθείη τὰ τῆς λύσεως, τότε καὶ πᾶσι κινδύνοις ἀνοίγεται θύρα. « « « οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ φύσεώς τις ἰδιοτροπία συνῆν γε αὐτῷ, μὴ φιλοτιμεῖσθαι μηδαμῇ περὶ τὸν τοῦ βασιλικοῦ μεγέθους ὄγκον· ἀλλὰ ταπεινότερον καὶ αὐτῶν τῶν ὑπηκόων ὁρᾶσθαι πολλάκις. τουτὶ δὲ ἐξ ἑνὸς τῶν πολλῶν παραστῆσαι τις ἂν ἐν βραχεῖ. δῆλον γὰρ ἐστὶ τοῖς ἅπασιν, ὡς αἱ τοῦ ἐδαπέδου ἐκ διαμέτρου ἀκρότητες τῶν βασιλικῶν τρικλίνων ἀμφότεραι ὑπέρκεινταί που τοῦ μεταξὺ ἐδαπέδου, ἄχρι καὶ εἰς τρίτον σπιθαμῆς, καὶ μάλιστα ὅπη καὶ ὁ βασιλικὸς ἕστηκε θρόνος, ἵν' ἴσως ἔχῃ τι καὶ τούτῳ πλέον τῶν ἄλλων ὁ βασιλεὺς ἱστάμενος ἔν τε ταῖς ἱεραῖς ὑμνῳδίαις, καὶ ὅτε διαλέγοιτο νῦν μὲν τοῖς ὑπηκόοις, νῦν δὲ τοῖς ἐξ ἐθνῶν πρέσβεσιν. ἐξεῖναί γε μὴν ἐπ' ἐκείνης τῆς στάσεως οὐδενὶ τῶν ἁπάντων τῷ βασιλεῖ συνίστασθαι, πλὴν τῆς συζύγου καὶ τῶν υἱέων καὶ ἀδελφῶν, προσθείην δ' ἂν καὶ τῶν πατραδέλφων. ἀλλὰ τούτου γε ἱσταμένου καὶ ὁμιλοῦντος ἐκεῖθεν οἷς ἐχρῆν, ἀνῄεσαν καὶ συνίσταντο οἱ οὐχ ὅπως ἅπασα ἡ τῶν εὐγενῶν νεότης, ἀλλὰ καὶ τῶν χυδαίων καὶ ὑπηρετῶν τάξιν ἐχόντων, οἷς προσβουλητέος ἦν. ὡς καὶ τοσούτους ἐντεῦθεν γίνεσθαι τοὺς συνωθισμοὺς περὶ αὐτὸν πολλάκις, ὡς ὑπείκειν αὐτὸν καὶ ἐνδιδόναι, καὶ ἄλλοις μὲν τῆς ὑπερτέρας παραχωρεῖν στάσεως, αὐτὸν δ' ἠρέμα κατιέναι πρὸς τὸ τοῦ ἐδάφους χαμαιζηλότερον, μηδενὶ τῶν ἁπάντων ἀχθόμενον, περί γε μὴν τῆς ὑπὸ

κεφα-

κεφαλῆς καλύπτρας ἐπὶ τῶν πρότερον βασιλέων ἔθος, τοὺς μὲν χρόνῳ προβεβηκότας ἐν τοῖς βασιλείοις χρῆσθαι καλύπτραις πυραμοειδὲς μὲν ἐχούσαις σχῆμα, σηρικοῖς δ' ἐνδύμασι περὶ τὸ ἀνάλογον ἑκάστῳ ἀξίωμα καλυπτομένας. ὅσοι δ' ἐν ἡλικίᾳ, τούτους δὲ πάντας καθάπαξ ἀκάλυπτον ἔχειν τὴν κεφαλήν. ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἐς τοσοῦτον ἐῤῥει τὸ ἔθος τοῦτο, ὡς καλύπτρας μὲν κεχρῆσθαι πάντας ὁμοῦ καὶ νέους καὶ ἀφήλικας ὁμοίως, ὥσπερ ἐν ἀγροῖς, οὕτω καὶ βασιλείων ἐντὸς, πολυειδέσι δ' οὖν καὶ ταύταις καὶ ἀλλοκότοις, καὶ οἵαις ἑκάστῳ πρὸς βουλήσεως ἦν. οἱ μὲν γὰρ λατινικαῖς ἐκέχρηντο ταύταις, οἱ δὲ ταῖς ἐκ μυσῶν καὶ τριβαλλῶν ὁμοίαις, οἱ δὲ ταῖς ἐκ συρίας καὶ φοινίκης ἴσαις, καὶ ἄλλαις ὡς ἑκάστῳ διεβεβαιωμένον ἦν. τὸ δ' αὐτὸ κἀπὶ τῶν ἐνδυμάτων κατεχρήσαντο ἔθος, ὡς ἐντεῦθεν τοὺς συνετωτέρους καινοτομίαν τινὰ καὶ κατάλυσιν ὑποπτεύειν τῆς βασιλείας, καὶ φθορὰς τῶν ταύτης ἐθῶν καὶ πραγμάτων. ἤδη δ' ἐπῄει τοῦτο συνάγειν τελεωτέρᾳ τῇ γνώσει κἀκ τῶν βασιλείων καὶ περιλαμπρῶν οἴκων ἐκείνων, καθῃρημένων μικροῦ τῶν ὅλων, καὶ ἐς ἀποπάτους καὶ κοπρῶνας καθισταμένων, οἷς περιγίνεσθαι ξυμβαίνει. παραπλησίως δ' αὖ κἀκ τῶν πατριαρχῶν ἐθῶν καὶ πραγμάτων, καὶ αὐτῶν γε τῶν μεγίστων καὶ περιφανῶν οἰκιῶν. ἃ δὴ κράτιστος κόσμος ὁμοῦ καὶ ὀχύρωμα τοῦ μεγίστου ναοῦ τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας ὑπῆρχον τοῖς τε πρώτοις συστᾶσαι δημιουργοῖς, καὶ τοῖς ἔπειτα προσθῆκαι γινόμεναι κάλλισται, καὶ μάλα τοῖς πρώτοις ἔργοις προσήκουσαι· πάντων γὰρ ἐπ' ἴσης φθορὰ καὶ κατάλυσις κατωρχήσατο.

ΤΕΛΟΣ, ΚΑΙ ΘΕΩι ΔΟΞΑ.

nium ſuccenſens. De capitis porrò tegumento, apud ſuperiores Imperatores moris erat, ut ętate prouectiores aulici proceres pileis turbinatis uterentur, ſerico tectis, pro dignitate cuiuſque: adoleſcentes uerò omnes prorſus nudis eſſent capitibus. Illo uerò Imperatore, is mos uſqueadeò obſoleuit, ut omnes ſimul & adoleſcētes & ſenes pileis uterētur, non minus in palatio quàm in agris: ijſq; multiformibus & peregrinis, & quales cuiq; probabantur: alij Latinis, alij Myſijs & Triballicis, alij Syrijs & Phœnicijs, ſuo quiſque arbitratu. Eodem more in ueſtibus etiam uſi ſunt, ut prudentiores nouitatem aliquam & deſtructionem Imperij, & finem inſtitutorum ac morum illius diuinarent. Idem certius etiam ex eo colligebatur, quòd Imperatoriæ & illuſtriſsimæ quæque ædes ferè omnes deſtructę, & in cloacas & fimeta redactę erant. Eodémque modo de moribus & rebus patriarcharum, eorúmque maximis & illuſtriſsimis ædibus iudicabant, quæ firmiſſimum ornamentum ſimul & munimentum maximi templi Diuinæ ſapientiæ fuerunt, tum à primis architectis confectæ, tum ab ijs qui ſecuti ſunt pulcherrimè adiectæ, & primis operibus admodum conuenientes: quæ æquè omnes corruptæ & deſtructæ ſunt.

Pilei & ueſtes.

Imperij interituri ſigna.

FINIS, ET DEO GLORIA.

ANNOTATIO LOCORVM QVORVNDAM E' GEORGII PACHYMERII HISTORIA, QVAM

à tyrannide Michaelis Palæologi auſpicatus, uſque ad Catelanorum ab Andronico defectionem perducit.

REM gratam Lectori, atque utilem me facturum eſſe arbitror, ſi Georgij Pachymerij locos nonnullos, qui à Michaelis Palæologi tyrannide hiſtoriam ſuam exorſus eſt, appoſuero. Codex alicubi carie confectus, & aliquot folijs paſsim exectis mutilus, è Bibliotheca inclytæ Auguſtanæ reipublicæ utendus mihi datus eſt. Qui ſi integer eſſet, nec tot in locis laboraret propter mediocrē ſtyli elegantiam, quam tamen barbara uocabula ſæpe quaſi pólluunt, & grauitatem ſententiarum, conuerſione non indignus uideretur. Nunc lectorem contentum fore arbitror capitum cuiuſque libri, & rerum quolibet libro memorabilium Annotatione: quæ libro primo eſt huiuſmodi. Sed prius ipſius autoris uerba de ſe audiantur. Sum, inquit, à primo ortu Conſtantinopolitanus, Nicææ uerò & natus & educatus: in ſacerdotum autem collegium cooptato, Protecdici & Dicæophylacis honos eſt delatus. Scripta eius recenſent à Geſnero: imago eius ſic depicta eſt in Auguſtano codice, ut & Theodori Laſcaris iunioris, ac Michaelis & Andronici ſenioris Palæologorum, quas ad Gregorę hiſtoriam primo loco ponendas curauimus.

CAPITA PRIMI LIBRI HI*ſtoriæ Georgij Pachymerij.*

PRoœmium autoris, & de ueritate narrationis.

Cur res ante ſuam ætatem geſtas non expoſuerit.

Quo pacto ueteres caſtella & arces munierint.

Quomodo eos qui arces tuebant tractarint.

Vt olim urbe ab Italis capta, infirmæ res Orientis fuerint, & de Chadeno.

Vt Perſæ Romanæ ditionis montes occuparint.

Vt Ioanne imperante, Michael Palæologus fidem Imperatoribus firmarit.

Quemadmodum Laſcaris iunior multis honoratis uiris deſpectis, alios in eorum locum ſurrogarit.

Vt Cotys, unus è proceribus aulicis, Palæologo pro amicicia, confugiendi ad Perſas autor fuerit.

Vt Palæologus reuerſus & ſuſceptus (τῶν μεσάτας τῆς ἰκονίας) dux exercitus in Occidentem, unà cū Dyrrhachino Chalcuze miſſus fuerit.

Vt Chadenus miſſus fuerit, ut Palæologum ferreis catenis uinctum reduceret: & ut reductus, in carcerem ſit coniectus.

Vt Imperator ægrotans magiæ quoſdam ſuſpectos habuerit. & de Maria ſiue Martha Domeſticiſſa.

Mors Imperatoris Theodori, & res eo uiuente geſtæ.

Vt Laſcaris Theodorus à patre Ioāne ad imperij ſucceſsionem inſtitutus fuerit.

Vt Protoueſtiarius Georgius Mutzalo Atramyttenus tutelam Ioannis pueri geſſerit.

Protoueſtiarij Mutzalonis concio.

Palęologi ad cōcionē Protoueſtiarij reſponſio.

Odiū exercitus cōtra Mutzalones, & ut exercitus Mutzalones occidere nō dubitarit.

Vt ea de cauſa procerū nonnulli diſceſſerint, nonnulli cuſtoditi ſint.

Vt proceres de tutela immaturi Imperatoris ſoliciti fuerint.

Vt etiam patriarcha conſentiente, Palæologus prælatus fuerit cæteris.

Vt Palæolog⁹ magnus Dux deſignat⁹ fuerit.

Vt Ioannes Imperator ægrotans multa pauperibus largitus ſit.

Vt magnus Dux Imperatoria pecunia ſibi uoluntates hominum conciliarit.

Vt erga patriarcham ſubmiſſe ſe geſſerit.

Vt ſtudioſi magni Ducis effecerint, ut Palęologus Deſpotes deſignaretur.

Vt patriarcha etiam ſit aſſenſus.

Vt Palæologus populi ſtudijs maxima quæque impetrarit.

Vt Deſpota Michael in Occidente pacē turbarit.

Vt Achaiæ princeps à Rom. captus fuerit.

Vt Michael Deſpotes uictis Romanis Cæſarem cæperit.

Hæc capita ſunt primi libri: in quo nihil ferè eſt, quod non & Gregoras tractarit. Hæc tamen ſparſim annotare uiſum eſt.

¶ Veritas, hiſtorię anima rectè dici queat, & ſacrariū: cui qui mendacium præfert, planè ſacrilegus eſt.

Byzantini, hoſtes in Oriente habuerunt Perſas, in Occidente Latinos. Aduerſus Perſas, Italicis auxilijs ſunt uſi: aduerſus Italos, Scythicis. Firmis arcibus confinia munierunt. Cum hoſtiū alteris pacē fecerūt, eiſq; tributa pependerunt, donec alteros debellaſſent. Tum uerò etiā alteros ſunt aggreſsi. Populos hoſtibus finitimos immunitatibus, & horū fortiſsimū quemq; ſtipendijs donarunt, ut quotidianis excurſionibus & dimicationibus hoſtem uexarent. Adhæc Imperatores crebris largitionibus caſtellorum præſidia firmabant.

Vetuſti moris fuit apud Imperatores, ut qui dubij criminis rei eſſent, duello decertarēt.

Qui fidē Imperatori frāgit, nunqd diris ſacerdotū deuotus, diuinā ultionē formidabit?

ὁ λεγχνό-

εἰ κεχρεώστηταί τῳ πρὸς θεοῦ τὸ ἄρξαι, ἀνυπαίτιος ὁ καλούμενος. Si cui diuinitùs decretum eſt Imperium, is qui ad Imperium uocatur, cri mine uacat.

Theſſalonicēſis epiſcopus uocem μάρπου ter audiuiſſe fertur. quam ſiue ita ſit, ſiue cōficta, ſiue è libris Imperatorijs excerpta fuerit, interpretati ſunt: μιχαὴλ ἄναξ ῥωμαίων παλαιολόγος ὀξέως ὑμνηθήσεται, Michael Palęologus Imperator Romanorum citò celebrabitur.

Teſtatur autor, ſe adoleſcente nōnullos maſſam ferream candentem manibus citra noxam ſuſtuliſſe, itaq; innocentiam ſuam per miraculū teſtatam reddidiſſe: cum alioqui teſtes produci, iuſiurandum deferri, & anteacta uita reorum conſiderari ſoleat.

Sub obitum Theodori Laſcaris, ſexto die ſol per horā obſcuratus eſt, tenebręq; operuerunt omnia, adeò ut ſtellæ in cœlo apparerent.

Imperatorū diuitię, populi diuitiæ iudicant̄.

Non licuit nobis amplecti aliud, niſi ut ei qui rerum potiebatur, citra fraudem inſeruiremus: id quod etiam nulla propoſita gloria fecimus, haud ignari, fidem cum alacritate coniunctam, tametſi inuidiam uincere nequeas, laudari.

Perturbatione temporū, eos etiā qui uero iudicio nullius criminis cōuinci queāt, maximis inuolui criminibus haud eſt ueri diſsimile.

Diuinus oculus iudex eſt omnium.

Ego uel poſtremo loco contentus ero.

Quæ eſt iſta ſeruitutis neceſsitas, quo minus quod uelis, dicere liceat?

Mori neceſſe eſt, ſiue morbus ingruat, ſiue non.

Homines ſubinde nouis rebus gaudent, proinde facilius inuenias qui afflictis inſultet, quàm qui fortunatis gratuletur.

Vt ſecundarum rerum cognatorū particeps fuerat, ſic etiam aduerſarum ſocius futurus erat.

Ioannes Romanorum pater, Theodorus uerò Dominus cognominabatur.

Michael Palæologus regno potitus, tres tantum aureos domi habuit.

Propter unum infantem, tantum imperium, tantæq; res nō ſunt in periculū adducendę.

Papa cum Achaiæ principem iureiurando, quòd Palæologo dederat, ſoluiſſet, continentium bellorum cauſam præbuit.

Atq; hæc è primo Pachimerij libro.

CAPITA SECVNDI LIBRI.

VT patriarcha Arſenius de imperio ſolicitus fuerit.

Vt diris ſolutus ſit Palæologus, quibus obſtrictus fuerat, arrepto imperio.

Vt Romani utriſque & Palæologo & puero Ioanni iurarint, & quibus conditionibus.

Vt Palæologus puero iurarit, & proceres utrique, & ut clypeo inſidens Imperator declaratus fuerit.

Vt Palæologus rerum potitus, ſumma liberalitate uſus fuerit erga & proceres & milites, & reliquos.

Vt Palæologus etiam ante coronationem arces munierit.

Vt pactū coronationis Palæologus uiolarit.

Vt Palæologus à patriarcha coronatus ſit, neglecto puero.

Vt Palæologus coronatus, populum ſibi & dictis & factis conciliarit.

Vt Palæologus Nymphæum reuerſus cum puero, undecunq; legatos exceperit.

Vt magnus Domeſticus Imperatoris frater Ioannes occidenti præfectus, re bene geſta, Sebaſtocratoris inſignibus acceptis, cum rediſſet, Deſpota ſit creatus ab Imperatore: & ut eorum frater Conſtantinus, Sebaſtocrator ſit appellatus.

Vt Michael Deſpotes in anguſtias redactus, coniugem & filium Ioannem ad Imperatorem miſerit, illam legationis ergò, hunc pro obſide.

Vt Imperator procerum dignitatem auxerit.

Vt Imperator urbi capiendæ intentus, Selybriam cœperit.

Vt patriarcha Arſenius ſede ſua ceſſerit.

Vt Nicephor⁹ Epheſius patriarcha factus ſit.

Vt Sardianus & Theſſalonicenſis cæteris non aſſenſi ſint in deſignatione Epheſij.

Vt Sardianus Selybriæ monaſticum habitum induerit.

Vt multi Eccleſiaſtici proceres exiguo tempore mortui ſint.

Vt Imperator Galatę caſtellum ſit adortus.

De cadauere Imperatoris Baſilij Bulgaroctoni.

Vt patriarcha Nicephor⁹ unà cū Imperatore Nymphæum ſit profectus: quidq; ibi egerit, & de illius obitu.

Vt Imperator amoto adoleſcente Ioanne, ſecurus fuerit.

Vt Chalyphas & Perſę à Tocharis, hoc eſt Scythis, ſubacti ſint: utq; Sultanus Azatines ad Imperatorem confugerit.

Vt ſuperiores Imperatores ad Tocharorum famam affecti fuerint?

De rebus in Occidente geſtis, & ut Cæſar obiter Conſtantinopolim inuaſerit.

Vt urbs capta fuerit.

Quid improbus Protoſecretarius Senacherib egerit, cum urbem à Romanis recuperatam eſſe audiuiſſet.

Vt Imperator urbis recuperationē audierit.

Concio Imperatoris de recuperata urbe.

Vt Imperator cum tota ſua familia & proceribus urbem ſit ingreſſus.

Vt urbem ingreſſus Imperator, Latinorum tribus tractarit.

Vt res Romanas ordinarit.

Deliberationes pōtificum de patriarcha Arſenio.

Vt Imperator adoleſcentẽ Ioannẽ amouerit, & ut populos Italicos extra urbem habitare iuſſerit.

Legatio Imperatoris ad Papam & Latinos.

Nunc quædã ſparſim excerpta ſubijciemus.

De eligendo Imperatore.

Paucis exceptis, & fruſtra ob aliorũ multitudinẽ & potentiã aduerſantib. cæteri omnes uno cõſenſu Michaelem Palęologũ Imperatorem exoptabant. Optimum enĩ eſſe regnũ, nõ hęreditarię ſucceſsionis, non ſortis temeritate, ſæpe etiã indignis obijci ſolitũ, ac peſsimis hominib. quos bonus princeps uel ſeruorũ habere loco dedigneť. Eum uerò principatũ rectiſsimè cõmendari, ad quẽ ſpectata & ꝓbata uirtute euehatis: ꝙ is demum populo proſit, qui id exequendũ ſibi putet, cuius gratia ſit cõſtitutus. Medicum accerſi nõ fortuitò, nõ propter cognationẽ, cum ualetudo agitur. Quòd ſi gubernator naui ꝓpter neceſsitudinem pręponať, non eum gubernatorẽ, ſed euerſorẽ fore nauis. Hinc fieri poſſe, ut quẽ rectiſsimè inſtitutũ eſſe oportebat, is omniũ ſit deprauatiſsim⁹: quippe q ſimulac in lucẽ editus ſuſceptusq; fuerit, regio luxu ac delicijs corrumpať, adulatione perpetuò urgente, ueritate uerò fugiente: cũ turpiſsima quęq; pulcherrimis nominib. orneneť. Adeò ut uetere ꝓuerbio etiã certus tuſsiendi modus adulatorũ materia fuerit apud eos principes, qui ſimul & imperãt & ſeruiũt. Vbi qui minimũ monuerit, ut maleuolus & ſceleratus exagitetur ab ijs, qui admonitionẽ edictũ cenſent: præterea eos etiã, ꝗs ille rerum ſtatus nõ delectet, nihilominus & ipſos principe ſupra modũ efferendo aſſentari, ac faſtũ eius augere. Alios quaſi in ſcena uarias perſonas inducere, genus ad bene imperandũ ſatis eſſe putare: uaſi in primo ſemine regię quędã uires ad optimè gubernandum ineſſent.

Duorũ principũ electio, ciuiliũ bellorũ cauſa.

Imperatorio clypeo inſidet is, q Imperio deſtinatur: ac pedibus primùm Imperatorijs inſignibus ornatis, & manib. hinc pontificũ, inde procerũ elatus, Imperatorijs hymnis & plauſibus ab omnibus celebratur.

Animaduertit ille quidem ſe deceptum eſſe: ſed neceſsitate circumuẽtus, quid ageret, non habebat.

Ioãnes Theodori Laſcaris iunioris filius balbutiente uoce patriarchæ dixit, ſe uita cõtentum fore, modò ne quid grauius in ſe conſuleretur.

Suis quiſq; rebus intẽtus, Rempub. minimè curabat: ſuo tandẽ tempore pœnas daturi.

Quod in fatis eſt, oppugnat ſapientiam. τὸ μέλλον γενέσθαι, ἀντιπεράττει καὶ τῷ φρονεῖν.

Bene ſperabant, etiã cum formidabilia nunciarentur.

Secum ipſe tantum & cum Deo colloquens.

Non animaduerſis, occultis eius conſilijs.

Propè decem eccleſiaſtici principes, nouem menſibus mortui.

Ioannis Beci ſomniũ de tranſitu patriarcharum per terribilem fluuium, quos ipſe aliquãdo ſecuturus eſſet, interitus & calamitatis prænuncium.

Prouidentiæ uis ineuitabilis.

Nefas eſſe, uiros Deo cõſecratos mundano tribunali ſiſti.

Fatum ut animantibus, ita etiam ciuitatibus ineuitabile.

Eorum quæ in medio ſunt, maxima eſt ſecuritas, ſi ea quæ circũcirca ſunt, nõ laborẽt.

Latini Byzantium annos quinquaginta & menſes octo tenuerunt.

E' TERTIO GEORGII PACHYmerij hiſtoriarum libro.

Vt imperator de Arſenio patriarcha deliberarit.

Vt accerſitus patriarcha Arſenius, in urbem introductus fuerit: & de altera Imperatoris coronatione.

Vt Imperator legatis ad Tocharos & Aethiopes miſsis, affinitates iunxerit.

Qualis ſit camelopardalis.

Vt Aethiopes auctis uiribus Syriam uaſtarint: & de Noga.

Vt tres Imperatorię uirgines maritis ſint deſponſæ, & qualibus.

De domina Anna Alemanna.

De dominæ Annæ fratre Manfredo & Carolo.

Vt tabulis maritima mœnia exaggerarint, & cur: & de apparatu Imperatoris.

Vt Imperator Ioannem loco motum cęcarit.

De Holobolo Manuele, cæterorumq; ſuſpicione ob Ioannem.

De Zygenis, ut ob Ioannem ab Imperatore defecerint.

Zygenorum defenſio inter ſeſe, cur quendã pro Ioanne ſuſceperint.

Vt affectus fuerit patriarcha, audito caſu Ioannis: & ut Imperatori ſacris interdixerit.

Vt Romani claſsiarij rem bene geſſerint.

Vt fratribus Imperatoris Occidentis adminiſtratio mandata fuerit.

De cubiculario Ioanne Macreno.

Quomodo Imperator res Aemi edictis per legatos adminiſtrarit domi ſedens.

Vt Imperator patriarcha callidè tractando egerit, ut in integrum reſtitueretur.

Vt ex compoſito Deſpotæ Occidentis Ioannes & Michael conuenerint.

Vt Deſpota Ioannes Occidente omiſſo, Orientales hoſtes inuaſerit: & ſingularis eius laus.

De afflicto ſtatu Maryandenorum, Bucellariorum & Paphlagoniæ.

De cometa qui æſtiuis menſibus in Septentrione uiſus eſt, & Imperatoris expeditione in Occidentem: & de Arſenio patriarcha.

De

DeBeco & Xiphilino eccleſiæ principibus.

De Sultano Azatine & Tocharis.

Quanta grauitate & ſeueritate Imperatorem patriarcha exceperit.

Affinitas Eulogiæ filiæ Annæ, & Nicephori filij Deſpotæ Michaelis.

De mendacio uulgato ob Tocharorum incurſionem iuxta Nicæam.

Sparſim excerpta.

Michael Palęologus ea cõiungere ſtuduit, q̃ natura diſsidebant: patriarchæ reſtitutionem & Imperatoris legitimi remotionẽ.

Si hæc dediſſet, ſperabat etiam cętera his cõſentanea.

Oppoſita inter ſe terrę climata Septentrionale & Auſtrale, inſitis quibuſdã uirib. tam corporũ quã animorũ inter ſeſe aduerſantur, cum ſint eiuſdẽ generis animantiũ & hominum euidentia temperamentorũ diſcrimina. Septẽtrionales ſunt albiores, ſtupidi, inculti, feroces, bellicoſi: Auſtrales nigriores, ingenioſi, ciuiles, imbelles.

Aethiopũ Sultanus Michaeli Palæologo inter cętera munera camelopardalim miſit, animal aſinorũ quos cãthones appellamus, magnitudine. pellis alba eſt ut pardalis, rubris diſtincta maculis: corporis habitudo qualis camelorũ, retrò à pudendis gibboſa uerſus humeros, anteriorib. pedib. longè altiorib. q̃ ſunt poſteriores. collũ inſtar gruũ longiſsimũ, & caput in altũ erectũ, paruũ, cameli ſimilitudine animal ſuperbũ efficit, uẽtre albo. à collo aũt per totam ſpinã uſq; ad modicã caudã, rectiſsima nigra linea diſtinguit: pedes tenues & bifidi, ut ceruorum: adeò cicur, ut à pueris etiã per ludũ tractet̃, & naſo trahat̃, & quocunq; uolueris ſequatur: herbiuorũ, pane & hordeo ut ouis paſcitur, manſuetũ. Si laceſſatur, ſe non ut equus ungulis defẽdit: nõ cornib. ut bos, neq; eñ cornua habet: nõ dentib. ut apri: nõ unguibus, ut feles: ſed innoxio morſu, tantiſper dum laceſſentẽ repellat, ulciſcitur. Nullum enim uenenum ineſt dentibus, &c.

Chriſtiani nefas ducunt, cum Aethiopibus, crucis Chriſti hoſtibus, pacem facere.

Michael Palęologus de repudiãda Theodora uxore cogitans, fruſtra Annę Ioãnis Ducæ uiduæ pudiciciam tentat.

Timere homines, Dei uerò metũ abijcere, illius eſt, qui quid ſit metuendũ ignorat. Sed diuinas leges timere, maxima eſt ſecuritas, quicunq; terror obijciatur.

Fridericus & Manfredus Siculi, Papæ parêre per omnia recuſarunt, ſuaq; frui libertatę uoluerunt.

Comes Carolus regis Gallorum frater (hunc Italiæ regem uocat Gregoras) iuſſu Papæ Fridericum & Manfredũ oppugnat, eaq; de cauſa à Papa Rex ſalutatur.

Azatines Sultanus magno luxu in Byzantij cõpitis totos dies potãdo & comeſſando exegit.

Septentrionales ſtupidiores, quòd ſol & paruo tempore apud eos commoratur, & cerebrum modicè tepefacit.

Animos temperamentis corporum affici ac mutari, naturæ doctrina monſtrat.

Michael Palæologus ea quæ tangi nefas eſt, petulanter contrectat, receptasq; leges conculcat.

Gaſmulicum Latinè dicuntur permiſti, è Romanis mulieribus & uiris Latinis nati.

Ne ſol quidẽ deſideratur, niſi radios ſuos & terrę & hominibus, & omnibus animantibus impertiat: neq; rex uerè imperabit, niſi ciuibus ſuis benefecerit. Qui uerò rex tenax eſt, & aſtrictus ad largiendum: ſimulachrum regni, non regnum tractat.

Cur honorem haberi ſibi poſtulant, ſi nõ uerè imperant?

Beneficẽtia cũ imperio naturà eſt cõiuncta.

Vno diademate duo capita tegere, & imperium pluribus partiri, graue eſt, & perturbatione plenum.

Cupiditatis intemperijs actus, euaneſcentẽ gloriã pluris fecit Palæolog⁹, q̃ Dei metũ.

Palæologus Ioanni Laſcari ignito crepitaculo (ἠχείῳ τινὶ πυρωθέντι) uibrato, aduſsit oculos, ut paulatim uiſus extingueretur.

Holobolo Manueli, quòd excæcati Imperatoris fortunas miſeratus eſſet, naſus & labra præciſa.

Trinaciotæ & Zygitæ mõtana Nicææ incolentes, cæcũ quendã erronẽ pro Ioãne excæcato Imperatorẽ ſalutant: & Palæologo diu fortiter aduerſati, tandem ab armis diſcedunt, cæco illo in Perſiam ablegato.

Ioãnes Laſcaris Nicęatico caſtello incluſus, ſatis commodè tractatus.

Ne mẽdaciũ de ueritate triũphet, uindictaq; conniuente emolumento ſit improbitas.

Gladius Spiritus, quod eſt Verbum Dei.

Spherus Empedoclis diſcipulus, omnia confuſa eſſe affirmauit.

Parua domus haud temerè magnam, nec magna paruam calamitatem capit.

Conſcientiæ teredo.

Cantacuzeni & Tarchaniotæ, uiri illuſtres ſub Michaele Palæologo.

Alexius Philanthropenus Protoſtrator, uir grauis & fortis.

Nihil cuiuſquã eſt, niſi eius qui rei bellicæ ſtudet.

Probabilia pro ueris admittere.

Macrenus cubicularius rebus optimè geſtis, propter mulierculæ calumniam à Michaele Palæologo excæcatur.

Gaſmulicum ad bella erat animoſum, Pyſylontes uerò agendis remis ſtrenui.

οὐκ ἐνδίκως ὦ δίκη, Iniuſtè ô iuſticia.

Occaſio anima actionum eſt.

Conſcientia Palæologũ quietũ eſſe nullo ſinebat modo.

Colũba in ſinũ accepta, in uiperã mutata, letaliter mordet.

Arſenius patriarcha ſumma ſeueritate Palęo

logum

logum auerſatur, quamuis facinus agnoſcētem, & ſummiſsè genibus aduolutum, & ueniam orantem.

Magnorum delictorum magnas oportet eſſe pœnas.

Adeò & ſcelus formidoloſum eſt, & uirtus honorabilis.

Nilus Siculus incōſideratam erga pauperes benignitatem uituperauit.

Palæologus cum ſubditos ob facinus ſuum ſuſpectos haberet, è re ſua fore cenſuit, detrimenta inferre populo, ne rebus ſecūdis elati, ſeditionem mouerent.

Populus rebus ad uictum neceſſarijs abundabat, ſed pecunia egebat.

Bucellarij, Maryandeni, & Paphlagones, ob tributorū exactiones paulatim ad Turcos deficiunt.

Ita fit, ut quod ad manum eſt, propter conſuetudinem faſtidiatur: id uerò quo careas, deſideretur, ut iucundius futurum, quòd præter conſuetudinem euenit.

οὐδ' εἷς κομήτης, ὅστις οὐ φύσει κακός.

Non eſt cometa, quin natura ſit malus.

Scythæ Romanis inexpugnabiles.

Montium uertices hoſtium ſpeciem præbebant, animo ſemel timore oppreſſo.

Malè obiti muneris pœna, flagellari, & muliebriter ueſtiri.

Arſenius patriarcha grauiter obiurgat Palęologum, quòd in tanta copia infidelium hoſtium, bella Chriſtianis inferret.

Fruſtra pœnitebat eius, quod iam mutari nō poterat.

Epimethei pediſſequa pœnitentia.

Nimirum fati magna uis eſt, quicquid contrà machineris.

E' QVARTO PACHYMERII *libro Capita.*

IMperatoris cōcio ad pōtifices de ſuis reb.

Vt Ioſephum Galeſinum Imperator ad patriarcham miſerit, reſtitutionem in integrū poſtulans.

Vt libellus accuſatorius Imperatori cōtra patriarcham ſit oblatus.

Quomodo, & ubi patriarchæ Arſenij negocium actum ſit.

Vt patriarcha ad Imperatorem uenerit, ac propemodum deceptus fuerit.

Vt in concilio pontificum accuſatio peracta, ſententiaq; lata ſit.

Vt tres pontifices miſsi à cæteris, patriarchæ renunciarint, eum loco motum eſſe.

Vt Imperator miſsis miniſtris patriarchā eduxerit, & quid actum ſit.

Quid oriētales patriarchę Alexādrinus & Antiochenus de abrogatiōe Arſenij ſenſerint.

Vt patriarcha, incolumi adhuc autoritate, Sardianū Andronicū deſignare inſtituerit.

Patriarchæ concio de diſsidijs.

Vt Germanus Adrianopolitanus, patriarcha ſit deſignatus, & qualis fuerit.

Vt Germanus, patriarchica ſede cōſcenſa, ſe geſſerit.

Vt patriarcha Holobolū in Dei eccleſiā traductum, officio oratoris donarit, & magiſtrum deſignarit.

Vt quidā aulici proceres, læſæ maieſtatis rei, Arſenium patriarcham detulerint.

Vt autor huius hiſtoriæ unà cum pontificib. ad illū miſſus fuerit, & quid illis acciderit.

Vt Imperator de reſtitutione illius deliberarit, & quamobrem.

Vt Ioſephus autor fuerit Germano, patriarchatu abeundi.

Quis & unde fuerit Hyacinthus.

Vt Imperator per Chalazam Sardianum, patriarcham Germanum inuaſerit.

Vt Germanus patriarchatu ceſſerit.

De Adrianopolitano Baſilio ſiue Barlaamo.

Vt Ioſephus à pontificibus patriarcha deſignatus fuerit.

Vt improbato Heraclienſi Pinaca, ut qui à Germano deſignatus eſſet, Gregorius Mitylenęus Ioſephum deſignarit.

Vt Ioſephus Imperatorē in integrū reſtituerit.

De affinitate Tarchaniotæ Andronici, & Imperatoris è ſorore Martha nepote, & de filia Ioannis Occidentalis.

Vt Deſpota in Occidente magnis copijs res gerente, ac frequenter ibi cōmorante, res Orientales peſſum ierint.

De diſſidio eccleſiaſtico, & de Pantepoptæ monaſterio.

Vt patriarcha Germanus poſt abrogatam dignitatē, cum Magno duce Laſcare in Pannoniā miſſus fuerit, atq; inde ſpōſam Imperatoris filio adduxerit: utq; coronati ſint.

Vt Magnus Conoſtaulus Tarchaniotes ad ſocerum ſuum Ioannem transfugerit.

Expeditio Deſpotæ Ioannis cum magnis copijs aduerſus Ioannē, & res fortiter geſtæ.

Vt Protoſtrator Philanthropenus cōtra Italos mari bene rem geſſerit, etiam Deſpota Ioanne operam nauante.

Sparſim excerpta è quarto libro.

Præſtat non pœnitere, quàm pœnitentē deſperare. nam illud ſtuporis eſt, hoc æternæ condemnationis.

Palæologus cū nihil non tentaſſet, ut patriarcha placato, noxa ſolueretur: deſperata uenia, totus in eo fuit ut illū loco moueret.

Non ſatis eſt dicere, ſanandum eſſe uulnus, niſi oſtendatur quo modo.

Ad agendum hortari eum, qui quid ſit agendum neſciat, ludibrij ſuſpitione nō caret.

Qui ſemel regnauit, mutationeq; expertus eſt, ad aliud ſe conferre nequit: aut ſi cōtulerit, moriatur neceſſe eſt. Nam quot inſidiæ tenduntur regno? quàm in paucis fides eſt, regno etiam incolumi?

Dei conſilium euertere uelle, quantæ eſt audaciæ? quantæ cōtumaciæ? quanto cum periculo coniunctum?

Deum

Deum aũt ſi ulli maximę rei, regni certè cõſtitutioni intereſſe perſuaſum habemus.

Notarius quidã patriarchę, cum ſuis primiceriis, quem uulgo Meſiten honoris cauſa dicunt, Hepſetopulus cognomento, libellũ accuſatoriũ offert Imperatori, in quo Arſenium patriarchã criminabat̃. Primò, cum initio matutinæ hymnodiæ, pſalmũ qui ꝓ Imperatore canat̃, reſecuiſſe, & à ſolo Tet ſancto & memoria eius iuſsiſſe exordiri. Secundò, cum Sultano eſſe addictũ, eiq́ꝫ cum ſuis ſæpe permiſiſſe lauacro Eccleſiæ ablui: cũ uenerãdi crucis characteres marmoribus illis inſculpti, illi uerò Agareni & profani ſint. Tertiò, iuſsiſſe ſuũ monachũ, ut filijs illius ſancta impertiret̃: cum nõ cõſtaret, an ſacro baptiſmate initiati eſſent. & ꝙ Sultanus ipſe cũ ſatrapis ſuis mane illuſtris et magnę Dominicę patriarchã ſupplicantẽ conuenerit, unaq́ꝫ cũ eo ſupplicarit.

Arſenius patriarcha ultro ſe defẽdit ante coactum iudicium: poſtea iudiciũ pręſcriptione remouet. ac per iniuriam pulſus, habita ad clerum de ſua innocentia oratione, atq́ꝫ inuocato & laudato Deo, ſerenitate ſubitò in tempeſtatem conuerſa, æquiſsimo animo abit in exilium.

Nos ea quæ tulit animus diximus: uobis uerò quid fieri conueniat, eſt deliberandum.

Arſenius patriarcha, quid Imperator contra ſe moliretur, etſi non ignorabat, tamen tota re Deo permiſſa quieſcebat.

Rem ſuo conſilio opportunam, licet in ea ſatis uirium non eſſet, differre non poterat.

Arſenius patriarcha nõ iudiciũ, ſed locum & modũ iudicij, ac perſonã (Imperatoris) recuſat.

Cauendum, ne malũ malo cures.

Quid? tu homo fucum facere Deo inſtituis?

Canon Apoſtolicus in eos qui ſe iudicio nõ ſiſtunt.

Vt mecum actum ſit, filij, Deo conniuente ſcitis: cuius uoluntati, utut illi uiſum fuerit, eſt obtemperandum. Arſenij uerba.

Michael Palæologus mentis eum cõpotem eſſe negat, qui non ſuo, ſed alieno conſilio ſuis in rebus utatur.

Fieri non poteſt ut cœptus amor augeat̃, niſi redameris.

Fabulatorem fortaſſe me dicetis. Sed fabulæ quæ ad ueritatem alludunt, laudantur.

Contumacia ſolitudinis eſt uicina.

Ludere ijs in rebus in quibus non eſt ludendũ, & in ijs elaborare in quibus haud quicquam proficere poſsis.

Delicta ſingulorũ totã ciuitatẽ turbis implẽt.

Monachi ῥακενδύται ϗ σακκοφόροι, hoc eſt, pãnoſi & ſacci geri.

Hoc nec tolerabile mihi, nec uobis tutum eſt.

Minæ ſupplicium antecedunt.

Aegrotis ij qui rectè ualent, adiumento ſunt. Qui uerò ipſi ægrotis ſunt animis, quid alijs conſulent boni?

Cauſam illorũ tempus fortaſſe demõſtrabit.

Germanus patriarcha ipſe quidem eruditus non erat, ſed eruditos amabat, colebat, attentiſsimè audiebat.

Germani ſimplicitas & liberalitas ac benemerendi ſtudiũ, ſtulticiæ uanitatis crimen incurrit.

Michael Palæologus ſacros cantores & ludi magiſtros publicis ſtipendijs conducit.

Carolus Frãcopulus Muzalonis interfector, læſæ maieſtatis reus factus, in quęſtionib. etiam Arſeniũ patriarchatu functũ & relegatum falſò detulit. Qui cum ſe legatis ea de re ad ſe miſsis grauiſsimè, nec ſine indignatione & cõqueſtione iniuriarum purgaſſet: hi re ipſa Imperatori expoſita, ſed omni uerborum acerbitate prætermiſſa, effecerunt, ut afflicto ſeni trecenteni aurei aſsignarentur.

Inſultare iacenti.

Non eſſe illi cum Imperatore litigandum.

Palæologus Germanũ patriarchã, à quo nouus Conſtantinus appellatus fuerat, per ſpeciẽ ſummi honoris, amoris, obſeruantiæ, malis & nefarijs artibus clàm oppugnat, atq́ꝫ per fraudem euertit, homo uerſipellis & perfidus.

Deus proſpiciet uobis de idoneo paſtore.

Adrianopolitanus Germani patriarchæ nepos, bellator potius ꝙ̃ epiſcopus, ob intemperias accuſatus, infamiã ſimulat: ſed abrogato ſacerdotio, cum ſe belli ducẽ Imperatori offerret, perfidiæ ac defectionis metu excæcatus, in carcerem conijcitur.

In patriarcha deſignando, in conſilium adhibenda uoluntas Imperatoris: & is unus huic muneri obeundo idoneus cẽſendus, qui illi acceptus fuerit.

Germanus patriarcha, uir nõ tantũ ſanctus, ſed etiam humanus, prior ſalutare atq́ꝫ amplecti obuios, blandè colloqui, arridere: exhilarari, ſi quid iucundè ac feſtiuè fieret aut diceretur, &c.

Michael Palęologus urbem Cõſtantinopolim tutò teneri, niſi totius maris imperium teneret, non cenſuit.

Monachi terreſtres, cœli ciues.

Dum Michael Palæologus metu ſeditionis ob religionis diſsidium in urbe ſedet, pręfecti prouincias expilant, & aures eius calumnijs prouincialiũ præoccupant. Quas res magna Imperij labes conſecuta eſt.

Monachi quidam inſtabiles & uagi, huc atq́ꝫ illuc circumcurſantes, & ędibus ciuiũ ſeſe inſinuantes, ſaccos ſuos infarciunt, & animos hominum exulcerant.

Inexhauſta opulentia eſt beneficentia.

Res non literis, ſed lachrymis deſcribenda.

Ea ſoluere, quę ſoluenda non ſunt.

Actuoſi hominis ociũ multo eſt hominis inertis atq́ꝫ ignaui occupatione efficacius.

Pauliſper ſe defendere, ut domino fides ſeruata eſſe uideatur.

In tur-

In turba promiſcua non deſunt, qui etiã nulla de cauſa expaueſcant.

Antiſthenes inimicis optauit omnia præter ſanam mentem: quam ſi haberent, cõſectu ri eſſent quæ uellent omnia.

Princeps cur dicitur, ſi his quorum curam ge rere debet, non conſulit ac proſpicit?

Deſpotes inſignia dignitatis ſuæ abiecit, ex mœrore ne acceptæ cladis, an placandi Im peratoris cauſa, incertum.

QVINTI LIBRI CAPITA.

VT Imperator ob ea quæ in Occidente geſta erant, partim doluerit, partim lætatus ſit.

Vt patriarcha ad Orientalia diſsidia religio- nis componenda peregrè abierit.

Vt Eulogia Mariæ filia Conſtantino Bulga- rorum Regi nupſerit.

De Noga & Tocharis ſiue Scythis, quæ o- lim eorum ratio, quis primus eorum rex & legislator fuerit.

De Mytze, & ut Imperatori Meſembriã tra- diderit.

De Imperatoris affinitate cum Seruijs, & pa- triarchæ Ioſephi ea de cauſa profectione illuc ſuſcepta.

De Dyrrhachio & terræmotu.

De rege Carolo, & ut claſſem contra urbem adornarit.

Vt Imperator ea de cauſa legatos ad Francię regem miſerit.

Vt Imperator ea expeditione audita, urbem munierit.

Vt Gregorij papæ legatis ad ſe miſsis, Impe- rator circumuento patriarcha & Eccleſia- ſticis, pacem accelerarit.

Vt Imperator cum Eccleſiaſticis pugnarit, ꝓ pace illa, eorumq́ non multos adiutores habuerit: utq́ Becus confeſſus ſit.

Vt Imperator Ioanne Chumno ſubornato, Becum reum fecerit, utq́ cum eo actũ ſit.

De libro quem Imperator ad Eccleſiam mi- ſit, & reſponſo Eccleſiæ.

Vt Becus in carcerem coniectus, eruditis Im peratoris ſcripturis adductus pacem pro- barit.

Vt patriarcha ſcripto ſit teſtatus, ſe pacem re pudiare.

De legatis Imperatoris, & patriarchæ in Pe- ribleptæ monaſterium ſeceſsio.

Reliqua huius libri, ut & eorum qui ſequun- tur omnium Capita, mutilo codice deſide rantur.

Sparſim excerpta.

Deſpota Ioannes Imperatoris frater, interro gatus cur inſignia Deſpotica abieciſſet: Ad gratiam Imperatoris, reſpõdit. cum is iam adultos filios haberet, non eſſe iuſtum, ut alij Deſpotæ nomen uſurpent.

Monachi in Oriente complures uirtutis ſtu- dioſiſsimi, & ſoli Deo uiuentes.

Ea mens erat Nicephori Blemmydæ, quaſi corpore non contineretur.

Heraclitus negauit, bis eãdem aqua tingi poſ ſe quenquam.

Vera & ſola pietas eſt neceſſaria: qua conſer uata ijs qui rectè uiuere inſtituerunt, cæte ra deſpicienda ſunt.

Philoſophũ agere ut philoſophia dignũ eſt: cum ſit homo, & fatis obnoxius.

Scythæ in mediterraneis habitantes, Alani, Zinchi, Gotthi, Roſsi.

Tzinciſcanis legislator Scytharum, homo ui lis & faber ærarius, autor ſuis fuit, ut deli- cias fugerent, obuijs contenti eſſent, inter ſe diligerent, priuata emolumenta ſperne rent, reipublicæ conſulerent, nihil in uita feſtinanter agerent, omnibus cibis uteren tur, plurimas uxores ducerent, nullos fun dos poſsiderent, migrarent quò cõmodi- tas inuitaret. pannos quoslibet tollerent, ac ueſtibus etiam integris aſſuerent: quod cum nulla neceſsitate coacti facerent, ſine uerecundia facturos. cũ eſſet opus, aliena occuparent. ueritatem in uerbis colerent, iuſticiam in factis: quorum alterum inge- nui animi, alterum rectæ uoluntatis eſſet. ut nemo alterius oratione falleretur, nec in agendo ullis inſidijs circumueniretur.

Nogas Scytha ornamenta miſſa à Michaele Palæologo aſpernatus, rogauit, nunquid calamitates, morbos aut mortem depel- lere poſſent? Neque enim margaritis, ſed utilitate mouebatur.

Hominibus perfrictæ frontis, infamiam ne- gligentibus, non eſt habenda fides.

Humana quidẽ forma, ſed beluinis animis.

Totum Dyrrhachiũ terræmotu collapſum, ciuibus omnibus oppreſsis: direptæq́ o- pes à finitimis, aureã meſſem metentibus.

Communicatio diuini panis, quam remune rationem uocant.

μεταλήψεις θείου ἄρτου, ὃν ἀντίδωρον λέγουσι.

Quod rectum eſt, nunquam corrigitur adhi bitum prauo: aut ſi adhibetur, non tamen deprauatur, ſed prauũ confertur ad rectũ.

Carthaginem nunc Thuniſim uocant.

Interius mare argento uiuo infuſo profundi- us factum.

Vir uirtute celeberrimus Gregorius Syrus, ad Papalem dignitatem accerſitus.

Iniuſtum atq́ abſurdum eſt, tot ac tantos po pulos ob res minutas diſsidere.

Cum hoſtibus crucis geratur bellum: ubi & uictoria laudabilis eſt, & uinci ſalutare.

Controuerſia.

Latini dicunt, Spiritum ſanctum è Patre Fi- lioq́ procedere.

Græci, è Patre per Filium, Spiritum ſanctum procedere.

Iudicium.

Attonitos eſſe utroſq́, arcana Dei rimando.

Magnum periculum eſt, quocunq́ modo à uera ſententia aberrare.

Spiri-

Digitized by Google

Spiritus corpori præferatur.

Quædam de aliquo dicuntur, & ſunt: quædã nec ſunt, nec dicuntur: quædam dicuntur, ſed non ſunt: quædam contrà ſunt, ſed non dicuntur.

Iuſiurandum magnã prohibendi uim habet.

Cyrillus ait, Latinorum & Græcorum controuerſiam pendere in duabus prępoſitionibus: quorum illi ſpiritum ſanctum eſſentialiter eſſe è filio, hi per filium affirment, ἐκ, καὶ διὰ.

Capita pacis Latinorum & Græcorum.

Pontificis Romani ſit τὸ πρωτεῖον, τὸ ἔκκλητον, τὸ μνημόσυνον: hoc eſt, principatus ſit Romanæ ſedis, ad eum appellare liceat Græcis, & memoria Romani pontificis unà cũ patriarchis celebretur.

Si Eccleſiaſticus eſt, Eccleſiaſtico more dicat.

Suum cuique iudicium eſt liberum.

Homo inconſtans, & quauis de cauſa mutabilis.

Rationibus ſeruiendum.

Non re ipſa, ſed ſolo nomine in rerum natura eſſe.

Cardinales à cardine appellantur, ut quorũ ianua ſit Papa.

Gręcos à Latinis albos Agarenos haberi.

Ioannes Paraſtro frater, legatus papæ ad Byzantios, pacis ita ſtudioſus, ut eueſtigiò mortem ſe cupidè obiturum diceret, conciliata inter Græcos & Latinos concordia.

Prudenti conſilio cedendo, & tempori ſeruiendo, impendens periculum uitare.

Si quid periculi impendeat, id eatenus tantũ eſſe curandum, ut uota faciamus.

Periculum citra periculum effugere.

Dum externum bellũ propulſare ſtudet, domeſticum inter nos excitauit.

Malea ligniuora, μαλίας ξυλοφάγος.

Oratorum calliditas, auditorumq́ imperitia & ruſticitas, fidem conciliat uerbis.

Prudentiæ eſt, ruſticos non curioſis intricare quæſtionibus, ſed ſinere ut ſimpliciter beati fiant. Nam quantæ uæcordiæ eſt eos cõmouere & excitare, ut de fide religionis certi eſſe uelint? Quid autem dicas, ut ille his in rebus moderationem conſeruet, qui præter ligonem & ſtiuam & inertem uitã nihil nouit?

Ipſe etiam Deus de iure ſuo conceſsit, cum homo factus ſupplicium ſubijt. οἰκονομίᾳ τὸν θεὸν σταυρὸν ὑπομεῖναι, &c.

Non omnes hæc perſtringit oratio.

Res pari & prouidentia & moderatione adminiſtrare.

Belli dona ſunt, urbes & pecunię.

Pharſalus olim Phthia.

Fatũ ille quicquid ageret, euitare nõ poterat.

Res periculoſa, & cum Dei uoluntate minimè congruens.

Pax colenda eſt, ubi Dei iacturam non facimus: rurſus bellum gerendum, ubi religio periclitatur.

Nouarum rerum eſſe reum.

Laura locus uerno tempori aptiſsimus, ſed ad hybernandum incommodiſsimus.

Genuenſes Venetis & opibus & copijs ſuperiores.

Conſilium ſimul & promulgatum, & ad rem collatum.

Romanus quidam cum Latino inſolẽtius ſe gerenti colapho infracto excuſsiſſet oculos, occiſus, in cauſa fuit, ut Galatæ incolæ malè tractarentur.

E' LIBRO VI.

MAria Bulgari Conſtantini uxor, Michaeli Palæologo propter dotem nõ datam, & ob turbas religionis irata, & maritum & Aelię patriarchã Gregoriũ, atq; Sultanum Aegypti contra Byzantios cõcitat.

Imperatorem uiolata religione inuiſum eſſe Deo: qui nulla alia re contra homines conciretur, quàm ab initio recepti cultus mutatione.

Antiochenus patriarcha in rupem mari circumfluam ab Armenio relegatus, Nicolai uerò Thaumaturgi cura liberatus, Byzantium confugit. Alexãdrinus item, ut à Paganorum iniurijs eſſet tutior.

Maria Bulgara Sphentiſlabum unà cum filio Michaele in templo adoptatum, & pallio ſuo complexa, paulo poſt per inſidias interficit.

Vindicta ferè facinora negligit.

Is quem Gregoras Lachanã appellat ab holeribus, Pachymerius Bulgaricè Corducubam nominat, hominem ruſticum & mercenarium ſubulcum: qui cum pane & agreſtibus herbis uictitans, principatum ſibi diuinitùs deſtinari, ſuis gregalibus ſubinde narraret. tandem manu facta, cum Cõſtantinus ob fractum crus negligeret, Scytharum incurſiones ſæpe ultus eſt.

Lachanas Mariã reginam uxorẽ, ob delicias male tractat: regnoq́ pulſus, à Noga Scytha, ad quem cõfugerat, in cõuiuio occidit.

Andronicum patri Michaeli annos uigintiquatuor natũ ſucceſsiſſe ait Pachymerius, & Theodori Muzalonis magni Logothetæ conſilijs in primis uſum.

Lapſu cõſilij incidere in foueam calamitatis.

Meliteniotes & Metochites loco mouentur, quòd papæ ſacris interfuiſſent.

Mens quæ delectatur honeſto, & fine tãtùm nititur.

Extremis ſupplicijs afficiantur, qui extrema ſcelera admiſerunt.

Theoctiſtus Adrianopolitanus aduerſarijs ſuis: Nunc (inquit) iudicib. tanq; ligneis uerub. ad me aſſandũ utimini, quę paulo poſt & ipſa coniecta in ignem conflagrabunt.

Vulgus de religione rixatur, ignarum quid ſit hæreſis.

Ea eſt diuinarum rerum ratio, ut tacitis animis magis uenerandę ſint, quàm uerbis approbandæ & demonſtrandæ.

Patres ſcribunt ſpiritum ſanctum è patre per filium procedere.

Proceſsio ſancti ſpiritus animo comprehendi nequit. ἀνέννοητος ἡ ἐκπόρευσις.

Qui humanis rationibus ea inueſtigat quę captum ingenij humani ſuperant, inexpiabili crimine ſeipſum imprudens obſtringit.

Ea eſſe audacia, ut immenſum Theologiæ pelagus exigua ſcapha humanæ mentis tráſmittere conari non dubites.

Poſteritatis iudicijs fretus, quamuis ſui conatus nunc improbarentur.

τὸ ἐκ πατρὸς δι᾽ υἱοῦ προχεῖσθαι, ἐκλάμπειν, χορηγεῖσθαι, προϊέναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, πλεῖστοι καὶ πολλάκις ἔλεγον. E' patre per filiũ profundi, ſuppeditari, eluceſcere, prodire ſpiritum ſanctum, multi & ſæpenumero dixerunt.

τὸ ἐκπορεύεσθαι proficiſci ſpiritum ſanctum è patre per filium, primus dixit magnus Maximus, deinde Damaſcenus, tertio loco S. Taraſius cum ſeptima Synodo.

D. Baſilius: Secundum locum filius à patre tenet ratione cauſæ, eodemq́ modo ſpiritus ſanctus à filio: δευτερεύει μὲν ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς τῷ αἰτίῳ, δευτερεύει δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον.

Cyrillus: Spiritus ex utroq; eſſentialiter eſt. τὸ δὲ ἀμφοῖν οὐσιωδῶς ὑπάρχειν.

Damaſcenus: ὁ πατὴρ διὰ λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ πνεύματος.

Cum multa de Deo dicantur, quæ etiam uicij ſignificationem habeant: dicta quidem illa ut ſanctorum uerba admittimus, ſignificationem uerò repudiamus.

Eiuſmodi res, quam uel confidentiſsimus horreat.

Vulgi prauis ſuſpicionibus occurrendum.

Religione longe lateq; propagata, miracula deſinere neceſſe eſt, & ſcripturas patrum teneri, quibus quaſi manu ducti ea præſtemus quæ Deo grata ſint.

Ea etiam quæ intolerabilia uidentur, tamen ſpe finis non quidem ſine moleſtia & dolore, ſed ęquioribus animis perferuntur. Expectatio autem futuri mali, grauiter & cõtinenter angit animum.

Frigida Saturni ſtella menſe Aprili in medio cœli culmine ſcintillare conſpecta (quamuis errones ob propinquitatem ſcintillare negentur) ſignificabat fore, ut magni uiri gelu calamitatum rigeſcerent: idq; eueſtigiò conſecutum.

Quidam profeſſus eſt, ſe à prouidentia deſtinatum eſſe ad ulciſcẽdas numinis iniurias, & profanos homines mulctandos.

Vitare retia, & effugere difficultates tẽporũ.

Guttæ ſanguinis cœlitùs delapſæ.

Terteres Bulgarus repudiata Aſanis ſorore, quòd illegitimum matrimonium haberetur, uxorem priorem, quam ex ambitione tantum dimiſerat, recipit.

Ignis uires ſuas non ignorat.

κτῆμα γνώμης εἰρήνη, ἀλλ᾽ οὐ τύχης. Pax non fortuitò, ſed ratione & oratione conciliatur.

Vindicta, ut ferè ſolet, ceſſabat, & diutiſsimè dormitabat.

Non donum, ſed præmium petere.

Inſularum imperium ſine claſſe teneri non poteſt.

Quoties fugam molitus eſt, toties eius conatibus fortuna obſtitit.

Vindicta conuerſo itinere illum circũſtetit, uentis etiam facinoroſo homini aduerſantibus.

Vmbris tutius quàm rebus humanis creditur.

Rei certitudo intrepidum reddit animum.

Portentum diuinæ prouidentię ſignum: quo uerò pertineat, ad eá ne quę prętererint, an uerò quæ inſtent, utiq; ignoratur.

Vmbertopulus Meſembriæ præfectus, Andronici pietate fretus, parua manu 10000. Scytharum Iſtri ripas accolentium delet: eóſque docet, temerariam multitudinem conſilio magis uinci quàm uiribus.

Sacer panis Latinum typum præ ſe tulit, niger & teter, theriacæ colore.

Deiparæ imago per dies complures lachrymauit.

E' Georgij martyris imagine ſanguis ebul(lijt.

Andronicus prodigijs territus, uerebatur nè Deo aliud poſtulante, ipſe in aliud intentus eſſet.

Antiochia, Tripolis, Ptolemais, tota deniq; Syria à Babylonio Sultano euerſa, cęſis & deletis habitatoribus Italis.

Solemus quidem terrores prodigiorum, ſpe & mora nobis ipſi blandientes, ad alios transferre. Verùm apud quos malorum ſignum apparuerit, apud eos etiam euentũ ratum fore conſtat.

Andronicus uiduus non auſus regias ambire nuptias, quòd è ſecunda uxore Imperij ſucceſſores nõ procreaturus eſſet, Irenen Marchioniſſam, regis Hiſpaniæ neptem, bonus bonam non genere minus quàm moribus, uxorem ducit.

Quid aliud argutiæ iſtæ ſibi uolunt, niſi ut uerba ad ſenſum à communi patrum conſenſu alienum detorqueantur?

Imago earum rerum nulla poteſt afferri, quarum nulla eſt imago. εἰκονίζειν τὸ ἀνεικόνιστον, φόβος μέγας.

Etiam atq; etiã uereor ne à recta uia aberrẽ.

Qui ſuam iuſticiam quærunt, ad Dei iuſticiã non perueniunt.

Blachorum genus montium receſsibus gaudet, & rei pecuariæ ſtudet, atque etiam pugnis delectatur.

E' LIBRO VIII.

DAmaſcenus negat dici ἐκ τοῦ υἱοῦ, è filio procedere ſpiritum ſanctum.

Imperator cinnabari ſubſcripſit.

προβολεὺς aliàs ſignificat ἄσπιον, aliàs ὀδόντων καὶ χερακγόμ, ἢ πτεροχία.

Theologis inter ſe rixantibus, in periculo eſt populus.

Quod ex inuidia fugere uidebantur, id ueritate uicti confitentur.

Pertinacia ſua & temeritate ſubinde turbant Eccleſiam, & nondum planè ſedatas tempeſtates denuò concitant.

Ea erat inter diuerſa ſentientes animorum alienatio, ut etiam à congreſsibus & colloquijs abhorrerent.

Qui ad honeſtatem deducunt, eadem opera à turpitudinis amore abducunt.

Athanaſij patriarchæ, dum monachum ageret, ea fuiſſe ferebatur auſteritas, ut aſinũ, qui monachorum olera læſiſſet, mutilaret auribus. Idem lupum miniſtrum habuiſſe dicebatur: ſed is lupus bipes erat, nõ quadrupes.

Homines inuidia impellente, ultrò mendacijs famam aliorum contaminant.

Andronicus prudenter iudicabat, ſi uera eſſent bona, ijs utiq; mala aboleri.

Fortunæ temeritas à rerum diuinarum cultu eſt remotiſsima.

Arſenio patriarcha deſignato quidam diuinitùs dixit: ἀργύριος ἀρχὴ σκανδάλων.

Monachi freti patriarcha Arſenio, ſacerdotũ luxum & intemperias acerrimè exagitant, ſcorpionis inſtar è foramine prorepentis: qui ignarus cui infixurus ſit aculeum, ſtatim cuiuis obuio ſiue homini ſiue pecudi, ſiue cuiuis rei infigit.

Quis enumeret ea incommoda, quæ uelut in ſcena uitæ miſerorum mortalium ærumnoſa natura non ſecus ac nauigium lembos ſecum trahit?

Monachorũ ea erat curioſitas, & importuna diligentia, ut omnia confunderent ac perturbarent.

Inſueta omnia grauia ſunt.

Prudentiores ſacerdotes Arſenij importunitatem uindictam eſſe diuinã agnoſcebãt: nec alios iudicabant, ſed toto animo in ſemetipſos conuerſo, qui & quales ipſi eſſent, accuratè conſiderabant.

Conſtantinus Porphyrogenitus ultra 60000. aureorum reditum habuit: & uxoris impulſu Conſtantinum Maurozomen per ſummam contumeliam uerberibus affecit, quòd amaſia eius, uxorem ipſius non ſatis honorificè tractaſſe uideret. Nec multo pòſt, ob affectati regni ſuſpicionem, publicatis omnib. bonis, à fratre Andronico Imperatore captus, in cauea circũducitur.

Quicquid ad curationem nephritidis adhibebatur, morbum adeò nõ leuabat, ut etiam exaſperaret.

Omnis ſplendor, unius horæ momento in ludibrium conuerſus.

Vt medici non eſt pœnam irrogare, ſed ſanã nare: ita pontificem non punire, ſed curare delinquentes decet.

Patriarchæ titulus.

Ἀθανάσιος ἐλέῳ θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος κωνσταντινουπόλεως, νέας ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης.

Verecundia & religio non ſinunt.

Brumam uer ſequitur, & tempeſtatem exoptata nautis tranquillitas.

Lazarus quidam monachus prædicit fore, ut Coſmę nomen mutaretur: itaq; factũ eſt, ne is in patriarchatu decederet.

Barbarus quidam ſe Lachanam pridem à Noga interfectum profeſſus, maxima ſtudia agreſtis turbæ habuit: adeò ut Andronicus ueritus ne Imperiũ inuaderet, eum reuocare, & in cuſtodiam dare cogeretur.

Fit aliquando, ut ea quæ medici ægrotantib. pernicioſa iudicant, ex uehementi deſiderio & appetitu ſalutaria ſint, natura contra morbum confirmata.

Andronici Imperatoris ſumma temperantia, ſumma laborum, inediæ, uigiliæ tolerantia. Nam cum optima corporis habitudo & firmitas cum animi conſtantia coniungeretur, atque altera alteri quaſi mutuas operas traderet: perfectio quædam uirtutis inde conſecuta eſt.

E' LIBRO IX.

MIchael Palæologus Andronici filius, die Conſtantini Magni coronatur.

ῥιπτοῦνται οἱ σωνάθες ἀπόδοσμοι, faſciculos odoratorum florum ſpargi ſolitos conijcio.

Patriarcha & pontifices noluerunt diris obſtringere eos qui Imperatori bellum aut ſeditionem cõcitaturi eſſent. ſatis enim eſſe graues legum humanarum pœnas, etiã ſine Eccleſiaſtica cenſura.

Imperator iurat, ſe ſua uoluntate neminem extremo ſupplicio affecturũ, nec grauiores delicto pœnas exacturum.

Lucri cupiditate cæci, tutis rationibus neglectis, in pericula ruunt.

Muliebris natura minimè apta bello.

Parère neceſsitati, magna præſertim cum utilitate.

Milites ſe in perpetuis ærumnis & periculis uerſari, aulicos uerò proceres in ocio delicijs & uoluptatibus circumfluere ægrè ferentes, Alexio Philanthropeno autores ſunt regni affectandi, cuius liberalitate iuſta ſibi præmia ſolutum iri ſperarent.

Deo aduerſante, is qui tardus habetur, uel celerrimum anteuertit: irritæq; ſunt uires omnes, ſine prudentia.

Chortatzes Cretenſium dux, Philanthropeni proditor, à Libadario edoctus, apud Andronicum defectionem ſuam ſic excuſat: ſe & ſuos ui coactos ceſsiſſe temporibus,

bus, cum aduerſari non poſſent, nec tantam multitudinem ad res nouandas incitatam ab inſtituto reuocare.

Philanthropeni magni ſpiritus, cum in Libadarij manus ueniſſet, quem ſummè deſpexerat, prorſus euaneſcunt.

Singulari iuuandę reipublicę ſtudio ipſa fundamenta ſeditionum reuellere, & impendente metu ciues liberare inſtituit.

Philāthropenus reipſa expertus, munera uirtutis fortunæ ludibrium eſſe facta, Iudæis excæcandus traditur.

Nuncius ira metu miſta acceptus.

Mala tum demum nunciata, cum iam propulſata eſſent.

Andronicus Deigenitrici, poſt Deum, & regnum & Eccleſiam commendat.

Genuenſes & Veneti, ſiue mari ſiue terra alteri alteris occurrerent, inuicem ſeſe mactabant.

Philanthropeni excæcationem maximus terræmotus eſt conſecutus. Andronicus uerò decretis ſupplicationib. nec ulla rē prętermiſſa, qua placari poſſe numen uideretur, populum prolixa oratione ad mores emēdandos, & deteſtanda prioris uitæ facinora cohortatus, de emendādis iudicijs magna ſeueritate, aurea etiam bulla edita, egit. Sed ut Muſicorum chordæ paulatim laxantur: ita nec hæc ſeueritas, paris & æquabilis iuris, ſine potentiæ & inopię reſpectu, diuturna fuit.

Poſt longam defenſionem nihil aliud conſecuti ſunt, niſi ut malè, ac præter æquum & bonum egiſſe uiderentur.

Creta ſub Andronico Palæologo ſeniore Venetæ ditionis fuit.

Maximus Planudes monachus, Andronici nomine legatus Aquileiam iuit, ob Venetos à Galatæ incolis Byzātij uiolenter oppreſſos & mactatos.

Beneuolentia præſtat uiolentiæ: πολὺ κρέττον βίας.

Prudentis medici eſt, morbum qui ſectionem poſtulet, ſecare: tumore autem ſedato, lenientia medicamenta adhibere, nec ullo modo committere ut latius ſerpat malum.

Conſcientiæ curatio uel in primis neceſſaria.

Inſignis eſt prudentiæ, quod non facere non poſsis, id facere ut libenter feciſſe uidearis.

Quidā cum inter alia imprudens effutijſſet, dæmones etiam Chriſtianorum eſſe fratres, id' que neſcio quo Scripturæ dicto probare conatus eſſet: ab alijs pro blaſphemo exagitatus, ab alijs pro nugatore deriſus eſt.

Rationi potius quàm iracundiæ parendum.

Ioannes Tarchaniotes cum imperio in Orientem miſſus, quamuis bene rem gereret, Ioannis patriarchæ ob religionem, & procerum aulicorum propter affectati regni ſuſpicionem calumnijs eſt exagitatus.

Nogas Scytha à Cazane Orientaliū Scytharum duce, qui à Chalco & Agapa oriundus fuit, cum maximis copijs aduerſus Septentrionales Perſas miſſus, re bene geſta, regnū ſibi uēdicat: ſenex tandem à Ctai Scytharū principe in acie cędit. Eius uerò filius Tzacas, dum Bulgariæ regnū ſibi uendicare ſtudet, inſidijs Sphentiſlabi, cuius ſororem in matrimonio habebat, in carcerē coniectus, Iudæorum miniſterio ſtrangulatur.

Terteres Bulgarus Nogę metu Adrianopolim relicto regno profugit.

Sphentiſthlabus Bulgarus Ioachimum patriarcham proditionis ſuſpectū præcipitat.

Ctais Scytha Mariam Andronici notham filiam ſocero remittit, ne Venere, bello gerendo occupatus, eneruaretur: eandemq;, deletis Nogæ reliquijs, repetit.

Tantus imber, ut terra excauata ſementes, uites & arbores extirparentur, & glaucus natura maris color turbaretur, & uarius pro terrarum per quas torrentes decurrebant uarietate redderetur.

Becus peregrè in carcere mortuus, nulla pōpa ſepelitur.

Cottanitzes latro captus, ſupplicij metu fit monachus: ſimulataq; ad tempus religione, per occaſionem ad Seruiæ Cralem elapſus, fit dux copiarum: ab eoq; tandē Andronico propter Simonidis coniugium captiuus redditur.

Eudocia Lazorum ſiue Colchorū regina, marito etiam defuncto coniugij fidem ut ſeruaret, omnes nuptias repudiauit.

Simonis Andronici belliſsima filiola, immatura ętate Seruię Crali deſponſa, neceſſariò magis ꝙ bona cum gratia. Eſt aūt appellata Simonis, q cum plures puellæ Andronico morerent, à muliere quadā edoctus, 12 Apoſtolorū 12 imagines cęreas uiri magnitudine ſtatuit, atq; ordine accēdit ſub tēpus partus: q cū in tēpus ꝙ ſtatua Simonis ardebat incidiſſet, puella Simonis eſt appellata.

Hyems tam ſęua, ut humiliorū ędiū fores niuibus obſtruerent, & ad uernum uſq; propè tempus ſuperindurata niue pedibus tutò, equis uerò non item, ambularetur.

E' LIBRO X.

CVm multa ſint quę cōiugio Cralis & Simonidis obſtēt, res diligentius expendenda eſt: & quod, reuerētia legum incolumi, tutiſsimum uidebitur, agendum.

Rem ſuo more extrahendo, à uulpina calliditate non recedebant.

Obſides in medio flumine Bardario permutantur.

Non literis aut uerbis, ſed ipſo uultu perſuadere.

Ioānes patriarcha (pridē Coſmas) reprehēdit Cralis & Simonidis cōiugium, reprehendit Andronici exactiones, ſeq; contēni querit.

Andronic' reſpōdet: Regias affinitates ſępe

ſeruire

ſeruire temporibus: exactiones autem, tot bellis undique ingruentibus, omnino reipublicæ eſſe neceſſarias.

Neque uerò confundenda eſſe ea quæ patriarcha ex officio à ſe poſtulet, cum iis quæ in ſuam gratiam fieri uellet, &c.

De oſtentis alij aliter, pro ſua quiſque intelligentia iudicant.

Alani 16000 ſe ad Andronicum contulerunt, quorum ſemiſsis fortiſsimos Nogæ milites continebat.

Sed hi pro hoſtibus eos tractabant, quibus auxilio eſſe debebant.

Alani e ueſtigiò cum hoſte congrediuntur: pugnaq; defuncti & rebus cõſtitutis, quieti & ocio ſeſe dant, ac genio indulgent.

Alexius Raul magnus Domeſticus, ab Alanis in ludicro certamine ex inſidijs ſagitta ictus, occiditur.

Melecus Azatinis filius, Amurium & Aſtratium ſupplices crudeliter interficit: (ſignũ autem cædis dedit ſuis, uibrato calice) & ab Hali Amurij filio necem patris ulciſcente, in prælio occiditur, fatis feroci a ſua iritatis.

Is rerum erat ſtatus, ut facilè intelligeretur, quemadmodum clades diuinitùs immitterentur: ita etiam eaſdem non niſi placato numine propulſari poſſe.

Imperatorem mendacij arguere, & inſidioſę ac ſycophanticæ adminiſtrationis rerum illarum accuſare, utique non licebat.

Initium reſignationis patriarchæ.

Δέσποτά μου ἅγιε βασιλεῦ, καὶ ὑμεῖς δέσποταί μου ἅγιοι ἀρχιερεῖς.

Inexhauſto diuinæ miſericordiæ pelago fretus, ſuauiter ætatem omnem dego.

Andronicus fruſtra cum Solymampaxe affinitatem contrahit, propter Perſarum πολυαρχίαν, qui ſibi duces eligebant, quorum ductu & auſpicijs diuite præda locupletarentur: ſtatimq; illos, adempta lucri ſpe, quæ non niſi è bellis perpetuis erat, deſerebant.

Eccleſiaſticæ diſſenſiones, quin Romanum imperium perturbent, non poſſe fieri.

Iuſiurandum neceſsitatem ineuitabilem affert.

Ea erat Ioannis patriarchæ pietas & ſimplicitas, ut non dubitaretur, eum de controuerſia id dicturum eſſe teſtimoniũ, quod omnibus probationibus eſſet prędferendũ.

Athanaſius patriarcha monuit Andronicũ, ut ſupplicationes indiceret pro deprecanda peſtilentia, fame, terræmotu, mundatione.

Ita ſentiebant, ſi numen ullum uinculis carnis adhuc conſtrictum ſua gratia dignaretur, monachum ea uel in primis dignaturum eſſe.

Athanaſij prædictionem alij uel maligni ſpiritus inſpirationi, Dei gloriam ſibi uendicantis, uel mathematicis diſciplinis tribuebant.

In perſonam ignotam omnes ſuſpiciones conuenire poſſunt.

E' LIBRO XI.

POtentiores ad iniuriam propenſi, populo ſuperbè inſultabant.

Qui calamitoſorum uicem ex animo doleret: eundem etiam illis, quoad poſſet, ex animo laturum eſſe opem.

Melites diaconus ex ambitione & ſui oſtentandi ſtudio, contracto ære alieno, cum ſoluendo non eſſet, nec ullum receptum haberet, abijt ac ſuſpendit ſe.

Continentes calamitatum nuncij ne deliberandi quidem ſpacium Andromico præbuerunt.

Niphon, uir ſtrenuus & prudens, non tam diuinis quàm humanis in rebus uerſatus.

Michael Andronici filius è deſperato morbo, ſancto oleo ἐκ τοῦ φωταγωγοῦ recreatur.

Rhodus, Alexandria, Peloponeſi & Cretæ loca pleraque terræmotu conciderunt.

Ronzerius & Pharenza Tzymes, 8000 Catelanorum & Amagabarorum, qui ab Auarum ſtirpe orti putantur, ſecum adduxerunt.

Ronzerius uir ætate iuuenis, toruo uultu, in exequendo deſtinata uelox, in agendo uehemens, euerſa Ptolemaide, monaſterio relicto, piraticam exercuit.

Diuinorum conſiliorum arcana uis eſt, captumq; ſuperat humani ingenij.

Philanthropenus dapifer, uir nobilis, ætate, prudentia, rei militaris uſu ornatiſsimus, cum Magneſiæ excubias ageret, ſæpe intempeſta nocte facem ardentem caſtellũ circuire ſe uidiſſe teſtatus eſt. At præfecti caſtelli filius ab incunabilis mutus, ſubitò loqui cœpit: ſeq; non facem, ſed uirum regio habitu inſignem uidiſſe affirmauit, qui illas excubias floccifaceret, ſeq; excubiarum præfectum eſſe affirmaret: iuberetq;, ut uigiles attentiſsimi eſſent, & ſaluti caſtelli conſulerent. Is, clemens Imperator Ioannes Ducas eſt habitus.

Contumacia Barbarica cum rebus ad uoluntatem fluentibus coniuncta

Andronicus omnes calamitates ſoli iræ diuinæ acceptas tulit.

Catelani binas & ternas uncias auri menſe ꝗlibet accipiebãt: Alani uix ſingulas. unde pugna inter eos orta, & complures occiſi.

Cõſtantinus Porphyrogenitus poſt diuturnum carcerem è Cynanche moritur.

Tripolis caſtellum prope Philadelphiam ad Mæandrum ſitum, à Perſis per ſpeciem frumenti emendi occupatur.

Ioannes Chœroboſcus Mazucatus Bulgarus, facta manu Perſas infeſtat: ſed tandem circumuentus occiditur. (incipit.

S. Theodoſiæ miraculo quidam mutus loqui

E' XII LIBRO.

CAtzane Orientalium Scytharum duce mortuo, unà ſpes omnis Byzantini imperij mortua eſt.

Crux Chriſtianorum trophæum, multa contra Sultanum Arabum potuit.

Catzanes bonum & ſanctũ principem, Dei ſimulachrum iudicabat.

Solius Dei eſt ueſtras illuſtrare conſcientias, quum homines ſitis diuinæ quidem uitæ inſtituto, ſed in magno periculo conſtituti, ne à Deo remotiſsimi ſitis.

Nulla, in re diuina, uel neceſsitudinis uel accepti beneficij ratio habebitur.

Alius terrarum orbis quærendus, è quo ſanctos pontifices petamus.

Vnum quærimus rectum eccleſiæ ſtatum.

Cuboclaſio monacho cadauer poſt aliquot à morte annos integrum, ſanctitatis opinionem peperit.

Cum magna ſpe ad magnum Imperatorem profectum, non eſſe par, expectatione minora conſequi.

Ipſe deliberabo his de rebus: & quod ex uſu eſſe uidebitur, agam.

Andronicus nullos ex Oriente reditus habuit, ſed magnos potius in eas prouincias ſumptus fecit.

Sub Ioanne Duca, nummi bes auro puro puto conſtabat: ſub Andronico ſemiſsis, ueteribus ſignis mutatis.

Argenteus baculus deauratus dignitatis inſigne.

Auxiliorum iuſiurandum.

Imperatoris amicos in amicis, hoſtes hoſtiũ loco habebimus.

In ſolius Ronzerij copias millies mille aurei inſumpti, χίλιαι χιλιάσιν νομισμάτων.

Grauitatem & faſtũ præ ſe ferebat: & ſi quid grauius commiſſum afferebatur, ſpecioſis excuſationibus crimen eludebat.

Iniuria neceſſariò propulſanda, & ſalutis noſtræ defenſio ſuſcipienda.

Eccleſia malè habebat, cũ eius proceres pauperes, & nullo in honore eſſent.

Athanaſius erat inexorabilis, immiſericors, ad mẽſam ſuam admittebat neminem, ad diuina inſtituta referebat omnia, quibus ne exercitatiſsimi quidem in rebus diuinis utebantur.

Ronzerius ab Alano Georgio, cuius filium occiderat, per inſidias interficitũ. cuius cæde comperta, Catelani Calliupoli nulli ætati, nulli ſexui parcunt, infantes palis ſuffigunt.

Regnum animæ inſtar eſt.

Diuina indignatio peccata noſtra ulciſcitur.

Seditio ciuium maximum eſt bellum.

Peſsima impoſtura eſt, qua quis ipſe ſeſe decipit.

Mala res eſt uitæ cupiditas, cum non omnia diuinæ prouidentiæ mandantur, ſed terrenis rebus quaſi firmi aliquid habeāt, inhiatur. unde peccatorum examina ſcatent.

Ciuitatis aut prouinciæ totius cum mos geri poteſt, preces non ſunt negligendæ.

E' LIBRI XIII FRAgmento.

ANno imperij Andronici uigeſimo tertio, Michaelis duodecimo, Romani Orientem pro derelicto habuerunt.

Drimys quidam ſe pro Laſcaride uenditando, ſeditionem concitat.

ΤΕΛΟΣ, ΚΑΙ ΘΕΩι ΔΟΞΑ.

Pag.1. uerſ.40. ἡ δὲ γῆ ἀτρεπτον ταύτην ὁμοίως ἀρχῆθεν τετηρημένην προτείνει.) Vel τὴν ἀκινησίαν intelligit. Terra enim centrũ immobile uniuerſitatis rerum à pleriſq; ſtatuitur: uel uices temporum, quibus nunc ſterilis ſqualet, nunc fœcũda floret, ſicut Fortuna & Luna cõſtantes in leuitate ſua dicũtur.

2.53. καὶ ἵνα μιᾶς τῶν.) ἀνανταποδότου, *niſi fortè ab illo pendeat,* ὡς καὶ πρόφασιν εὔλογον διδωκυίας, *&c. quod tamen ualde durum fuerit.*

*Ead.*52. ὧν τούτων τῶν ἀνδρῶν ἔτι παρόντων.) *Fortaſſe* περιόντων, *illis adhuc ſuperſtitibus.*

54. ἐπ᾽ ἐμοῦ.) *mea ætate. Sed quia ſe familiariſſimum Andronico fuiſſe teſtatur Gregoras, cõuerti, ſententiam ſecutus, Me audiente.*

4.30. ἀλλὰ λόγοις καὶ τούτοις πλημμελῶς ὅτι ἔτι νέον δεδωκότων.) *Verterã, Sed illa immatura ætate perperàm deſcripſerunt. Sed uidetur legendum,* ἐμαυτοῦ δεδωκότος: *eumq; ſenſum expreſſi.*

*Ead.*35. εἰ δὲ μηδὲ τούτοις οὕτωσί πως ἐδίδου, οὐδὲν μέγα τὸ ἐκείνων ὑπερέχειν αὐτάλλαγμα.) *Dauus ſum, inquit ille in comœdia, non Oedipus. Me uerò, cum in Sphingem incidiſſem, Oedipũ eſſe oportuit, quocunq; euentu. Gratũ mihi facient, qui ænigma hoc dexterius explicarint.*

5.25. ἄλλως τε οὐδὲ παῖδ᾽ ὄντα.) *Videtur addendũ,* ἐπειδὴ οὐδέ.

*Ead.*40. ἔστι δ᾽ ἦλος ἐν τοῖς ἑξῆς.) *Quæ ab aliјs deprauata eſſe aſſerit, nuſquam conuellit in hoc Opere: ueriore fortaſsis expoſitione citra cuiuſquã reprehenſionem contentus.*

6.23. ὀδολδίκος.) *Poſtea* λοδοΐκος: *eadem* μεταθέσει *qua* νικόλαος *&* λαόνικος, *& apud noſtrates Bolgangus & Gangolfus.*

9.24. μόλις κατεκόψαν.) *Deeſſe uidetur,* τοὺς λατίνους.

11.2. ἀλλ᾽ ἐπιβολὴ λαθραίων αὐτὴν, ἀωρία πολλάκις ὂν τὰ πράγματα χρώμενος.) αὐτὴν, *ſcilicet* τὴν ἑαυτοῦ ὁρμὴν, *nimia feſtinatione laudatum illum impetum corrumpebat. Quo minus de Latinorum impetu hebetato intelligam, faciunt uerba,* ἀλλ᾽ ἐπιβολὴ λαθραίων αὐτὴν. *Quæ ſententia ſi cui placet, ſic uertat: Nam ſubitis & inexpectatis impreſſionibus impetum illorum retardabat, &c.*

14.53. ἀλλ᾽ εἰρήσθω πᾶσα τὸ ἀπὸ τούτων.) *Perinde accipio, ac ſi eſſet,* τούτων γε ἕνεκα: *quod ad hæc quidem attinet. Sic enim malo, quàm, His de cauſis.*

20.41. τούτων γὰρ ἀναγκαίων.) *Videntur in utroque codice uerſus aliquot deeſſe, atque hæc ex abrupto ſuperioribus attexi.*

25.61. ἀνὴρ περιφανὴς μὲν τὴν κατ᾽ αὐτὸν ἀρετήν.) *Intelligo* τὴν μετὰ τὸν ἀσκητικὸν βίον ἀρετήν. *niſi fortè legendũ,* αὐτῶν τῶν κατ᾽ αὐτὸν ἀρετῇ: *ſed minus placet.*

29.1. τί δὲ εἰς τὴν δευτέραν σοφιστὴς τί ἔτι.) *Quid* τὸ τί ἔτι *ſibi uellet, cum neſcirẽ (nam* τὸ *Quid reliquũ eſt, aut Quid reſtat? haud ſcio quàm bellè cõueniat) conuerti quaſi ſcriptum fuiſſet,* τί δὲ τὸ εἰς τὴν δευτέραν σοφιστὴς ἔτι. *quod ſenſus poſtulare uidetur.*

30.4. ἀχθόμενοι τῇ ὥρᾳ τούτου τιμῆς.) *Verba ſuſpecta, ſed clara ſententia.*

37.37. τὸ μετὰ τὴν περαίαν τῆς γαλάτου ὠθηκλημένον φρούριον.) περαία, παρὰ τὸ περᾶν, *quòd mare interiaceret. Vocatur etiam hodie Pera, ut* IOANNES DERNSCHVVAM, *uir ornatiſſimus, mihi retulit: qui diu & Byzantij uixit, & Amaſiã uſque progreſſus eſt: & hos Byzantinæ hiſtoriæ libros omnes cum alijs multis, ſingulari induſtria & ſtudio iuuãdæ reipublicæ literariæ comparauit: & ut à me conuerterentur, atq; in publicum ederẽtur, primus autor fuit.*

38.37. ἦγε καὶ ἔφερεν ἐλπίδων ὥσπερ παράσιτον.) *Sentẽtia eſt, ut paraſiti menſis diuitum alantur, ita illum ſpe bona lactatum eſſe.*

41.24. ὅτι μὴ κατάλυσιν παντοίαν ἐφ᾽ ἡμέρᾳ καὶ νυκτί.) κατάλυσιν *hic non diuerſorium, ſed deſtructionem ſignificare, ſententia oſtendit.*

43.36. κατά τινα χρείαν ὡδὶ ἐπιδεδημηκότι ἐκ τοῦ παρήκοντος.) *Niſi pro* ἐκ τοῦ παρατυχόντος, *uel* κατὰ τύχην *intelligatur, non uideo quid ſibi uelit, & ſic uſus eſt hac forma loquendi Pachymerius.*

*Ead.*59. χερσὶ μὲν τὰ ξίφη.) *Non neceſſe habui enſiferas cogitationes, fumos gemitũ & ligna doloris inſerere.*

61.29. συλλελειτουργήκασι μὲν ἐν τῷ παντὶ οὐδαμῶς τοῖς τοῦ πάπα.) *Fateor me non ſatis aſſequi quid ſibi uelit.* φρέριοι *fortaſsis ſunt fratres, hoc eſt monachi, qui Latinam miſſam permiſſu Imperatoris celebrarunt. Sed hæc ex ijs quæ è Pachymerio de Metochite annotata ſunt, intelligentur.*

85.31. παθεῖν τι, ὃ μὴ πρὸς βουλήσεως ἦν, τοὺς δ᾽ ἀναγκασθέντας.) *Videtur locus mutilus, mẽbro uno atq; altero omiſſo.*

88.53. ὑπὲρ τὸν κιλίκιον αὐλῶνα.) *Aulon ſit'ne proprium nomen, an anguſtas Ciliciæ fauces ſic appellet, dubito. Pachymerius* αὐλῶνα *locum quẽdam inter Dyrrhachium & Brunduſium ſic appellare uidetur.*

89.52. καὶ τρίτον πίθον ἥκιστά φασιν ἐκ μακάρων παῖδες ἐν διὸς εἶναι.) *Alter codex perperam habebat,* πόθον ἐκ διός. *Figmentum extat in Homeri Iliade.*

91.33. ὡς περὶ δέκα δὲ ἤδη ἡμέρας.) *Videtur deeſſe* τὸν βασιλέα, *Imperatorem in Lydia caſtrametaturum.*

*Ead.*60. ἀφαιρεῖται τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ τὰς αὐγάς.) *Fortaſſe non eruit illi oculos, ſed candente lamina propius admota uiſum ademit: ut Manuel Comnenus Dandulo Veneto feciſſe fertur.*

92.41. σφενδοθλάβου.) *Sic eum appellaſſe Græcos exiſtimo, quem nunc Vuenceslaum dicunt.*

111.5. ἀλλὰ γὰρ ὅτι πλωιμένης εἰς θάλασσαν κόλποις οὐ μικροῖς ἐκατέρωθεν περιειλημμένην, δι᾽ ὧν ἐν ταῖς χειμεριναῖς ὥραις τὸ τῆς χιόνος ἀκροθίνιον ὑπερβάλλον.) *Non ſatis aſſequor, an niuem ab hominibus è monte in mare deyci, an montem niuiũ procellis obrui, an uerò niues in mare delabi dicat.*

118.54. ἀνὴρ πάντη μὲν ἀδαὴς τῆς ἔξω παιδείας, οὐχ ὡς τὰ πολλὰ δὲ καὶ τῆς θεοσοφίας, ὡς μηδὲ οἰκείᾳ χειρὶ τὰ τῶν γραμμάτων στοιχεῖα γράφειν εἰδέναι.) *Ambigo quid ue lit: utrum, eum adeo ſacrarum literarũ fuiſſe rudem, ut nec profanas ſcribere ſcierit: an uerò, nõ æquè fuiſſe rudem ſacrarum, quod ferè fiat, ac profanarum.*

καὶ ἐμέ-

Digitized by Google

121.18. καὶ ὁμόπνυς.) *Alter codex habebat ὁμόπους. qua lectione deceptus, uerteram, pari gradu ingreſſus eſt.*

149.45. τόδ' ἄλλοτ' ἄλλως ἔχειν ἀνθρώπων ὄν.) *Sententia eſſe uidetur, conſtantiam Andronici in tanta rerum inconſtantia eſſe mirandam, cum rerū cœleſtium conſtantia faſtidium pariat.*

Ead. 54. ὁ μὲν εἰ καὶ γλώττῃ ἐχρῆτο εὐροούσῃ, δεδιάλωκεν.) *Intelligo, Lucianum rotundè dictis in medium allatis oſtendiſſe Demonactis acumen: ſed an aliqua fuerit eius eloquentia, dicendiq́; copia, è ſcitè dictis nō perſpici poteſt. Si quis τὸ ἐχρῆτο mauult ad Lucianum quàm ad Demonactem referre, uidebitur etiam ſapiētia Demonacti adimi. Eſt hoc declamatorium & ſophiſticū dicendi genus ſanè ſpinoſum, & ob affectatas argutias ſubobſcurum.*

151.4. τὴν ἀλήθειαν εἰς μύθους ἐξαίρειν, ὅν τινα τρόπον ποιῆσαι μείζω.) ὅντινα, *pro* καὶ τουτονὶ τρόπον, *eoq́; modo, accipio.*

160.38. ὥσπερ ἰδόντες, ἄρδην συνειληφώς.) *Aut uerbū* συλλαμβάνω *aliud Gregoræ ſignificat, aut legendum* λελῃθὼς, *uel* διαλεληθὼς, *uel aliquid ſimile. Neq; enim comprehenderat eos, in quos impetum facturus erat.*

Ead. 44. μήτε τὸν βασιλέα προσδέξασθαι μέλλοντα ἐπιστρέφοντας πρὸς μετάνοιαν.) *Dubius locus, utrū Byzantij, repudiata perfidia, iuniorem Andronicū recipere noluerint: an iunioris milites, deſperata ſenioris clementia, fugam cæperint. Sed prior ſententia magis placet.*

161.8. ἔρχεται μετὰ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως.) *Andronici filius fuit hic Conſtantinus, ex Irene ſecunda uxore. Andronicus Imperator iunior, eiuſdem nepos, è Michaele filio.*

172.11. καὶ τὴν φθάσαι κώμην.) *ſcilicet* τοὺς κύνας: *eum pagum in quo latrarent canes.*

191.26. καὶ προσχυθεὶς τοὔδαφος.) *Nō ſatis ſcio, an eum humi proſtratum adoraſſe imaginem dicat, an puluere cōſperſiſſe caput: an imam imaginis partem humi iacentem eſſe amplexum.*

197.5. τὸν ὄρχανον.) *Chalcocondyles habet* ὀρχάνην, *prima declinatione.*

206.35. τῇ ἑκκαιδεκάτῃ τοῦ ἰουλίου ἡμέρας τὴν κδ' τοῦ ♋ μοίραν ἀμείβοντος τοῦ ἡλίου.) *Noſtra ætate, 16 Iulij ſol tertium ♌ gradum, nō autem 24 ♋ tenet. Quare uideant* οἱ ἀστρολόγοι καὶ χρονολόγοι, *an intra 200 annos, 9 graduum diſcrimen conflari potuerit: atque, ipſi ne errent, an errarint Byzantini?*

215.32. πρὸς ἀβύσσους ἐνθυμήσεις.) τὸ ἀβύσσους *adiectiuè uſurpatum uidetur.*

250.45. ἡ τοῦ μεγάλου δομεστίκου καθεστηκυῖα σιωπή.) *Vel natura taciturnum fuiſſe ſignificat Cantacuzenum, cui ut ſucceſſori aut raptori Imperij paſſim adulari uidetur: aut, ſi hoc nō uult, ex ijs quæ deſunt in codice, rectius intelligeretur hic locus.*

254.53. ἡμᾶς ἐκδύσασθαι.) *Haud ſcio an deſit aliquid, de ſplendore ueſtium. Sed ſi nihil deeſt, mutationē certè ueſtitus ſignificat* τὸ ἐκδύσασθαι, *quaſi eſſet* μετενδύσασθαι.

Plura annotare non uiſum eſt operæprecium, & hæc ipſa uideri ſuperuacanea poſſunt.

Loca mutila, ut & uita autoris, ex ipſa lectione facilè animaduertentur. Mihi ſcribendi commentarij ocium non fuit.

ANNOTATIONVM FINIS.

Digitized by Google

AMPLISS. AC GENEROSIS VIRIS, MARCO ET IOANNI FVGGERIS, GERMANIS fratribus, Kirchpergæ & Vueiſſenhorni Dominis, &c. præcipuis bonarum literarum patronis, Ioan. Oporinus S.

EN remitto uobis, Ampliſſ. Heroes MARCE & IOANNES, FVGGERI, Nicephorũ Gregoram ueſtrum, ante paucos quidem annos Illuſtris uiri D. ANTONII FVGGERI, P. M. parentis ueſtri munificentia atque benignitate pub. utilitati conſecratum: Hieronymi uerò Vuolfij opera, poſt Zonaram atque Nicetam, Latio donatum: & nunc demum ſingulari liberalitate ueſtra, ac de Repub. literaria benemerẽdi ſtudio, typis quoq; noſtris tam Græcis quàm Latinis, quanta certè in præſentia licuit fide atque induſtria deſcriptum, inq; lucem editum. Cæterùm quia animaduertimus, cum hoc Gregora (ſicut in prioribus, Zonara uidelicet ac Niceta uidere eſt) ob rerum ac temporum ſeriem atque continuationem, Laonici etiam Chalcocondylæ Athenienſis de Origine ac rebus geſtis Turcorum hiſtoriam conuenire: quippe qua Turcicarum rerum ſeries ab Oguziorum (qui Othomanides poſtea dicti ſunt) origine, circa annum Domini M. CC. LXXXXIIII. ac XII regum geſta uſque ad Mechmetis primi Conſtantinopolitani annum XIII, (qui eſt à Chriſto MCCCCLXII) hoc eſt, retrò ad annũ ab hoc præſenti in quo nunc agimus, centeſimum uſque, recenſeantur: ac interim Græcorum etiam Imperij totius inclinatio atque interitus ab Andronico iuniore (in cuius Imperij initijs Gregoras ſcribere deſijt) uſque ad Conſtantinum ultimum, eiuſq; filios, breuiter quidem, ſed exactè ac miro ordine exponatur: Idcirco inquam, quod unum hoc quidem tempore potuimus, eandem denuò partim ab ipſo eius interprete Con. Clauſero, & alio quodam in hoc ſcripti genere exercitatiſsimo uiro emendatam: partim cum doctiſs. I. C. Philippi Gundelij etiam uerſione collatam, neque pœnitendis Annotationibus ac temporum notatione illuſtratam, hoc loco annectendã cenſuimus. Atque utinam Græcum quoque eiuſdem exemplar nobis ſimul communicatum eſſet, ut quemadmodum in Zonara & Niceta prius, nunc uerò Gregora etiam factũ eſt, ita & Laonici hiſtoria non Latina tantum, ſed Græcolatina potius in publicũ iam prodire potuiſſet. Non parum enim, locis etiã plurimis melius intelligendis, nec non ad narrationis fidem alicubi tutius ac certius aſtruendam, præſertim quod ad propria nomina, alioqui uel rarò uel nunquam alijs uſurpata attinet, conducturum id fuiſſe, planè perſuaſum habemus. Et uerò digniſsimus erat hic autor, qui ſua quoque lingua publicè loqueretur, etiam hoc nomine, quòd omnium aliorum qui de rebus Turcicis & Conſtantinopolitanis Imperatoribus Palæologis ſcripſerunt, monumenta, ex ipſo non parum illuſtrari, emendari atque exornari poſſent: & quia præter miram & continuam iucundamq; adeò rerum expoſitarũ denſitatem, tum elegantes ac uarias digreſsiones, quibus totius fermè orbis regionum ac gentium origines, ſitus, mores deſcribit, plurimis etiam uirtutum ac uitiorum exemplis ſcatet: nõ paucis etiam, breuibus quidem illis plerunque, ſed argutis orationibus ſubinde inſertis nitet: miramq; in rebus quas tractat omnib. experientiam oſtendit: quibus ſanè uniuerſis uirum ſe cum primis & eruditum, & peregrinationibus illuſtrem, & rerum memoratu digniſsimarum obſeruantiſsimum, ſummiſq; uiris perquàm familiarem fuiſſe ſatis declarat. Vt ne commemorem, quòd attenta eius lectio, dum ſui temporis contentiones, & Chriſtianorum etiam Principum quorundã inter ſe diſcordias,

Digitized by Google

LAONICI CHALCOCONDYLAE ATHENIENSIS HISTORIARVM DE ORIGINE ac rebus Geſtis Turcorum, Liber primus.

Autoris intentio & fides.

LAONICVS Athenienſis, quę uiſu, quęq́ auditu percepit, cum adhuc in uiuis foret, literarum monumentis mandare ſtatuit: partim quidem ut naturæ gratiā debitam referret, partim uerò quòd putaret nihil non illorum memorabile uiſum iri poſteris. Complectitur enim hoc opus (ut mea fert opinio) res geſtas fama nequaquā minores illis, quæ unquam in uniuerſo iſto terrarum orbe contigiſſe memorantur. Duo autem continet: Græcorum regni interitum, & quæ mala in ipſum redundarunt: nec non Turcos, qui breui in tantas creuerunt opes, ut opibus & potentia mortales omnes qui unquam fuere, longo interuallo infra ſe relinquant. Qui, quamuis nunc rerum potiantur, & præſentis uitæ felicitatem conturbent, & in diuerſum abripiant: tamen cenſeo fore (ut & meum calculū adijciam) tempus, quo res ipſorum in contrarium uergant. De utriſque tamen, Græcis pariter & Turcis, hiſtoriam contexere, nō arbitror iniucundum fore. Hiſtoriam autem iſtam conſcribentes, faciemus mentionem & aliorum quæ in orbe acciderunt: nec tamen meo tempore, ut quibus interfuerim oculatus teſtis. Cætera uerò, nō ſequutus ueriſimiles coniecturas, nec ut acceperim ab his qui magis ſapere uidebantur, tradam: uerùm, ut hiſtorię ſeries tutò feratur, ea adducam, quæ quàm proximè ad ueritatē acceſſerint. Nec nobis uitio uertatur, quòd Græca lingua operi iſti adhibetur. Siquidem ea hodie per totum quaſi orbem eſt diſperſa, & nationibus omnibus ferè immixta conſpicitur: cuius gloria cum ſit excellens, excellentior tamen accedet, quando regno alicubi haud contemnendo pręfuerit rex Gręcus, & qui ex eo naſcentur, reges: aut quando Græcorum filij in unum collecti, patrio more reſpublicas ſibi quàm iucundiſsimè adminiſtrauerint, reliquis uerò quàm potentiſsimè imperauerint. Græci quidem præclaris facinoribus editis, quo pacto ingentem ſibi pepererint gloriam, & quemadmodum inter cætera etiam in Europam, Libyamq́ uenerint, Gangen Oceanum'que adierint, cum ad iſta loca proceſſerint alij plurimi, quos inter Hercules, & ante hunc Bacchus Semeles filius, præterea Lacedæmonij & Athenienſes, poſtea

Hiſtoriæ huius ſtatus.

Græcæ linguæ celebritas.

Græcorum res.

Macedonum rex, eiusq́ ſucceſſores, &c. quo ordine ſingula hæc geſta ſunt, plurimi annalibus condiderunt. Græci autem præcipuè hunc laborem ſibi delegerunt, quia præ cæteris tempore longiore durarunt, fortunamq́ uirtute uacuam, nunquam tamen moderatā, plurimis generationibus obtinuerunt. His præterea per totum orbem proſpero rerum ſucceſſu utentibus, comperio Aſſyrios, gentem antiquiſsimam, memoriam ſui facientes longiſsimam, Aſiæ imperiū occupaſſe. Dein Medos ad Aſiæ imperium ſubuectos, duce Barbare (quem Iuſtinus Arbactum & Arbacen uocat) Sardanapalum Aſſyriorum regē regno deturbantes. ſed Aſiæ monarchiā tandem amiſerunt, uicti à Cyro Perſarum rege. At hinc Perſarum reges adeò in immenſum aucti ſunt, ut etiam in Europam traiecerint. Deinde haud multis ſeculis pòſt Alexander Macedonum rex, erepta Perſis Aſiæ monarchia, Indis deuictis, Europæ Aſiæ'que parte haud pœnitenda debellata, ſuis reliquit imperium. Exinde Romani, cum eſſent nacti imperium in orbe longè lateq́ maximū, tenentes fortunam uirtuti æquilibrem, commiſerunt Romam Pontifici maximo. Ipſi uerò ductu Cæſaris tranſierunt in Thraciam: & in ea regione, ubi Aſiæ proxima eſt, Byzantium urbem Græcam, (quæ nunc Conſtantinopolis eſt) Thraciæ metropolim conſtituentes, cum Perſis, à quibus grauiſsimè adfligebantur, plurima prælia fecerunt. Græci aūt ex eo tempore Romanis cōmixti, cùm his aliquanto plures numero eſſent, linguam ſuam patriosq́ mores ad finem uſque conſtanter retinuerunt. nec tamen patrium nomē ipſis remanſit, uerùm mutatum eſt. Nam Byzantij reges non amplius iſtud nomen geſtauerūt, ſed magna cum ueneratione ſe ipſos Romanos Imperatores, & Cæſares, nec Grçcorum reges, nuncupauerunt. Romanos quidem acceptmus, & ipſorum Pontificem maximum, cum longo tempore concertaſſent cum Grçcis, in Chriſtianæ religionis quibuſdam articulis, tandem à Græcis defeciſſe. Romanum autem Cæſarem nunc è Gallis, nunc è Germanis eligentes, legatos, nullam prorſus occaſionem omittentes, miſerunt ad Græcos: ut conuenientes in unum, conciliumq́ concelebrantes, concordiam, quantum ad Chriſtianam religionem attinet, inter ſeſe conglutinarent. At Græci noluerunt, cum plurimis annis aduerſus Romanos contentiones mouiſſent, patrium religionis ſuę cultum perturbari. Hac diſsidij cauſa permoti Occidentalium plurimi, adiunctis etiam Venetis, Pontifice

Aſſyriorum imperium.

Medorum.

Perſarum.

Macedonū.

Romanorū.

Conſtātinus imperiū ad Græcos trāſfert. An. 335.

Schiſma Latinorum & Græcorum 870.

Digitized by Google

ximam uitæ partem in eo conſumit. Genus hoc Turcorum cum eſſet magnum, & in immenſum auctum, compertum habeo in partes ſiue tribus quaſdã eſſe diuiſum: inter quas fuiſſe tribum †Oguziorum, hominum genus nec malum, nec imbelle. Ex his natus eſt † Duzalpes, uir æqui iuſtiq́ ſtudioſiſſimus, Oguziorũ dux. Hunc accipio ob fortitudinem ſuam plurimum eſſe laudatũ: tantæq́ fuiſſe iuſticiæ (Oguzijs namq́ ius dicebat) ut litigantes ipſum eligerent arbitrum in re qualibet: ſententiamq́, quam ferebat, utraque pars lęta accipiebat. Hanc uiri æquitatem deprehendentes Oguzij, impetrarũt, precibus fatigantes regionis iſtius regẽ, (qui tum erat Aladines nomine) ut eum acciperent ſibi iudicem. quod ubi contigit, ſemetipſos tradiderũt Duzalpi, ut ſecum ageret, ſecundum quod exiſtimaret res Oguziorum optimè habituras. Deinde cum filius huius nomine Oguzalpes, (qui & Aguzalpes) imperium Oguziorum tribus ſibi uendicaſſet, ad tyrannidem adſpirauit: armáque infeſta Græcis inferendo, breui in Aſia ad maximã claritatem acceſſit. Præterea † Orthogules Oguzalpis filius, cum manu eſſet promptiſſimus, armis multos populos laceſſens, gloriã magnam ubique adeptus eſt. Claſſem quoq́ parauit: qua fretus, hoſtili animo nauigauit ad inſulas in Aegęo e regione Aſię Europęq́ ſitas. Etiam Europam populatus eſt. hinc nauibus in flumen Tænarum iuxta Aenum urbem deductis, ad multam fluminis partem proceſſit. Ferunt hunc & in alijs locis irrupiſſe in Europam. Tandem ingreſſus Peloponneſum, Eubœam, & Atticam, fecit cladem maximam, regionibus deuaſtatis: reuerſusq́ domum, præda, mancipijs' que oneratus, maximas hinc ſibi conflauit opes. Aiunt, Orthugulem hunc in Aſia morantem, prædas ex finitimis gentibus egiſſe: rebúſque pulchrè ſuccedentibus, exercitum conſcripſiſſe. Exercitu igitur ſatis ualido munitus, finitimos Græcos domuit: reliquos deprædatus eſt. & cum alij metu perculſi imperium acciperent, breui ſuis maximarum opum auctor fuit.

Al. Agutiorum.

Al. Iudizalpes.

Al. Orthogrules, qui apud Iouium Zich uocatur.

1298.

Deinde cum quotidie Nomades plurimi ad ipſum confluerent, & in belli ſocietatem aduerſus finitimos admitterentur, tandem mirum in modum imperij ſui pomœria promouerutn. Propter res fortiter geſtas etiam Aladinæ charus acceptúſque erat. Sunt qui literarum monumentis ſcriptum reliquere, Oguziorum tribum auſpicijs ductúque Orthogulis loca iuxta Taurum munita occupaſſe: & hinc armis inſtructos procurrentes, finitimam regionem ſubiugaſſe: Gręcos eius regionis accolas deuiciſſe, ſuóque imperio maxima adieciſſe incrementa. Quæ autem horum ab initio fuerit conditio, adhæc, uerǽne ſint an falſa quæ de ipſis modò expoſuimus, non facilè affirmare auſim: quamuis plurimi ſcriptores ea commemorarint. Proinde cum ea hactenus ab origine repetierim, nũc amplius de his uerba facere ſuperſedeo.

Saladinus Syriæ rex.

Otomanidũ familia.

Quantum uerò attinet ad Otomanidas, ex familia Oguziorum ortos, ut ad clariſsimum hoc imperium euaſerint, nunc explanare inſtituo. Vicus eſt iuxta Myſiam, quem Sogutam incolę uocant, ubi eſt & fluuius eiuſdem nominis. Vicus ille rerum omnium adfluentia pollet, remotus à mari Euxino ducentis quinquaginta ſtadijs. poteſt idem locus Itæę uicus nominari. In hanc regionem cum Oguzij penetraſſent, ibi aliquanto tempore habitarunt. Otomanus autem, Orthogulis filius, initiò non admodum ſecundis agebatur fortunæ flatibus. Proinde cum eſſet animo liberali & forti præditus, animos eorum qui in uico agebant, opibus ſibi conciliat, breuique ſibi deuotiſsimos habuit. Hinc cum odijs certarent continuis aduerſus Græcos, omnium aſſenſu Imperator declaratus eſt. Bello itaque adortus Græcos, qui in ea regione habitabant, non prius prælio exceſsit, quàm cum omnes aut cęcidiſſet, aut fugaſſet. Hinc proſperè ſuccedentibus rebus, uictorias plurimas Græcis extorſit. Cum autem fama nominis ſui regiones plurimas impleuiſſet, etiã apud Aladinam maxima gloria uiguit, creatus ab ipſo dux, cum undique præclaris editis facinoribus res fortiter geſsiſſet. Defuncto rege Aladina, diſcordia inter regni optimates exorta eſt. Orthogules adhibitus in colloquium, cum multum temporis deliberando eſſet abſumptum, tandem icto fœdere ꝓmiſit, ſe ipſis & ſociũ auxiliarem fore, quócunq́ in militiã proficiſcantur: hac tamẽ conditione, ut quaſcunq́ regiones, cõiunctis copijs, ſuo imperio adiunxerint, eas inter ſeſe partiri uelint. Cum igitur, ut fœdere tenebatur, cõmuni conſenſu uiribuſq́ cõmunibus bella aggrederẽtur, tanta ipſius inter omnes uirtus emicuit, ut breui plurimas opes acquireret, regnumq́ ſibi pararet haud aſpernandum. Hi autem cum forent duces numero ſeptem, initiò regionem, quam tum armis ſubiecerant, inter ſeſe diuiſerunt: poſtea partitionem ſorti committentes, Caramano obtigiſſe mediterraneam Phrygiæ, Ciliciam uſq́, & Philadelphiam. Sarchani ſors addixit maritimam Ioniæ regionem, quà Smyrnam uſque patet. Lydia uſque ad Myſiam obuenit Calami, & filio ſuo Caraſi. Bithyniam autem cum his regionibus quæ Olympum reſpiciunt, nactus eſt Otomanus cum Tecie. Paphlagoniã cum his regionibus quæ uergunt ad Euxinũ pontum, acceperunt Amurę filij, ſic ſorte partitionem regente. Cermianũ dicunt non fuiſſe de numero ſeptem illorum ducum, uerùm imperaſſe Conio † Cariæ urbi, in qua regia erat: tandem ſuo deturbatum regno, abijſſe in Ioniam: ſectatusq́ ibi uitam priuatam, quietem amplexus eſt. An ſeptẽ illi duces adiun-

OTOMANVS Rex I. circiter Ann. 1300.

Turcorum duces VII.

† Iconium olim, nunc Congium.

Digitized by Google

tes tragulas & ſagittas,torquentesq; miſsilia, plurimos Bœotorum eo loci neci dederunt: hinc aduerſus urbem profecti,captam depręedati ſunt. qui tandem redeuntes in Italiam, domos remearunt. Græci cum rege ſuo Andronico,cum parum dextrè Turcos transfugàs, nec non eos qui ab Italia ferendi auxilij gratia aduenerant,fouiſſent, præter opinionem etiam hos ſibi inimicos ex amicis & auxiliaribus fecere. Gręcorum autem nobiles cum profuſioribus largitionibus in ſe cõuerterent reguli,regni reditus uniuerſos exhauſerũt,nullo interim exercitu comparato, nec peregrinis militibus conductis, cum etiam negligerent hoſtes ſuis finibus arcere. Nunc unde digreſſus ſum, reuertor.

Otomani mors. 1330.

Otomanus, Orthogulis filius,ſubacta Græcorũ Aſiam incolentium regione penè uniuerſa,irruit in Niceam & Philadelphiam, quam haud tamen ſuæ ditioni admouit. Turcos quoque qui Homuren ſequebant,inimicitijs permotus, bello petijt. Regnans autem Pruſæ,quæ regni ſedes erat,expirauit,relictis liberis, & regione ampliſsima.

ORCHANES rex II

Defuncto Otomano, filius eius natu minimus ex tribus, Orchanes nomine, pręoccupatis animis eorũ qui in arctiſsimam patris admittebãtur amicitiam,eos ſibi familiares & quàm maximè opportunos tenuit. Ex quibus quamprimùm accepit,Otomanũ iam (ut ferunt) in ſenectutis limine conſtitutum,obijſſe mortẽ,fratres illicò fugiens,proripuit ſe ad Olympum Myſiæ montem. Cum iter faceret, incidit in multa equorum armenta,quæ partitur in uiros,qui ad ſe in montem concurrerant. Deſcendentes autem de monte in loca ſubiecta, poteſtatem ipſis rapiendi dedit quæcunque nacti fuiſſent. Etiam urbẽ, cum adhuc uerſaretur in Olympo, expugnatam diripuit.

Fratrũ Turcorum diſcordia.

Fratribus autem ſuis inteſtino bello ardentibus, & utrumque maxima parte hominum frequentante, cum accepiſſet eos longo interuallo à ſe diuiſos caſtra poſuiſſe, cum ſuis de monte diſcedens, ſingulos ſeorſim aggreditur. Interemptisq; uictisq; ambobus fratribus ſuis, ipſus ad regiam dignitatẽ emerſit. Ego autem experimentis cognoui, Turcos non in hunc modum ſentire de fratribus iſtis: uerùm iſta eueniſſe ferunt ſub Oguziorum ducibus. Orchanes ubi regni adminiſtrationem ſuſcepit, uniuerſam Lydiam imperio ſuo addidit, Græcisq; in Aſia morantibus bellum indixit. Plurimaq; Græcorum oppida in ditionem accepit eo tempore, quo Byzantij reges & Tryballi in Thracia, & Myſij maximo flagrabant inter ſeſe bello. Poſt hæc in Cappadociam bellum trãſtulit: ſubactisq; oppidulis quibuſdam, exercitus ad Nicæam Bithyniæ urbem mouit, eamq; oppugnare cepit.

Nicea oppugnata.

Vt uerò nunciatũ eſt Gręcorũ regi, Niceam obſideri, & oppidanos, niſi properè auxilium mittatur, ad barbarum defecturos: conſcribit exercitum, & regni curæ ſe immiſcens, uidebatur non neglecturus Niceam, uerùm fortiter defenſurus, non tam barbari odio ſtimulatus, quàm ſolicitus ne tantam urbem amitteret. Hic igitur, quemadmodum & alij multi fecerunt, regiam dignitatem aſpernatus eſt, quamuis Niceam de manu hoſtium ſeſe uindicaturum adfirmaret: uerùm Græcos aduerſus auum incitans, rerum nouarum auidus, Michaelem Myſiorum ducem in belli ſocietatem recipiens, cum ipſo affinitatem iunxit, in matrimonium ei collocans ſuam ſororem, cum iam antè duxiſſet ſororem Tryballorum regis. Hinc ira percitus Tryballus, arma arripit, habens ſecum Michaelis † patruelem Alexandrum. Victo igitur Michaele, ne ſineret contumeliam ſibi à Michaele factam abire inultam, Alexandrum Michaelis † patruelem regno præficit. Cum autem & in Græcos eius contumeliæ culpam transferret, etiam hos bello uexauit: oppidulis'que aliquot captis, exercitum domum abduxit. Tandem fœdera pepigerunt, quibus tenebatur, ut inter ſe & amici & hoſpites in poſterum eſſent. Poſt hæc ad regem Græcorum fama perlatum eſt ſatis conſtanti, Orchanem incurſionem feciſſe in Bithyniæ regionem: captiſque mancipijs plurimis, obſidione Niceam cinxiſſe, murũmque eius hoſtili animo quatere. Rex itaq; Græcorũ cõparato exercitu in Aſiam transuectus, obſidione circumuẽtis auxiliares porrigere nitebatur manus. Quod ut primùm rumore ad Orchanem perlatum eſt, inſtructo agmine Græcis obuiam procedit. Cum autem ueniſſet Philocrinam, offendit regem Græcorum ibi caſtris fixis morantem. Nec mora, prælium committitur: in quo rex accepto in pedem uulnere, reliquique Græci non pauci uulneribus confecti, ſtatuerunt intrare Philocrinam, ut uulnerati laſsi'que paululum reficerentur. Nec tamen citra pugnam eò uenire quiuerunt. Barbari enim eos circumuentos à tergo adorti, acerrimè inſtantes magna clade affecerunt: reliquos in urbẽ fugatos, obſidione premebãt. Vrbs ergo illa cum foret maritima, & obſidione non poſſet in poteſtatem hoſtium redigi, Orchanes ab ea diſcedens, copias ſuas Niceam reduxit, quam cũ obſidione aliquãdiu adflixiſſet, tandem pactionib. in deditionẽ accipit. In hunc modũ Orchanes Nicea potit' eſt. Bellũ dein de Philadelphiã uertit, quã acerrimè ab auxiliarib. defenſam ſui iuris facere nequiuit. Sub idẽ tẽpus cũ iratus eſſet quibuſdã in Aſia degẽtib. ſatrapis, quoſdã eorũ ſibi aſſocians, reliquos debellauit. Tẽpore deinde multo interiecto, Cantacuzeni Gręcorũ regis filiã uxorẽ ducit. Quę affinitas ubi interceſsit, pax inter Gręcos & Turcos facta eſt: belloq; Phrygiæ ſatrapas, cũ diſcordia interueniſſet, perſequebat. Andronicus Gręcorũ rex cũ moreretur, reliquit filiũ natũ annos duodecim: tutoremq; ei aſſi-

† conſobrinum.

† conſobrinum.

Philocrina opp.

Nicea dedita.

Græcorum Imp. affinitas cum Turco.

Digitized by Google

flumen, Pogdano tribuit, uiro bono, & rei militaris peritiſsimo. Regionem quæ à Pherris excurrit ad Iſtrũ, † Chrati & Vngleſi fratribus cõceſsit, quorũ alter regius pocillator, alter equorũ regiorũ curator erat. Regionem Iſtro adiacentem nactus eſt, contribuente rege, Bulcus Eleazarus, Pranci filius. Trica & Caſtoria obuenere Nicolao Zupano. Aetolia decreta eſt Prialupi. Ochridem & regionem Prilis bæam dictam, Pladicę uiro haud ignobili regendam dedit. Commemoratos modò uiros accepimus Europæ regionibus præfectos eſſe à rege Stepano: qui ubi exhalauit animam, ſinguli ſuas regiones, quàs à uiuo gubernandas acceperant, retinuere: fœderibusq; inter ſeſe ictis, à ſe mutuò bello abſtinuerunt. Græcis uerò, ut cuique opportunũ erat, admodum bellicis armis moleſti erant. Michaelem Myſiorum ducem, qui imperauit locis Iſtro ſubiectis, & regni ſui ſedẽ Trinabi conſtituit, Stepano antiquiorem extitiſſe audiui: præterea Bulgaros, quos Myſios uocamus, ibi ſedes tenuiſſe accepi: Seruios autẽ ſiue Sorabros & Tryballos à ſe diſcretos, tandem ad iſtud nomen emerſiſſe. Vtraq; iſta genera hominum cum diuerſa ſint, non ad unum referenda ſunt. Vt autem ſinguli iſti populi regno ſuo à barbaris ſint exacti, ipſiq; prorſus interciderint, in ſequentib. exponet. Sulaimanes cum Cherſoneſi urbes, præter Callipolim, ſubegiſſet omnes, profectus eſt cum exercitu aduerſus Thraciam, ut & hanc ſuam faceret. Cum autem pacem feciſſet cum Græcis, expeditionẽ ſuſcepit contra † Chratem & Vngleſem Tryballorum duces, qui Gręcis admodum intolerandi erant, feroces & bellicoſi. Qui ubi reſciuerunt Sulaimanem proceſsiſſe in Europam, regionem ipſorum in Græcia ſitam uaſtare, prędasq; nemini parcentem confertim agere, copias & ipſi ſuas aduerſus Turcos duxerunt: conſertisq; manibus, uictores prælio abierunt, plurimis prima coitione interfectis. Deinde certiores redditi, Turcorum res uſque augeri, ſibique tandem intolerabiles fore, cum plurimi Turci uſque ex Aſia ad Sulaimanem concurrãt, Europæasq; urbes obſidione urgeãt, his exciti, uterque in mediterranea Thraciæ pergit, & copias parat. Vngleſes à Pherris, ubi regia erat, in Turcos progreditur. Chrates aũt, prędicti frater, copijs plurimis cõtractis, ad fratrẽ per mediterranea Thraciæ cõmeat, cõmuni conſilio iunctisq; uiribus bellũ Turcis illaturi. Sub idem tempus Sulaimanes oppidulum oppugnabat ad Tęnarum fluuiũ ſitum, diſtãs à † Callipoli ſtadijs circiter ſeptuaginta, plurimis tentorijs, quę eò aduexerat, per circuitum fixis, in quib. Scythæ Turciq;, quotquot paſtoralem uitam ſequũtur, q; ſuauiſsimè degũt: aſsidensq; urbi, intẽtus oppugnationi inſiſtebat: & ſtudio expugnandę urbis adſtrictus, accipit hoſtiũ aduentũ. Deligit igitur ex ſuis octingentos uiros, nocturnisq; itinerib. prima aurora ad hoſtium caſtra peruenit. Eos deprehẽdit nec ſolitas uigilias obeuntes, laxatisq; cuſtodijs affuſos Tęnaro fluuio prębenti aquam potu quidẽ † peſsimam, eandem uerò & ſaluberrimam. Aeſtatis tempus erat, quo nec arma, nec equos perinde curabãt, putantes ſe planiſsime ab hoſtiũ incurſionib. ſecuros & tutos. Hos nec opinantes, & in Cermiani regione in luxuriam effuſos, altaq; quiete ſopitos, Sulaimanes ſtipatꝰ octingentis militib. delectis adorit: cędemq; maximam, impigrè obuios mactãdo, hoſtiũ fecit. Multi in flumen fuga prępropera delati, dubij quònam ſe uerterent, ibi inter cunctandi moras occubuerũt. In hoc prelio deſideratus eſt Vngleſes: etiam Chrates occiſus eſt. Vt aũt hic interierit, ignoratur. Hunc eius propinqui qui eum ſanguine contingebant, aliquãdiu poſt præliũ iſtud uixiſſe credidere. Sulaimanes uictoria illa inſigni & illuſtri clarus, facilè tandẽ etiam oppidulũ, quod obſederat, ſuo imperio adijcit. Exercitus quoque Oreſtiadi, quam Hadrianopolim appellant, admouit. Circumſedit & Peridmetum infeſtis exercitibus: aggreſſusq; murum, cœptis non ſuccedebat. Cum aũt ibi hæreret intentus obſidioni urbis Sulaimanes, ferunt adoleſcentem quendam clàm ſolitum egredi urbe per rimam quandã muri, ad demetendum frumentum. Deinde frumento onuſtus, per eundem locum in urbem remeabat. Cumq; hoc frequenter faceret, tandem uiſus eſt à milite quodam Turco, ibi ſtipendia facientę.

Turcus autem animaduertens, qua muri parte intrare adoleſcens ſolitus erat, à tergo eum ſequutus eſt, tentaturus ſi per eam rimam in urbem ſibi patêret aditus. Vrbem itaque ingreſſus eſt. quo facto, redijt in caſtra ad Sulaimanem, actaque edocet. Sulaimanes igitur eductis in aciem copijs, ad urbem acceſsit. in quam cum irrepſiſſet, duce Turco, qui rimã inuenerat muri, illicò eius dominium nactus eſt. Poſtea promotis caſtris † Philopolim obſidet: quæ tandem pactionibus in eius fidem traditur. Ferunt, hunc regem habuiſſe uirum rei militaris perquàm gnarum, quo nullus fuerit ſuperior incurſionibus faciendis, belliſq; gerundis. Præterea aiunt, ad tantam potentiam eum hac ex cauſa ueniſſe, quòd ſumma celeritate in rebus gerendis uteretur. Sulaimanes morbo implicatus eſt. hinc feſtinabat in Aſiam. morbo tandem ingraueſcente, moritur. Moriens præcepit ſuis, ut corpus ſepelirent in Cherſoneſi Iſthmo, ubi antea contigerat filiũ ſuũ fato fungi: & magnificę ſepulturę tradi ordinauit, & reditus ſacerdotibus ꝗ eò loci erãt, ut celebrarẽt nocturnos ludos ad ſepulchrũ, ſeq; filij ſepulturæ iungi noluit. Cum iam animã exhalaſſet, Orchanis filius Amurata, Sulaimanis frater, re cognita, peregrinos & reliquos Ianuarũ milites aſſumens, in Euro-

Al. Chrali.

Ternobum.

Bulgari. Myſij.

Al. Chralẽ, & ſic deinceps.

Bulgari Turces uincunt.

Al. Hadrianopoli.

Al. optimã.

Bulgarorũ clades.

Oreſtias, quæ & Adrianopolis, obſeſſa & capta.

Al. Philippopolim.

AMVRATES prior IIII. rex. anno 1350.

Digitized by Google

dronici filium in Macedoniam abductũ communi aſſenſu applauſuq; regem deſignãt. Inito regno, Cantacuzenum in Nazaræorum ſiue monachorum ordinem tranſtulit, quem mutato nomine Matthæũ appellauit. Huius ſenior filius, quẽ pater Græcis regem deſtinarat, in Rhodum nauigat, petiturus à ſacerdote ſummo, quem Magnum magiſtrum uocant, qui inſulam regebat, auxilium, quo adiutus recuperaret amiſſum regnum. Multis autem nequicquam pertentatis, quibus in ſuas partes ſacerdotem pelliceret, ut ſpem auxilij affulgere uidit nullam, ad fratrem ſuum iuniorem Emanuelẽ in Peloponneſum Spartæ ducem iter flectit: apud quem uitæ conſuetudinem & neceſſaria habuit. Ioannes autem cum Amurate in Europam tranſgreſſo ſocietatem contraxit, filioq; ſuo Andronico Myſiorum regis filiam uxorem dat: ex qua duos ſuſtulit filios. Andronicus quidem natu maximus, Demetrius uerò & Emanuel natu minores erant. Theodorus autem ſequebatur Amuratem, quocunq; bellum auertiſſet. Reliqui, quos modò diximus, uectigales & ſtipendiarij erant Amuratis, ipſumq; comitari cogebantur, contra quoſcunq; expeditionẽ ſuſcepiſſet. His ita cõpoſitis, exercitum contra Dragaſem Zarci ducẽ mouit, regionẽmque iuxta flumen Axium domuit, ſibiq; tributariam belliq; ſociam effecit. Ducem quoque in poteſtatem accepit, quem ſub ſe ſtipendia facere iuſsit, equitum impetrata manu non modica. His præclarè geſtis, etiã Pogdanum eò loci regnantem debellauit: quem ſub ſe merere cum exercitu, quem habuerat, uoluit. Amurates autem per omnia imitatus æquitatem Cyri Cambyſis filij, maxima modeſtia & liberalitate tractabat duces Tryballorum, & Myſiorum, Græcorumq;, qui in ſuam poteſtatem conceſſerant. Cum moratus eſſet longo tempore in Europa bello adſtrictus, nunciat̃, ſuos in Aſia præfectos coniuratione facta Aſianos ſolicitare ad defectionem, plurimamq; regionem iam ab Amurate auertiſſe: conſcriptiſq; exercitibus, Aſiæ ſtatum quàm maximè conturbare, oppida quædam capientes, quædam uerò oppugnantes non ceſſare. Quamprimùm hæc certò accepit, tranſitum in Aſiam parat: ſuoſque ita inſtruit, ut hoſtes quàm potentiſsimè contundere & profligare poſſet. Cum hos deprehendiſſet in Myſia caſtra collocaſſe, copijs in aciem eductis, tale excogitauit, ut qui eſſet ſumma rei militaris ſcientia præditus, ſtratagema. Dicitur enim, cum æſtatis eſſet tempus feruidiſsimum, Eteſias uentos ab occidente ſpirare. Ibi autem ſuorum ordines ita diſpoſuit, ut uentum à tergo haberent præliantes. Hinc princeps prælium inibat, ubi hoſtium acies erat confertiſsima, irruens, & quàm fortiſsimè pugnans. Cum autem prælium utrinque æquo Marte ferueret, ipſe in editiorem tumulum conſcendens, uoce quàm potuit maxima ſuos in hunc modum allocutus eſt: O commilitones mei, filij dilectiſsimi, non ſubit animos, quanta pericula in Europa multorum annorum duriſsima militia perpeſsi ſitis? Quid ceditis? an neſcitis omnia in ueſtra fore poteſtate, illis ſuperatis? Agite igitur, promptis animis me ſequamini. Quòd ſi cunctati fueritis, hoſtes nos uincent. Hæc loquutus, admiſit equum in hoſtem, & in confertiſsimos hoſtium cuneos ſe coniecit, acerrimè prælians: confeſtim'que, ut prædixerat, uentus exortus eſt, & in hoſtium faciem ſe fudit. Hinc cum mutua hortatione aduerſum hoſtes procederent, maximoq; impetu eos adorirentur, primùm eos in fugam coniecerunt, & inſequentes plurimos trucidarunt. Fertur, maximam exercitus ſui partem ibi intercidiſſe. Hoſtes autem fuga ſibi conſulentes, ſinguli ad ſua diſperſi ſunt. Hinc cum legatos miſiſſent ad Amuratem, petitum pacem, haud paſsi ſunt repulſam. Hac tamen conditione pax data eſt, ut ſe, quòcunque exercitus mouiſſet, impigrè ſequerentur. Vt autem pax cum Turcis in Aſia facta eſt, etiam res in Europa interturbatæ ſunt. Sauzes natu maximus filiorũ Amuratis in Europa relictus eſt, ut eam defenderet: & ſi qua ſeditio coorta eſſet, aut periculi quid ingrueret, curaret ut Europæ res in tuto collocarentur. Hic ſeditionem excitauit, concilians Græcorum nobilium in Europa animos. Cum ueniſſet colloquendi gratia ad Græcorum regis filium ſeniorem Andronicum, cui Byzantium regnique curam mandarat pater, cum proficiſceretur cum Amurate in Aſiam aduerſus duces iſthic ſeditioſos, tandem eò deducti ſunt, ut uterque à patre deficeret ſuo, paternùmque regnum teneret, eundémque & hoſtem & amicum ducerent, quem alter iuſsiſſet: præterea ſi quid ingrueret, alter alteri auxilio eſſe ne cunctaretur. Hæc cum ipſis uiſa eſſent, quo maioribus animis obſeruarentur, maioreq; fide colerent, iuriſiurãdi religio utrinque interpoſita eſt. quibus expeditis, quàm commodiſsimè ex aperto præparabantur obſiſtere Amurati, ſi in Europam tranſire conaretur. Vbi de iſtis certior factus eſt Amurates, aduocato Ioanne rege Byzantij, huiuſcemodi exorſus eſt orationem: Rex Græcorum, mihi nuper à fide digniſsimis in Europa nunciatũ eſt, Sauzẽ filiũ meũ à filio tuo coactum inſtituere, ad extremã me deuoluere miſeriã. qua ratione igit̃ fieri poſſet, ut incõſcijs uobis ad tantã deuenerint dementiã, ut non ſolũ meus filius tam impia aggrediat̃, uerùm tuus accedat auxiliator & adiutor? Abſq; tuo conſilio hæc parari, quo pacto cogitare poſſim? Verùm ſi pœnas exegeris de filio tuo, quas ego dictauero, certò ſciam, te inſcio & inuito iſta cõtigiſſe. Sin aũt alia

Rhodus.

Ioãnes Imp. Conſtant.

Græci Turcis militant.

Stratagema.

Turcorũ inteſtinum bellum.

Turcorum clades.

Coniuratio filiorum in parentes.

Amuratis ad Græc. Imp. oratio.

Digitized by Google

tumelioſius illum tractabant, quàm fieri par erat, uiro maximè infenſi) quapropter animo agitabat quàm ocyſſimè mari contendere ad patrem. Pater autem miſſo nuncio cum edixiſſet, ut aliò quàm ad ſe diuerteret, quaſi eum non amplius excipere auderet Amuratis metu: ſtatuit ire ad Amuratē, huncq; ſupplicijs fatigare, ut ſibi admiſſorum impunitatem concedat. Amurates cognito filium regis ad ſe uenire, eius admodũ gauiſus eſt generoſa indole. Cui cum proceſsiſſet, ut antea conſueuerat, obiam, primò eum alloquutus eſt. Deinde paulisper ſilentiũ tenentem, cum eum reprehendiſſet, renidenti ore ſic loquutum eſſe accepimus: O fili regis, iure quidē conuinceris, quòd regioni noſtræ, antea ueſtræ, inſidiatus ſis: & quæcunque feceris, iuſtè te feciſſe compertum habeo. Nunc autem cum tibi præteritorum ueniam impertiar, caue deinceps talia aduerſus me meumque regnum coneris. Mihi enim, & huius rei curatori DEO ſatis declaraſti, te peſsimum eſſe factum. Itaque ubi melior nunc factus fueris, etiã res Europę ſub uobis melius ſunt habituræ. At ego, inquit ille, ſciens DEVM omnia quàm optimè agere, ad te ueni tot criminibus irretitus, rogaturus ueniam eorũ quæ in te regnumq; impiè cõmiſi. His dictis, ueniam dedit Amurates: & ad patrē ſuum eum remittens, iuſsit ut filiũ cum bona gratia ſuſciperet. Qui imperata faciēs, filiũ illico admittebat Byzantium. *Therma occupata.* Charatines occupata Therma, & defectorib. in ſeruitutem redactis, plurimũ gloriæ inuenit apud Amuratem: cum anteà multum, nunc plurimum apud eum polleret. Extant enim huius Charatinis plurima memoratu digna, ut qui Amurati optima ſuggeſſerit conſilia: & pleraque egregia opera in Aſia Europaq; facta, huius ex induſtria prouenēre. Extant uiri huius ſermones quidam memoratu dignisſimi, quos cum rege habuiſſe fertur, contendens cum eo ſuper illis quæ ad prudentiam reiq; militaris ſcientiam attinent. *Charatinis cum Amurate colloquiũ.* Nam cum interrogationem inſtituentem, dixiſſe memorant: Rex Amurates, quo pacto res bellicæ adminiſtrandæ ſunt, ut eo, quod deſideras tuis copijs effici, potiare? Regem aiunt reſpondiſſe: Si ſingulis occaſionibus, ne aufugiant, diligenter fuero intentus: præterea, ſi plurimis beneficijs militum animos mihi deuinxero. Charatinē ſubieciſſe audio: At qua ratione occaſiones non omiſeris, præterea ſcopum tuæ militiæ attigeris? Regem intuliſſe: Si animo diligenter uerisimilia quę ad ſcopum ſpectant, penſitauerim: & in iſtis quæ ad ſcopum faciunt, non aberrauero. Hinc tradunt, Charatinem in maximũ effuſum cachinnum, dixiſſe: Rex Amurates, plurima ſapientia te inſtructum eſſe cerno. At quo pacto uerisimilia diligenter animo expendas, niſi pręſens utraque experimentis cognoueris, quæ fieri, quæque non fieri oporteat? hæc in conſultatione ut reſpuas, illa ut maxima cura deligas. Iſta ubi præceſſerint, ſignificat etiam requiri celeritatem, quæ plurimum momenti ad res præclarè gerendas habet, ut nihil magis ducem quàm celeritatem & indefeſſam curam in agendo & conſultando ſectari oporteat. Præſens eſſe ne negligat, ubicunque ſua præſentia opus fuerit. Talia cum inter ſe conferrent ſermocinantes, pronunciarunt ſententias, quantum pertinere uidetur ad res gerendas, nequaquam inutiles. Amurates quocunq; mouiſſet exercitus, ſtatim metus aduerſarijs oboriebatur. Hinc que accuratè loca ſua muniebant. Vſus eſt opera Charatinis, uiri optimi, qui in omnibus quæcunque rex facere aggrediebatur, operam ſuam locauit indefeſſam, regiq; maxima neceſsitudine deuinctus fuit. Adiutus ab iſto uiro, non modica fecit, quæ tendebāt ad ſubiugandum ſibi Europæ imperium. Tot ſibi ſubegit gentes, tot in Europa duces ſtipendium pendentes: præterea Græcorum gentes, quæ cogebantur, quocunque terrarum duxiſſet, Amuratem militantem ſubſequi. *Principes Amuratis ditio addicti.* Emanuele præ omnibus Græcis plurimùm delectabatur. In Amuratis poteſtatem deuenit rex Myſiorum Drageſes, Zarci filius: nec non Pogdanus, qui Rhodopen imperio tenebat. Acceſſere etiam in ditionem & alij Europæi duces, Tryballorum uidelicet, Græcorum, & Albanorum. His omnibus imperio ſuo admotis, etiam Aſianis ducibus ſtipatus, deinceps quoslibet bello laceſſere ſtatuit. Græci quo pacto ex regno in ſeruitutem ceciderint, iam antè explanauimus. Prædicta nunc breuiter in memoriam reuocare iuuat. Ioannes ad regni gubernacula euectus, Cantacuzenum, anteceſſorem ſuum, Nazaræum ſiue monachum fieri compulit. Deinde cum animaduerteret res Turcorum incredibili augeri ſucceſſu, nauigauit in Italiam. *Caloiannes Italiã adit.* Primò adijt Venetos, oraturus auxilium. Vbi cum parum auxilij eſſet conſequutus, accepta à fœneratoribus magna pecuniæ ui, decreuit ad Galliæ abire regem. Nec omiſit reliquos occidentis Principes, quos omnes quam maximè ſollicitabat ad auxilium ferendum. Cum ueniſſet ad Gallorum † regem, etiam huius res bello & ſeditione agitari cernit, & admodum aduerſa uti fortuna. *† Is erat Carolus VI. Anno Chriſti 1411.* Nec interim quicquam auxilij in Italia tulit. Reditum maturans, cum ueniſſet Venetias, non potuit uſuras eius ſortis exoluere, quam à fœneratoribus mutuò acceperat. Profecturus inde in Galatiam, retentus eſt à Venetis, non ſinentibus eum pedem uſquam ferre, donec ſatis feciſſet creditoribus. *Venetorum inſolentia in Ioannem.* His rebus anxius, miſit Byzantium ad Andronicum filium, cui regnum commiſerat, rogans ut pecuniam compararet, tam ex eccleſiaſticis quàm ex reliquis regni theſauris: quam deinde ad

Digitized by Google

autem regio more ſepeliuerunt in Coſobo campo. Mortuus eſt, cum regno præfuiſſet annis quinquagintaſeptem. Vitæq; exitum habuit, interfectus à Tryballo: non qui regē decebat talem, qui tot annis bella geſsiſſet, multaq; & præclara opera feciſſet: præterea qui magna bella in Europa Aſiaq; numero trigintaſeptem confeciſſet, tali uſus & uirtute fortunaq;, ut in nullo uictus ſuccubuiſſet. Adhęc magnam potentiam, regionemq; plurimam in utraq; continente ſibi parauit, cum ad multam iam proceſsiſſet ætatem. *Amuratis mores.* Nunquā cupidine rerum, ſed rabie trahebatur ad prælium, nec unquam cruore ſaturari potuit. Quando ocium ab hoſte erat, uenationi indulgebat. Studijs & tranquillitati ſe nunquā dabat: uerùm cum nullus foret hoſtis, uenationi incumbebat, cuius peritia anteceſſores ſuos longè excellebat. Diligentiam & celeritatem in rebus gerendis nō minorem ſenex, quàm iuuenis, oſtendebat. Promptitudine & alacritate indefeſſa plurimos illuſtres duces & reges in rebus gerendis anteibat. Omnia ſic aggrediebatur, ut nihil eorum quæ neceſſaria forent, negligentius omitteret. Maiorem hominum cædem fecit, quàm omnes ſui anteſſores. Subditos maxima regebat ſermonum æquitate, & comitate. Ducum filijs conuerſabatur quàm moderatiſsimè. Expeditiſsimus fuit ad honorandum & compellandum uirum quemlibet. Maxima ui præditus fuit ad cohortandos militum animos, ſi prælium ineundum fuerat. maxima erat eius in rebus gerendis uehementia, adeò ut ſemper, quando manus confererentur, ubiq; præſtò eſſet. Aſpectu non toruus, uerùm mitis erat, ſermo neq; blandidiſsimus. Peccanti nullam delictorum concedebat impunitatē: uerùm eum meritis ſubijciebat pœnis. Sermonis erat parciſsimus. Confirmaſſe fertur præ reliquis generis ſui regibus iuſiurandum. Hinc cum plurimi contra ipſum audaciſsimè inſurgerent, exiſtimabant ſe nihil periculi accepturos: quod tamen, cognita eius potentia, ſecus accidit. Eum qui ſe magnificè efferebat, & ob id contumacius reſiſteret, præterea eum qui aliquid in ipſum deliquiſſet, nequaquam lætitia ebrium dimiſit. Cum foret ſuis uel maximè metuendus, attamen certum eſt eum plus fauoris, quàm reliquos duces omnes, apud ſuos obtinuiſſe. Ne quis igitur ſibi perſuadeat, quod hic uir, ſi armis appetitus fuiſſet à *Al. Tamerlane.* † Temire, peſsimè iſtud bellum adminiſtraſſet. Pugnaſſet etenim fortiter. Et ſi nō uictor, nec tamen uictus iſto ex prælio exceſsiſſet. Pugnæ enim locum elegiſſet opportunum, in quo non facilè uinci potuiſſet. Temiris autem exercitum hoſtiliter accedentem, ut ferro, ubicunque occaſio ſe dediſſet, decerneret, grauiſsima clade affeciſſet. Defuncto Amurate, Orchanis filio, regij ſatrapæ, qui Ianuis præerant, Paiaziten, Amuratis filium, in imperio magno conſenſu collocant.

LIBER SECVNDVS.

POSTQVAM mortem obijt Amurates Orchanis filius, peremptus à uiro Tryballo, ſtatim ſatrapæ, qui regebant Ianuas regis, Paiazitem Amuratis filium iuniorem, pronunciant regem. *PAIAZITES prior V. rex. Anno 1373.* Hic ubi primùm in regno eſt poſitus, accerſiuit Iagupen (noſtri Soleimannum uocant) fratrem, quaſi uocaretur à patre Amurate: ad quem, quocunque tempore uocabat, promptiſsimè ad Ianuas (ſic Aulam Turci uocant) accedere conſueuerat. Rerum itaque omnium quæ parabantur ignarus, in Ianuas uocatus uenire haud ſuperſedit. Venienti Paiazites manus uiolentas inijci, atque necari iubet fratrem. *Iagupes à fratre cæſus.* At interfectus eſt ſecundum eum morem, quem Turcorum reges in trucidandis fratribus obſeruare ſolent. Haud enim ferro obtruncatus, uerùm laqueo præfocatus eſt, quemadmodum tenet regum illorum conſuetudo. Rex cum in hunc modum fratrem perdidiſſet, regnumq; ſibi ſtabiliuiſſet, illicò copias in aciem eduxit: commiſſoq; prælio, Tryballos in fugam coniecit. *Bulgari uicti.* Iſto in prælio quàm longiſsimè ab exercitu in hoſtes euectus eſt. Turci enim fugatis hoſtibus, inſequuti ſunt fortiſsimè: Tryballosq;, quos equitandi peritia antecedebant, neci dederunt. Nam equi Turcorum multo præſtantiores erant equis Tryballorum: proinde fugientes facilè indipiſcebantur. Si Græcis fides habenda eſt, dicemus ea quæ modò tradidimus, iſto pacto contigiſſe. Turcorum autem alia ſuper his eſt ſententia. Nam perhibent, iſtam uictoriam non adſcribendā eſſe Paiaziti, uerùm Amurati, cuius ductu prœliū iſtud ſit factum: eademq; uictoria euenerit, cum ipſe Eleazarum Tryballorum ducem in ea pugna trucidauerit. *Anno 1374.* Turci in hunc modum, quantum ad iſtud prælium attinet, ſentiūt. At ego coniecturam facere nequeo, quomodo in acie, breui admodum tempore interiecto, fratrē necauerit, & deinde in prælium illicò redierit. Pręterea dubito, quomodo Tryballus arripuerit haſtam, regemq; niſus ſit perdere, nullo prohibēte. Verùm cuilibet ſuum ſit hac de re liberum iudicium.

Poſtquam Paiazites regni gubernacula ſuſcepit, uictoriamq; illuſtrem deuictis hoſtibus eſt adeptus, nec paucis interim ſuorum amiſsis, inſuper Tryballorum ducem in acie peremit, non ſocordiæ ſe corrumpendum dedit, uerùm prædabundus uniuerſam peragrauit Tryballorum regionem. Captiſq; mancipijs plurimis, regnō ſuo eam formam induxit, quæ ſibi optima & commodiſsima uidebatur. Græcos ſibi fœdere iunxit. Pace cum

Digitized by Google

Scopios deducta colonia.

Macedoniæ ducibus inita, in Scopiorum urbem coloniam duxit, deductis eò plurimis ab Europa Aſiáque Turcis, cum uxoribus & liberis. Hoc autem ideo facere aggreſſus eſt, ut hinc profectus, res Illyricorum agere & ferre tutò poſſet. Incurſionem fecit in Illyriorum regionem: captáque oppidula penitùs diripuit.

Albania.

Exercitum miſit in Albanorum regionem maritimam, uerſus Ionium, & Epidamno finitimam, prædáſque ex ea egit. Græci ſequebantur armati, quocunque exercitum ipſe mouiſſet: excepto Emanuele, Ioannis Græcorum regis filio, necnon Ioanne ſenioris Andronici filio. His enim cum feruenti aceto eorum oculos eruiſſet, domi uictum præbuit Byzantius rex. Qui, cum cognouiſſent tandem oculos melius habere, colloquentes inter ſeſe & cum uxore, adiutantibus & alijs gnauiter, aufugerunt in Galatiæ urbem quæ Pera dicitur, e regione Byzantij ſitam. Hinc perrexerunt ad regem Paiazitem, orantes auxilium, quo muniti in ſuam poſſent redire urbem, auitúmque recuperare regnum. At cum in conſpectum regis ueniſſet, ferunt eum talem exorſum eſſe orationem:

Ioānis excæcati oratiō ad Paiaz.

Me quidem, ô rex, tam graui calamitate perculſum cum meliori fortunæ Deóque, qui omnia uidet, commendarim, melius nunc, quàm fortunæ meę patiantur, habeo. Præterea Deus gratiam mihi retulit haud iniucundam. Nam cum uiſum mihi totum penè ademerit, reliquit tamen ut parum cernam: pollicetúrque regnum. fas'que eſt, ut regnum quod iure ad me pertinet, mihi reſtituatur.

Græci Imperium à Turcis precariò obtinent.

Hoc autem regnum noſtrum, ſi me audieris, in poſterum experiere ad omnia tibi obſequentiſſimum, ſi tua ope adiutus id recepero. Id eueniet, ſi mihi dederis equites quater mille, eóſque me ſequi iuſſeris menſibus duobus. Stant autem à partibus noſtris ij qui in urbe genere & diuitijs præſtant. Horum non pauci me comitarentur, niſi ſcirem eos in urbe mea negocia procurare, méque tandem adiuturos, in quacunque re ipſorum auxilio opus habuero. Promitto etiam me tibi quotannis daturum tributum maximum: habebo præterea in urbe iudicem ſiue præfectum Turcum.

Paiazitis reſponſum.

Rex his auditis, reſpondit: Mihi quidem, ut accepi tibi adhuc uim uiſiuam ſupereſſe, ſermo tuus fuit multo gratiſsimus. Gratias'que ago mortalium & immortalium cōditori, qui iſtud tibi beneficium præſtitit. Veniſti autem ad uiros tibi amicos & auxiliares, qui ſe tibi dabunt promptiſſimè, quodcunque occeperis bellum. Vlciſcar tamen regem patrem tuum, ut deinceps nunquam contra me res nouas moliatur. Tu igitur his, quos petijſti, aſſumptis, flecte iter ad urbem: eáque agito, quæ iudicaueris tibi uel in primis utilia fore, ut in patriam reducaris. Rex his dictis confeſtim, quos flagitauerat, equites inſtructos dedit: quibus acceptis, Andronicus ſe contulit Byzantium.

Andronici reſtitutio, & precarium imperium.

Ioannes & filius Emanuel, cum eſſet nunciatum, Andronicum cum filio ſuo magna manu aduentare, ingreſsi ſunt Aureæ (ſic appellatam) arcem, ibiq; obſidionem tolerare parabant. Andronicus aduenie[n]s, urbem obſidione circundat. Poſtea arcem pactionibus in deditionem accepit: amboſq; incluſit in carcere ligneo & anguſto, quem intra turrim ædificarat: regnúmque occupauit, habens patrem & fratrem in carcere. Cum autem adminiſtraret regnum, filium ſuum Ioannem Græcis regem deſtinauit. Illos uerò annis tribus in carcere tenuit, nec tamen obtruncare uoluit, quamuis ad id incitaretur à Paiazite. Anno autem quarto perſuaſerunt carceris præfecto, qui alimenta ipſis miniſtrabat, ut ſubijceret ferrum. Quo facto, diſſoluerunt carcerem, & aufugientes feſtinarunt ad regem Paiazitem, promittentes ſe tributum maximum penſuros, daturóſque milites quotquot imperaſſet. Miſſo nuncio Byzantium, explorabat Byzantiorum animos, quem'nam ſibi regem dari, Emanuelem an Paiazitem, uellent. Hac ratione pulchrè expiſcabatur, ut Byzantij etiam erga ſe animati forent. At Byzantij elegerunt Emanuelem, iam faſtidientes Andronici imperium.

Emanuel Imp. Ann. 1388.

Exorta eſt igitur contentio inter ambos reges ſuper Byzantij regno. Emanuel promittebat ſe tributum, quod contineret tres myriades aureorum, numeraturum quotannis: addebátque, ſe profecturum cum illo in militiam quocunque exercitus duxiſſet. His conditionibus, quas modò commemorauimus, Byzantij regnum à Paiazite accepit, uidelicet ut in Ianuas profectus, tributum, quod imperaſſet, ſolueret: militéſque ſemper quot iuſsiſſet, uere appetente, adduceret. Andronicus, & filius eius Ioannes, morantes in Ianuis, uictum apud regem habuêre. Emanuel regno præfuit. Paiazites Amuratis filius habens ſecum Græcorum reges, qui ad id eum uſque incitabant, arma contra Philadelphiam urbem Græcam uibrauit. Contendentibus namque inter ſe Byzantij regibus, petebat rex Paiazites ſibi dari Philadelphiam.

Philadelphia capta.

Qui ſe id facturos promiſerunt. Cum autem Emanuel miſiſſet præconem, qui nunciaret Philadelphiæ ciuibus, ut ſe urbémque dederent Paiaziti, acciperéntque quùm iudicem, tum præfectum Turcum: reſponderunt, ſe neutiquam paratos eſſe, ut ſemetipſos proderent barbaro. Quo reſponſo irritatus Paiazites, urbem exercitibus circumſedit, ducens ſecum ad id bellum Græcorum reges, qui ibidem uirtutis præmia ſunt conſequuti. Primi etenim conſcendentes murum, urbem cæpêre. Et in hunc modum capta eſt Philadelphia, urbs Lydiæ Græca, legibus

Digitized by Google

legibus optimis quæ fuit fundata. Poſtea bellum intulit Paiazites Scenderi Armeniorum regi. Præterea Ertzicam Armeniorum regni ſedem, & Lamacham, ſic appellatum oppidulum, bello petijt. Scenderem hunc tradunt barbarorum Aſiam incolentium fuiſſe multo fortiſsimum, nec ullo mortalium extitiſſe rei militaris ſcientia corporiſque robore & audacia inferiorem. Itaque cum quondam ab Aſſyrijs bello laceſſeretur, plerunque præclara militaris uirtutis facinora perpetrauit, hoſtéſque ſemper pauca manu fudit. Hunc Scenderem cum filio uxor, quam odio proſequebatur, cōprehendens, interemit, ipſa'que ad regni gubernacula euaſit. Contra Scenderem igitur Paiazites arma mouens, Ertzicam expugnauit, filiúmque Scenderis uinctum in cuſtodiam dedit. Poſtea cum Tzapnidas domuiſſet, qui Colchidis loca uſque ad Amaſtrum urbem tenent, bellum contra Carailucem & Leucamnam, Samachiæ ducem, uertit: quem obuiam procedentem cum exercitu, prælio uicit, Samachiámque urbem oppugnare cœpit. Vrbis autem iſtius oppugnatio cum parum ſuccederet, abductis copijs, domum reuerſus eſt. Hinc bellum indixit reliquis qui in Aſia erant ducibus, Aedini, Sarchani, Mendeſiæ, Tecoi, & Metini: imperióque eos expulit, expulſorúmque regnum occupauit. Hi, cum forent ſuis ſedibus pulſi, iter inſtituerunt Suſam, ad regem † Temirem. Vt autem, præter Caramanum, cognomine Aloſurium, & Turgetum Phrygiæ ducem, uenerint in conſpectum regis, infrà dicetur. Hi namque affinitatem iungentes cum Paiazite, pacem conſequuti ſunt. Reliqui, exceptis iſtis duobus, duces regnis ſuis exacti aſcenderunt Samarchandam, quæ Temiris regia extitit. Sarchanem, qui tutabatur maritimam Ioniæ regionem & Mendeſiam, Calamis nepotes, Tecoénque, qui regebat Madian, affirmamus fuiſſe nepotes & poſteros ſeptem illorum ducum Otomani, qui coniunctis uiribus communibúſque conſilijs Aſiæ imperium acquiſiuerunt: quos Aladinæ regis miniſtros quoque fuiſſe conſtat. Metines autem & Aedines unde regnum nacti ſint, explorare nequeo. Aedinem attamen ſolum memorant à Colophone uſque ad Cariam regioni ſe extendenti imperitaſſe. Turcos quidem genere & eſſe & dici, certò ſcio, quotquot ſub Turgaturijs, ſub Caramano, ſub Matine, & Aedine degunt. Subacta ea Cappadociæ regione, quæ eſt ſub Caraiſuphe, nec non illa quam Homuris filij regebant, præterea in ditionem accepta maxima Phrygiæ parte, bellum promouit contra Ertzicam, Armeniorum regiam: & contra Scenderem, qui ea loca longè latéque uſque ad Euphratem tenebat: addita non modica Colchidis parte, quam bello in ditionem redegerat. Hæc quidem effecit, cum foret in Aſia, magnáque uirtutis in conſpectum daret opera. Poſtea tranſiens in Europam, exercitibus immiſsis in Macedoniam & quæ ſpectat Ionium, Albanorum accolarum regionem populabatur. Captis quibuſdam Albanorum oppidulis, contra Illyrios arma tulit: uaſtatáque Illyriorum regione, opes eorum diripuit, & in ſuum emolumentum conuertit. His peractis, expeditionem ſuſcipit contra Peloponneſum, rumore prius ſparſo, quaſi bello eſſet petiturus Phocidem, & Theſſaliam ſubacturus, ut ſibi ad res gerendas foret idonea. Epiſcopus autem Phocenſium inuitabat eum, oſtentans regionem uenationibus commodiſsimam, habentem prata quæ præberent infinitam gruum multitudinem: præterea campos ad equitatum natura quàm pulcherrimè inſtructos. Iſta quidem expeditio uerbis in hunc modum parabatur, reuera tamen bellum indicebatur Theſſaliæ: ducibúſque, qui ibi agebant, nomine * Cernæis, & uxori Deluis, Delphorum ducis, † Trudeludæ. Poſt hæc quaſi in Peloponneſum irrupturus, cum elegiſſet belli ducem Theodorum, Ioannis filium, bellum ſtrenuè gerebat. Profectus in Theſſaliam, ſui iuris fecit Domaciam, cum eam deſeruiſſet, qui in ea erat, dux * Cernæus. Hinc Pharſalicorum urbem in ditionem accepit, quæ & ipſa à † Cernæis regebatur. Deinde, cum longius proceſsiſſet, Zetunim urbem Thermopylarum, & Patras ſitas in planicie, quæ eſt in radicibus montis Locrenſium, in poteſtatem redegit. Præterea alia oppidula non pauca iſtius regionis, pactionibus in fidem recepit. † Deluis Delphorum ducis uxor, habens filiam iam nubilem, uiróque deſponſatam, ut intellexit aduerſum ſeſe cum exercitu pergere regem, cum filia, muneribúſque quàm potuit acceptis maximis, regi obuiam proceſsit. qui filiam lubens aſſumpſit, eámque ſimul cum matre ſuis moribus ritibúſque uiuere permiſit: regioni autem, quæ in ditionem conceſſerat, ducem præfecit. Fama eſt, iſtam mulierem amauiſſe ſacerdotem quendam nomine Stratem: & ad maiorem impudentiam progreſſam, imperium ſacerdoti commiſiſſe, plurimóſque Delphorum incolas obtruncaſſe. Hinc delata eſt Epiſcopo Delphorum apud regem, quaſi ipſa ſola regat tantam regionem, intolerandiſque iniurijs afficiat ciues, interim adulterio à ſacerdote polluta. His excitatus rex, bellum ijs intulit. Feruntur & alia quædam de iſto ſacerdote, qui ſtupri conſuetudinem cum illa muliere habuit, uidelicet quòd etiam cum alijs de-

Scenderis Armen. rex, qui & Alexander.

Tzapnidæ à Turc. ſubacti.

Al. Tamerlanem.

Epiſcopi proditio.

Al. Epicerucis. al. Ceruelijs, & uxori, Don Alous de Daulos, Delphorū Ducis, Trudeludæ.

† Turditani.

* Ceruelius

† Ceruelio.

† Daulos.

Trudeludis Hiſpani uidua uictorē placat.

liquerit nō paucis mulieribus, dum eas ad concubitum dæmoniacis quibuſdam incantationibus pelliceret. Mulieris autem maritus antea morbo implicitus expirauerat.

Delues Hiſpanus.

Hic ortus erat de genere Taraconenſium regum. Qui cum ueniſſet ex Italia in Peloponneſum, obtinuit Atticam, & Bœotiam ſimul cum Peloponneſo. Nactus eſt & Phocidem, Patraſq; urbem extra Thermopylas ſitam. Reges iſti, interiecto tandem tempore nō paruo, principatum amiſerunt. Quidam eorum reuerſi ſunt in Italiam: nonnulliq; ibi manſerunt, donec mortui ſunt.

* Don Alous de Daulos.

Ex horum genere natus eſt *Delues ille Delphorum princeps, cui uxorem & filiam auferens Paiazites Amuratis filius, domum reuerſus eſt. Tandem & in Peloponneſum irruit. Verùm Spartanorum regionis dux, ut in Theſſaliam irrupit, urbéſque communiuit, qua ſibi uidebantur tutiſsimæ fore, noctu fugiens profectus eſt in Peloponneſum, fortiter propulſaturus hoſtem, ſi accederet. Proinde non parum ei curæ fuit, exercitus Peloponneſo admouere.

Sigiſmundus Imp. Rom.

Interim autem nunciatum eſt Paiaziti, Pannones, duce Sigiſmundo Romanorum Cæſare & Imperatore, & Gallos, Germanóſque non paucos in unum collectos, bellum ipſi inferre decreuiſſe: iam'que Iſtrum tranſire parare, allectis & Dacis, hominum genere non ignobili, qui uiæ ſint duces, exercitumq; ducant in hoſtilem regionem. Sigiſmundus ille, qui copias aduerſus Paiazitem ductauit, primò Germanorum fuit Imperator, & plerunque moratus eſt

† forte Budæ. Znoymæ.

† Viennæ, imperitans ibi Germanorum regioni haudquaquam malæ. Poſtea allectis Pannonibus, horum rex, Germanorúmque regionis dux creatus eſt.

* forſ. ab Alpibus.
† fort. Rhenus.
Germaniæ deſcriptio.

Germania incipit à * monte Pyrenæo, inde † Karteſus fluuius fluit in Oceanum, uerſus Occidentem. Et Germaniæ pars, qua itur uerſus Coloniam, & Argentinam, urbes ſic dictas, ſuperior Germania nuncupatur. Hinc pertingit ad Oceanum Gallicum, uerſus dextram: at uerſus ſiniſtram, patet † Pyridaſtiam uſque ad Britannicas inſulas.

† Phryſiam

Dicitur quoque Germania ea regio, quæ ab Iſtro procurrit, procedens à Vienna uſque ad Karteſum flumen, & ad Pragam Boemorum. Longitudo à Vienna Oceanum uſq;, tantum ſpacij complectitur, quantum uir agilis itinere uigintiquinque dierum conficere poteſt. Latitudo eſt maior, etiam ſi quis ingrediatur iter breuiſsimum à Gallia Celtica uerſus Daſtiam regionem. Iſta natio gubernatur melioribus legibus, quàm nulla earum uel regionum uel gentium, quæ reſpiciunt uel Septentrionem, uel Occidentem. Diſcreta eſt in urbes præclaras, & florentes, quæ proprijs legibus & quàm proximè ad æquitatem accedentib. reguntur. Diuiditur & in principatus, ſubiecta'que eſt ſacerdotibus & epiſcopis adhęrentibus Romano Pontifici. Vrbes quàm maximè ad æquitatem conſtitutæ in ſuperiore & inferiore Germania, ſunt Noreberga, urbs opulenta: Argentina & † Ampergū, quæ reguntur ab Epiſcopis: Coloniáque, à Vienna in inferiorem Germaniam recedens.

forte Háſburgū, uel Bamberga.

Sunt & aliæ urbes non paucę, propemodum ducentæ, quæ in paucis quibuſdam à prædictis differunt. In tres principatus quis diuidere poſſet uniuerſos totius Germaniæ ducatus, uidelicet * Atziliæ urbes, & Auſtriæ, & † Blenæ, quæ in ſuperiore Germania ſita eſt.

* Auguſtæ Acilæ, id eſt Straubinge, pro Auguſta Vindelica: quam tamē autor uidetur pro Sueuia poſuiſſe. Alij Aquileiam ponūt: ſed quomodo, non uideo.
† al. Bauariæ.
Germania laus.

Genus hoc hominum magnum eſt, longè latéque per uniuerſum orbem imperat, magnitudinéque, ſecundum poſt Scythas Nomades habetur. Itaque ſi concordiæ ſtudioſi eſſent, & ſub uno degerent Principe, planè eſſent inuicti, mortaliúmque fortiſsimi. Sunt, quantum ad corpora attinet, perquàm ſani, ut qui ſub Septentrionali ætatem agant plaga, & circa mediterraneum iſthic mare, nullius rei indigentes. Nec eſt gens, quod ſciam, quæ melioribus regatur legibus. Nec ibi ſæuit peſtis, quæ ex corrupto naſcitur aere, maximéque infeſtat Orientales, plurimóſque ibi habitantes perdit. Neque alij morbi, qui æſtiuo Autumnali'que tempore reliquis mortalibus graues ſunt, Germaniæ incolas lædunt. Terræmotus rari memoratu digni eam regionem quatiunt. Pluuia præ cæteris regionibus æſtiuo tempore in iſta regione uberrima conſpicitur. Victu moribuſq; Romanos imitantur: nec cætera quicquam ab his differunt. Nec eſt ulla gens, quæ ſuperſtitioſius Romanorum religionem colat, maximè quà Occidenti propinqua eſt. Monomachia apud eos uel maximè celebris eſt. Congrediuntur autem non equis inſidentes, uerùm terræ inſiſtentes. Nec facilè inuenias gentem ad machinas reliqua'que opera bellica magis idoneam. In artibus omnibus prærogatiua maxima gaudent. Quidam credunt, tormenta bellica, & bombardarios ab iſta gente initiò demonſtratos, & hinc totum peruaſiſſe orbem, ut paucæ gentes bombardis nunc careant. Reliquorum fructuum, præterquàm olei, & ficuum, regio iſta feraciſsima perhibetur.

De Vngaria non ſatis cōperta.

Pannonia (quæ & Vngaria) incipit à Vienna Germanorum oppido, & uerſus Orientem, ſecundum Iſtrum procedens, attingit Dacos & Tryballos. Verſus Septentrionem excurrit ad Boemos, quos * Cephios nuncupant. Habet Pannonia & Principes: uerùm ſinguli patrias regunt regiones, ſubiecti tamen regi ſuo certis quibuſdam legibus & conditionibus.

* Tzechios

Regem de ſuo corpore admodum raro conſtituunt: uerùm plerunque accerſitur ex Boemorum regia familia, aut petitur à Ger-

Germanis, aut Polonis, aut ab alijs gentibus finitimis. Romanos moribus armorúmque cultu referunt: cæterùm ſequuntur uictus rationem intemperantiorem, quemadmodum Germani & Galli. Religionem ſectantur Romanorum.

Pannonum mores.

Hoc hominum genus eximiæ fortitudinis eſt: mirúmque dictu, quanta audacia & animoſitate bella gerant. Creant de ſua gente quendam de numero principum, qui reliquorum primus in regiam aſcẽderit: eúmque † œconomum ſiue procuratorem, aut adminiſtratorem, nec principem, nominant.

† gubernatorem.

Lingua utuntur quaſi peculiari, quæ nihil commercij cum lingua Germanorum & Boemorum * Romanorúmque habere deprehenditur.

** fortè Polonorum.*

Quidam tradunt, eos antiquitùs Getas extitiſſe: ſedéſque habuiſſe, quas inſederint, ſub monte Hæmo. Tandémque pulſos à Scythis, conceſsiſſe in eam regionem quam nunc tenent. Quidam putant eos quondam Dacos fuiſſe. Ego autem, quænam ipſorum origo ſit, dicere non poſſum. Præterea cum ſibi dederint iſtud nomen, ut Pannones uocentur, ſic'que appellentur ab Italis, non decorum fore ratus ſum, ſi aliud ijs impoſuero nomẽ. Regia eorũ eſt Buda, urbs florentiſsima, Iſtro adiacens. Sigiſmundum autem Germanorum Imperatorem agentem † Viennæ uocantes Pannones, declarauerunt regem: eíque tradiderunt regnum uniuerſum, & quæ ad regni curam pertinent, ut omnia ſic ordinaret, quemadmodum putaret ea fore commodiſsima.

Buda. De Sigiſmũdo Imp. non ſatis rectè. † Znoymę.

Hic, ut primùm regium honorem inijt, legatos miſit ad Romanum pontificem, iam antè ſibi familiarem, & neceſsitudine deuinctum, rogans ut ſuum conſenſum præſtaret, quo Romanorum declararetur Imperator. Imperatoriam dignitatem Romani pontifices primò contribuêre Galliarum regibus, propter hoſtes ex Libya in Iberiam tranſuectos fortiter cæſos, & ob Iberiam à barbaricis incurſionibus liberatam. Poſtmodum eligendi Romanum Imperatorem poteſtas tranſlata eſt à pontifice ad Germanos.

Imp. eligẽdi ius ad Germanos tranſlatum.

Sigiſmundus, cum eam dignitatem ſe daturum reſpondiſſet Pontifex, accerſitus & uocatus eſt à Pontifice, ut imperatoriam dignitatem acciperet. Sigiſmundus Romam proficiſcens, iter faciebat per Venetorum regionem. Hi, ut primùm nunciatum eſt Sigiſmundum per ipſorum regionem tranſitum facere, miſerunt nuncium, qui moneret ut ipſorum regione excederet. Hic nuncio Venetorum parẽre neglexit, niſi cerneret eos reipſa tranſitum prohibituros. Veneti igitur congregato exercitu, uim facere parabant Sigiſmundo, niſi confeſtim ſua diſceſsiſſet regione. Vt cognouit Venetos id moliri, copias in aciem eduxit, & cum Venetorum exercitu prælium commiſit. Amiſit autem in eo prælio non modicam exercitus partem: ipſe'que in fugam compulſus, ægrè, quo minus caperetur, fuga euaſit. Cum iam planiſsimè deſperaret ſe poſſe per Venetorum regionem adire Romam, iter flectit in ſuperiorem Germaniam, peruenit'que ad Liguriæ ſiue Mediolani principem. Hinc iter Romam inſtituit: quò quum ueniſſet, Imperator à Pontifice maximo conſalutatus eſt.

Sigiſmundi coronatio.

Poſtea rogauit Pontificem maximum auxilium, quo adiutus, expeditionem contra barbaros ſuſceptam conficere poſſet. Flagitabat autem pecuniam, uiróſque. Pontifex legatione miſſa ad Gallorum regem, Burgundiæque Ducem, effecit ut ſibi darentur octo millia militum: belli autem ducem, accepit Burgundiæ Ducis fratrem.

Burgundiæ dux Sacri belli Imp.

Sigiſmundus quoque ſe ad bellum parabat, conſcribens exercitum ex Germanis, quoſcunque potuit mercede conducens. Cum iam ad bellum ſatis foret inſtructus, aſſumptisq; Pannonibus & Dacis, (qui & Valachi) qui itinera monſtrarent, rectáque per Iſtrum contra Paiazitem copias duxit. Legatos quoque miſit, conſulente id Pontifice maximo, ad Hiſpanorum Italorúmque Principes, petens ad iſtam expeditionem milites, & pecuniam. Pontifex quoque milites miſit, & pecuniam ſuppeditauit. Paiazites, quamprimùm didicit Sigiſmundum Romanorum Imperatorem magnis copijs ſtipatum, aduerſum ſe pergere, accepto Europæ Aſiæ'que exercitu, ſumma celeritate obuiam profectus eſt hoſti uſque ad Iſtrum: caſtráque communiuit ab Iſtro ſtadijs quaſi quadraginta. Galli autem, ut ſunt audaces, plerunque uerò imprudentes, cum cuperent uictoriam ſuam facere, arma capiunt, barbaróſque aggrediuntur, quaſi eos primo impetu domituri.

Burgundionum temeritas.

Tandem cum prælium utrinque maxima uirtute ferueret, Galli fugam ineunt: incitatiſsimóque curſu cum agerentur ad ſuos, inſequentibus Turcis, & Sigiſmundi militibus admixtis, atrox prelium coortum eſt. Cum acriter inſtarent Turci, etiam Pannones & Germani fugæ Gallorum ſe ſociant. Feſtinantibus autem ijs Iſtrum tranſire, maxima pars exercitus flumine abſumpta eſt.

Chriſtianorum clades. 1395.

Facta eſt cædes magna Gallorum & Pannonum pereuntium. Dux Burgundionum, qui totius belli Imperator electus erat, ab hoſtibus captus eſt: capti ſunt & alij Pannones, Gallique plurimi. At Sigiſmundus in maximum uitæ diſcrimen adductus, uix'que hoſtis manus, quo minus caperetur, effugiens, triremem, quę in flumine erat, conſcendit, Byzantiumq; ad Grecorum regem nauigauit. Cum plurima cum iſto rege diſſeruiſſet, & quæ uolebat expediuiſſet, domum reuerſus eſt. Paiazites, Amuratis filius, Gallis Pannonibuſq; fuſis atque fugatis, regionem eorum

iam maiore ſecuritate populabatur. Quinetiam contra hos exercitus ductabat, mancipiaq́ plurima capiebat. Proficiſcens autem hoſtili animo contra Budam, Pannonum regni ſedem, podagra laborauit: nec tamen admodum eo morbo afflictus eſt. Haud tamen aſſequi queo, quid ei impedimento fore potuiſſet, cum feſtinaret aduerſus Budam, quo minus eam urbem ſuæ ditionis faceret, regionemq́ uniuerſam ſubijceret. Verùm peropportunè podagra tum laborans, reuerſus eſt domum: etiam copias in ſuam regionem abduxit. Poſtea miſsis exercitibus, Pannoniam & Pannodaciam uaſtabat. Tempore autem aliquantulo interpoſito, bellum Myrxæ (noſtri Marcum uocant) Daciæ duci intulit: crimini ei dans, quòd prior adiungens ſe Pannonibus, cōtra ſe bellum geſſerit. Dacorum (ſiue Valachorum, in quibus & Moldaui) gens bello præſtantiſsima eſt, nec tamen admodum bonis gubernatur legibus. Vicos plerunque incolunt, ſequentes paſcua. Extenditur horum regio † ab Pannonum Ardelio, à Pannonū Dacia (quę & Tranſſyluania) initium ſumēs, uſque ad Pontum Euxinum. A' dextra, quà uergit ad mare, Iſtro fluuio alluitur: à ſiniſtra regionem Bogdaniam appellatam habet. Diſtinguit ipſorum regionem mons longè ſe porrigens, cui Praſobo (qui olim Hęmus) nomen incolæ dixerunt. Huic regioni adiacent quidam, de Scytharum genere non pauci, qui opibus plurimum poſſunt, ſubiecti Cazemiro Polonorum regi. Iſtum regē comitantur Scythæ Nomades, quocunq́ bellum uerterit. Virtus autem eius in omni bello præclarą habita eſt. Iis finitimi ſunt, qua ſe in Septentrionem pandunt, Poloni: qua uerò reſpicit Orientem, Sarmatæ. Dacorum lingua ſimilis eſt Italorum linguæ: adeò tamen corrupta & differens, ut difficulter Itali queant intelligere, quæ iſtorum uerbis pronunciantur. Vnde autem lingua moribus'que Romanis uſi, in iſtam regionem acceſſerint, ibi'que ſedes fixerint, à nullo mortalium accepi: nec aliquem audiui, qui iſta liquidò commemoraret. Dicuntur tamen homines undique confluentes in iſtam regionem penetraſſe: haud interim extāte aliquo memorabili iſtius gentis exemplo, quod operæprecium ſit ut præſenti hiſtorię intexatur. Nihil differunt ab Italis cætera etiam uictus ratione, armorúmque & ſupellectilis apparatu etiamnum eodem utentes. Quamuis ea gens in duos diſcreta ſit principatus, in Bogdianam uidelicet (quæ & Moldauia) & Iſtriam regionem: haud tamen æquo inter ſe iure uiuunt. Conſueuerunt non ſemper eoſdem habere duces: uerùm prout ipſis uidetur commodum, principes mutant, nunc hunc nūc illum ſibi principem ordinantes. Myrxam iſtum, qui auito iſtorum ducum genere erat ortus, accitum ſibi ducē conſtituerunt, occiſo † Dano, qui antea rerū potiebatur. Myrxas hic concumbens ſæpius cum pellice, filios ſpurios ex ea tulit non paucos in Dacia. Hinc mortuo Myrxa, naſcebantur frequenter alij Dacorum duces, qui uſque ad hoc tempus in regno durarunt. Cōtra iſtum Myrxam Paiazites, crimini dans quòd prior incipiens bellum, ſocia arma iūxiſſet Sigiſmundo Romanorum Imperatori, cum exercitu profectus eſt. Traiecto Iſtro porrò progreſſus, prædam mancipiorū multam ex iſta regione rapiebat. Myrxas collecta manu non modica ſuorum, quomodo obuiam procedere hoſti, prælijq́ poteſtatem facere poſſet, nullo modo conſultabat. Vxores & liberos deponens in montem Praſobum, ſequebatur Paiazitis exercitum, per glandiferas iſtius regionis ſyluas: quæ cum plurimæ ibi ſint, regionem ambiunt, adeò ut eam difficilem acceſſu hoſtibus præſtent, captuq́ haud facilem. Myrxas ſequens Paiazitis exercitum, inſignia uirtutis opera faciebat, impigrè cum hoſtibus manus conferens, ſicubi auulſi erant ab reliquo exercitu, aut ſicubi frumentatum aut ad prædas pecoris agendas ſe conuertiſſent. Et in hunc modum ſequēs hoſtilem exercitum, magna audacia fretus, ex aperto cum hoſte conflixit. Aiunt, Myrxam tranſeunti exercitui grauiter inſtitiſſe: cumq́ foret in loco admodum difficili, hoſtilis exercitus eum adortus eſt: nec ceſſauit hoſtem fortiter mactare. Ibi Brenezes regius miniſter, cum bonum dediſſet conſilium, uidelicet ut caſtra eo loci communirent, mali liberationem inuenerunt. Ex hoc tempore longè gratiſsimus fuit regi Brenezes: electusq́ ab eo dux, tandem maximam nactus eſt potentiam. Paiazites, ſicuti conſuluerat Brenezes, eo loci caſtra metatus eſt, & quiete per eum diem exercitum recreauit. Poſtero autem die exercitum quàm potuit tutiſsimè tranſmiſſo Iſtro, in ſuam regionem reduxit. In hunc modum exercitus, quem contra Dacos duxerat, domum reuerſus eſt. His peractis, bellum mouit contra Byzantium, urbemq́ tali de cauſſa obſidione cinxit. Græcorum reges conceſſerant in poteſtatem Paiazitis: proinde in Ianuis degebant quotannis militantes ſub Paiazite, quocunque uim belli uertiſſet. Paiazites, cum quondam foret Pherris Macedoniæ, ibique moras traheret, Græcorum rex, Spartæ dux, Conſtantinus † Nazarci filius, Stephanúſque Eleazari filius, profecti ſunt in Ianuas. Ibi tum ad regem Paiazitem uenit Mamonas ab Peloponneſo, qui quondam imperio rexerat † Epidamnum: accuſabátque Græcorum regis fratrem, ut qui ſibi Epidamnum eripuiſſet,

Myrxa, ſiue Marcus, ſeu Merchē Valachorū dux

† à monte Orbalo ac Peucinis initium ſumens.

Poloni. Caſimirus rex.

Sarmatæ.

Valachi Roman. coloni.

Bogdiana.

† Daas Boſinio.

Myrxæ contra Turc. uictoria.

Græci Imp. Turcis militant.

† Zarci.

† Epidaurū

eripuiſſet, & iniurijs plurimis ſe obruiſſet. Paiazites indignatione inflammabatur contra Græcorum regem. Indignationem hanc regis augebat inſtigando Ioannes Andronici regis filius, qui præſtò erat, & uictum apud Paiazitem habebat. Ferunt, quòd rex conatus ſit eum interficere, cum colloqueretur ſecum. Verùm cunctatus eſt. Nec tamen multo pòſt illum interemit Halies Charatinis filius, qui ei admodum familiaris erat, multisque opibus ab eo donatus. Conuenientes igitur in unum duces illi, cum ea tempeſtate in Ianuis agerent, conſilium inibant non amplius redeundi in Ianuas. Conſtantinus Zarci filius, Dragaſis'que frater, ſcientia militari facilè omnes excellebat, nec ulli prudentia credebatur tum temporis ſecundus. Is bello adortus Albanos & Tryballos hoſtes, in ditionem accepit regionem haud pœnitendam. Quo mortuo, Conſtantinus frater regionem obtinuit, Ianuasq; frequentare coactus eſt. Hic promittit Græcorum regi filiam ſe deſpōſurum, ſi rata manſerint ea quæ ſuper defectione conuenerint. Duxerat iſte Emanuel iam antè regis Colchorum (qui & Trapezuntis Imperator) filiam uiduam, quæ fuerat Zetinis Turcorum cuiuſdam ducis uxor, forma ſupra modũ uenuſta. Quam cum Byzantiũ à Colchide adduxiſſet, uidens eam pater forma præditam excellenti, necnon alijs excellere quę in muliere dicuntur bona, nõ dubitauit eam auferre filio, ſibiq; connubio iungere. Erat autem is adeò adflictus podagra, ut ne quidem erectus ſtare potuerit. Ferunt hunc inſanientem amore muliebri, plurima indecora commiſiſſe: delectatumq; pſalterijs, harumq; conſuetudine delinitum, curam decenter adminiſtrandi regni negligenter omiſiſſe. Poſtquam nuptiæ, ut conuenerat, interceſsiſſent, duces ad defectionem adſpirant, cum ſinguli, quantum poſſent, ad ſuam regionem dilaberentur. Rex Græcorum fugiens Turcorum regem, quarto die à Pherris Byzantium (ut perhibent) peruenit. Theodorus huius frater uenit in Peloponneſum. Reliqui quoque, impetrato à rege cõmeatu, ad ſua redierunt. Appetente deinde æſtate, Byzantij rex cũ ſe nõ conferret in Ianuas, nũciareturq; Paiaziti, ipſum nunquã deinceps in Ianuas affuturum, decreuit mittere Byzantium Haliem Charatinis filium, cui plurimũ fidebat. Huic præcepit, ut iuberet Græcorum regem uenire in Ianuas: ſi renueret, renuenti illicò bellũ indiceret. Halies autem, cum appuliſſet Byzantium, publicè quæ habebat mandata, regi exponit: priuatim uerò regi conſuluit in colloquium admiſſus, ne Ianuas adiret. Emanuel reſpondit, ſe imperata promptiſsimè facturum. ſibi uitam non amplius ſuauem fore, dicere, ſi offendiſſet regem: ſe breui in Ianuas, iuxta præceptum regis, aduenturum.

Fœdus contra Turc.

Pater Græcus Imp. filio uxorem eripit.

Hali legatus ad Imp.

Deinde abeunte Halie, cum iam conſtaret, eum nequaquam reuerſurum in Ianuas, arma aduerſus eum arripuit, Byzantiumq; oppugnauit. Cum eò cum exercitu pergeret, terram eorum ſingulasq; regiones grauiſsima uaſtitate afflixit: ſuburbanaq; omnia diripuit. Vrbis oppugnatio cum parum ſuccederet, reuerſus eſt domum: ſingulisq; annis mittebat exercitus, peragebatq; longam illam obſidionẽ, quæ decennio durauit. Hæc obſidio plurimum damni Byzantijs inuexit. plurimi namque fame necati ſunt, plurimi quoque deſciuerunt ad barbarum. Syllebria in poteſtatem Paiazitis uenit. Huius moderator erat Ioannes Andronici filius, qui fugiens Byzantio, ne incideret in patrui iras Byzantium regentis, cum fuga neutiquam ſibi conſulere poſſet, ſemetipſum patruo tradidit, ut eo ad ſuum uteretur arbitrium. Patruus eum miſit in Italiam: ubi cum imperata exequutus eſſet, legatus ire iuſſus eſt ad † Ianuenſes, auxilium oraturus: quibus tamẽ occultè nuncium miſerat, ut Ioannem aduenientem in uincula conijcerent, nec quóquam eum abire paterentur. Hic tandem interiecto tempore, cum diu in carcere latuiſſet, erupit: carcereque liberatus, relicta Italia, contendit ad regem Paiazitem, ea tempeſtate Byzantium oppugnantem: à quo amicè ſuſceptus eſt, & exercitu armato, Sylebriam pactionibus in ditionem accepit, Ioannem'que eidem rectorem dedit. Reuerſus Byzantium, cum eam urbem ui expugnare non poſſet, fame eos debellandos eſſe ſtatuit. Vrbem eam certè cœpiſſet, niſi † Temires nunciatus eſſet magna manu aduerſus ipſum aduentare. Quod quidem eo tempore accidit, quando à Temire Paiazites captus, pleraque Aſiani imperij amiſit. Paiazites cum nihilominus à Byzantij oppugnatione ceſſaret, ſciretq; Græcorum rex ſuas copias in arctum coactas, nec poſſet inuenire huic urgenti malo remedium, Byzantium patrueli ſuo Andronici filio Ioanni commiſit. Nam Ioanni huic grauiter iratus erat Paiazites, quaſi ipſe in cauſſa eſſet, quo minus Byzantium in ditionem ueniret. laborans igitur ſiniſtra apud regem Paiazitem ſuſpicione, ne eius iram experiretur, fuga ſe Byzantium recepit. Huius aduentus patruo Byzantij regi perquàm gratus extitit, qui urbem patruelis fidei commendans, nauigauit in Italiam, petiturus auxilium contra longam illam obſidionem, ne uidelicet urbem iſtam inſignem pereuntem negligeret. Cum ueniſſet in Peloponneſum, uxorem ſuam depoſuit apud fratrem: ipſe'que conſcenſa naui iter in Italiã maturauit. Cũ adijſſet Venetos, iisq; quę uellet explanaſſet, iter ad Ligurię principẽ Mediolaniq; ducẽ inſtituit: à quo comiter exceptus, pecunia, equis, uiæq; ductoribus oblatis, miſſus eſt ad Galliarum

Conſtantinopolis à Turc. obſeſſa.

Selymbria.

† Genuenſes.

† Tamerlanes.

Imp. in Italiam profectio.

Digitized by Google

liarum regẽ. Cum proceſsiſſet in cõſpectum Gallorum regis, rogauit, ne Byzantium urbem, Græcorum regiam, genere Galliarum regibus iunctam, in ſummum diſcrimen deductam, deſpiceret. Regem autem Gallorũ inuenit furioſum, & diligenti cuſtodia ab optimatibus aſſeruatum, donec morbus curaretur, rexq́ ſanitatem reciperet: longo igitur tempore ibi hæſit. Gens Gallorum eſt admodum antiqua, opulentaq́. Proinde cum nimium ſibi tribuat, eo quòd ſuperet reliquas Occidentis gentes, etiam Romani Imperij moderamen ſibi uendicant. Horum regionis terminus Orientalis, eſt Ligurum regio: meridionalis, Hiſpania: ſepentrionalis, Germania: uerſus Occidentem, Oceano Britannicisq́ clauditur inſulis. Longitudo eius colligitur ab Alpibus quæ ſunt extra Italiam, uſq́ ad Oceanum & Germanos, itinere maximè decem & ſeptem dierum, ab Italia uſq́ ad Oceanum: ab Hiſpania uſq́ in Germaniã ſe extendit itinere maximè decem & nouem dierum. Lutetia, ubi regni ſedes, diuitijs opibusq́, & reliqua felicitate excellit. Sunt quoque in iſta regione urbes nõ paucæ regi ſubiectæ, quæ ꝓprijs regũtur legib. Ducatus & duces iſtius regionis ſunt ditiſsimi & opulentiſsimi, qui regi parent ſemper in Aulam eius accedentes. Horum de grege eſt & Burgundiæ Dux, imperitans regioni magnæ, nec nõ urbibus plurimis: inter quas etiam recẽſetur Brugenſium urbs, & † Cloziorum maritimorum: nec non * Gantyna, urbs magna, & florens opibus. Eſt autem Brugenſium urbs maritima, Oceano adiacens eregione Angliæ, inſulæ ſic appellatæ: ad quam & naues à noſtro mari, & ab urbibus in Oceanum uergentibus, ab Germania, Hiſpania, Anglia, Daciaq́, & à reliquis regionibus appellunt. Flãdria iſti regioni nomen eſt. Extant autẽ Burgundiæ Ducum egregia facinora, edita aduerſus Galliam, Galliæq́ regem, præterea aduerſus Anglos. Poſtea Dux continentis Britannicæ finitimus eſt, prodiens ex ea terra quæ pertinet ad regionẽ regis. Vltra hos cõterminus eſt Dux (*Deeſt aliquid*) His regionibus adnexa eſt Sabaudia, regio ampliſsima, & pulcherrima, ad Liguriam uſq́ excurrens. Quantum autem ſpectat ad maritimam Galliæ regionem, in hunc modum mihi ad præſentem hiſtoriam adhibita ſit. At Ianua, quæ eſt quaſi porta Galliæ, amplectitur regionem quæ uerſus prouinciam uergit, quã imperij habenis temperat Rogerius rex, ortus ex inclyta Galliæ regum proſapia. Nicia metropolis eſt prouinciæ. Hinc ſequuntur & aliæ urbes, inter quas cõmemoratur † Tabiniorum urbs, quæ pontem habet maximũ eorũ qui in orbe ſunt, qua patet aditus ad Barcenonem regionem. In hunc modum, quantum breuiter potui, deſcripta ſit Gallia. Vetuſtate dicunt gentem hanc plurimùm excellere, præterea ſæpius magna cum gloria fudiſſe barbaros ex Libya profectos, præſertim eo tempore quo Gallorum reges & Cęſares imperijq́ Romani reges eligebantur. Carolum autem ferunt prę reliquis regibus ſtrenuè rem geſſiſſe aduerſus Pœnos (qui & Saraceni:) cui auxilio uenere, Orlandus, uir eximia fortitudine, ſciẽtiaq́ militari illuſtris: & Rhinaldus, Oliberiusq́, nec non alij Duces Palatini nuncupati. Qui ubiq́, cùm in Gallia, tum in Hiberia fugantes hoſtes, plurimas inſignes nacti ſunt uictorias. Eorum gloria adhuc hodie laudib. apud Italos, Gallos, Hiſpanosq́ celebratur. Pœni enim eà traijcientes, ubi Herculis columnę uiſuntur, incurſionem fecerunt in Iberiã, quam ſumma celeritate occuparunt. Hinc Nauarrã capientes, Portugalliæq́ regionem, quà patet uſq́ ad Taraconem, & quæ ad hanc pertinent ſubigentes, deuenerunt & in Galliam. Carolus cum ſuis obuiam his egreſſus, egregia facinora patrauit. Nam Carolus, principesq́ quos ſuprà nominauimus, expulerunt eos Celtiberorum & Gallorum regione. Qui fugientes, receperunt ſe in Granatam urbem munitiſsimam, ſitam in monte qui in Oceanum ſe proijcit. Ab iſto portu paululum progreſsi, Hiſpaniam bello adorti ſunt: multamq́ nacti regionem, ibi habitarunt. At Carolus principesq́ ſui hoſtiliter eos perſequuti ſunt. Regionem autem bello partam genere propinquis dederunt, Iberiam uidelicet, Nauarram, & Taraconẽ. Propinquos à barbaris obſeſſos obſidione liberarunt. Tandem regionem inter ſeſe diſtribuentes, ſinguli partem ad ſe pertinentem acceperunt. Qui cum in hunc modum bellum confeciſſent, ab omnibus etiam hodie canũtur, ut qui fuerint uiri ſpectatæ uirtutis. † Hormindus dux ſiti debellatus occubuit. * Rhimæus ſuccedens in bellum cœptum, tandem id Hiſpaniæ regibus reliquit. Qui ſuſcepto bello, etiamnum res Pœnorum agere & ferre putantur. Gens iſta Libyca linguam Arabicã in uſu habet: moribus & religione imitantur Mechmetem. ueſtitu utuntur partim barbarico, partim Hiſpanico. Galli rebus præclarè longè lateq́ geſtis ſuperbientes, ſe nobilitate & claritate reliquas Occidentis gentes longè antecedere putant. Victus horum paulo quàm Italorum delicatior, in ſupellectili nullam inuenias differentiam. Lingua Gallorum differt à lingua Italorum: nec tamen adeò ab ea recedit, ut eam aliam ab Italorum lingua dixeris. Primas ſemper ferre uolunt, quaſcunq́ Occidentis acceſſerint gentes. Verùm aliquantulum de iſta inſcitia remiſerunt, poſtquam Angli, genus hominum Britanniam incolens, illam gentem debellauerunt, regionẽq́ & ipſos ſuæ ditioni iunxerunt. Cum eos regno ſpoliaſſent, exercitum Lutetiã adduxerunt, eamq́ urbem obſidione circumdedere.

Diſcordia

Marginal notes:

Galliæ deſcriptio.

Lutetia.

Burgundiæ dux, Comes Flandriæ.

† Seluſorũ.

* Gaudauum.

Flandria.

Sabaudia.

Genua.

Nicea.

† Aueniorum.

Carolus M. contra Saracenos.

Orlandus ſiue Rolandus & Renaldus, Oliuerius, Palatini.

Saraceni in Hiſpaniam.

† Orlãdus.

* Rinaldus.

Digitized by Google

† Intelligit Cales, ſiue Calletum.

Cales occaſio belli inter Anglos & Gallos.

Diſcordia aũt inter Gallos Angloſq; exorta, huiuſmodi principiũ habuit. Vrbs eſt, † Calẽdam nomine uocãt, ſita in maritima Celticæ Galliæ regione, iuxta Oceanũ. Claritate non admodũ celebris habet: uerùm locus ubi ędificata eſt, natura cenſet munitiſsimus. Cõmodiſſimè hinc ex Gallia in Britanniã nauigat. Tanta quoq; portus cõmoditas eſt, ut præbeat uiã facilẽ irruendi in Galliã. Rex Britannorum proditionem paciſcens cum oppidanis, iſtam urbem per inſidias in poteſtatem accepit: captam ſuo imperio rexit. Gallorũ regi oranti ut ſibi reſtituatur ea urbs, reſpondit: Nunc nõ eſſe ſibi in animo ut reddat urbem. Præſidio quoq; eam firmarunt Angli, traijcientes eò ab inſula. At ubi Gallus copias urbi admouit, eam longo tempore obſidione preſsit. Poſtea cum oppugnatio parum procederet, exercitum reduxit domum. Tranſeuntes itaque Britanni cum ſuo rege, denuò Gallorum regionem populabantur: & adcurrentes cum Gallorũ manu non modica, præliũ commiſere ac maximam horum partem penitùs deleuerunt. In hunc modum iſta clades accepta eſt. Angli cum ad regiõis prædam eſſent cõuerſi, quicquid rapuiſſent, portabant retrò, ut in ſua ea deportarẽt. Galli, ubi deprehendiſſent eos in hunc modum agere, inſequi ſtatuère. Priuſquam tamen in conſpectum hoſtium ueniſſent, Angli Calẽdam in locum munitiſsimum ſeſe receperunt. Verùm Galli deinceps cinxerunt eos ſuis copijs, conſtitutos in colle quodam. Angli in ancipiti uerſantes diſcrimine, & quò ſe uerterent neſcij, dicere ſub- -t Celtis, ſe prædam reddituros, armaq; trac- -tros, ſi incolumes in ſuam regionem redire permittantur. Galli reſponderunt, ſe non prius eos dimiſſuros, quàm pœnas iniuriarum uaſtatæq; regionis dederint. Hinc ſentientes Britanni in extremo ſe uerſari periculo, manus conſerentes cum Gallis, pauci cum multis, uiros fortiſsimos ſe exhibuère. Hoſtes fugam inire compellunt: fugientes perſequuntur, plurimóſque eò loci trucidant. Verùm quidam docent, nequaquam fas eſſe Gallis fugere: proinde nec fuga ſibi conſuluiſſe, ſed fortiter prælìantes ibi occubuiſſe. Hinc exiſtimãt Galli, ſe fortitudine gloriæq; ſplendore anteire reliquas gentes. At Britanni cum uictoria eſſent potiti, minore iam cum metu arma mouere contra Gallorum urbes, quas obſederunt: paulatimq; progreſsi, tandem prælium fecerũt in campo Lypæ (mœroris) ſic dicto. Verùm cum eo die uictoriã non eſſent aſſequuti, caſtris poſitis quieuerunt. At die poſtero præliũ redintegrãtes, Gallos cõſtipatos & cõfertos, ſeparatos quoq;, ut quẽque nacti erãt, neci dãt. Hinc regionẽ Galliæ propemodũ uniuerſam ſubijcientes Britãni, ꝓfecti ſunt contra Lutetiã regni ſedẽ. Iam periculũ grauiſsimũ Gallis impendebat: ꝓinde

Bellum Anglogallicanum.

Cales captũ ab Anglis. 1347.

ad ſuperſtitiones, ut in huiuſcemodi fortunis fieri ſolet, cõuertunt. Erat mulier forma haud illiberali, quę dicebat ſibi cũ Deo eſſe colloquiũ. Hæc regebat Gallos, qui ipſam ſequebant. Mulier aũt cum foret militię dux, indicabat numinis indicio ſe ſcire, Britãnos cũ exercitu accedere. Cõmiſſa tandẽ pugna, cum uictoriã Angli nõ eſſent adepti, in caſtra ſe receperunt. Poſtero die freti uirtute mulieris, q̃ exercitũ ductabat, prælij poteſtatẽ faciũt. Eo in prælio hoſtes fugarũt, fugiẽtes perſequuti ſunt. Mulier illa in eo prelio deſiderata eſt. At Galli cũ recepiſſent animos, famãq; fortitudinis collegiſſent famã, fortiter cõtra Britãnos dimicãtes, urbes ſuas recuperarũt, regnumq; tutati ſunt. q̃uis plurimi & maximi exercitus à Britãnia in Galliã tranſirẽt, tamẽ Galli ſemper uictoriã pugnãtes inuenere. Hoſtes fugere coegerũt Caledã, tandemq; penitùs eos è Gallia pepulerũt. Britãnia & inſulæ tres ſunt e regione Flandrię, lõgè lateq; Oceanũ occupantes. Vna ſita eſt eò loci, ubi maris inundatio ſiue ęſtuariũ conſpicit. Reliquę tres ſunt, ubi aquę in gurgitẽ conuerſę reuertunt. Rectius qs dixerit, iſtas inſulas unã eſſe: qm̃ una exiſtẽs, & ad eandẽ ſeſe extendẽs, iiſdẽ legib. & morib. iiſdẽ gubernat: & uni ſubiecta magiſtratui, q̃ ſibi utilia ſunt, ꝓſpicit. Inſulę huius ambitus cõtinet quinq; maximè millia ſtadiorũ. Eam tenet gens populoſa & fortis. Habet urbes magnas, & opib. florẽtes, necnõ uicos q̃ plurimos. Rex eam gentẽ imperio tẽperat. Londras regni metropolis & ſedes habetur. Sunt in iſta regione principatus non pauci, q obtẽperant regi, nõ ſecus ac in Gallia fieri ſuprà memorauim'. Nec quiſquã rex facilè his principatũ eripuerit: nec etiã preter ſuas conſuetudines ſtatutaq; regi obſequi tenent. Ea inſula plurimas calamitates experta eſt, gerẽs inimicitias cũ multis principib. cũ rege quoque inimicitias ſuſcipiẽs, & inteſtinis ſeditionib. interdũ laborãs. Profert regio iſta uinum nullibi: nec etiã reliquorũ fructuũ admodum fertilis eſt. Frumẽti aũt & hordei & mellis, lanæq; plurima eſt affluẽtia, adeò ut his lõgè reliquis regionib. uberior ſit: plurimas itaq; ueſtes cõtexunt. Lingua utunt ꝑpemodũ peculiari, qua nec Germanos, nec Gallos, nec alios finitimos populos referũt. Quotidiano uitæ uſu, morib. quoq; & uictu nihil à Gallis differe pãt. parua ipſis uxorũ liberorũq; cura eſt. Itaque per uniuerſam inſulã hic mos ſeruat, quãdo qs amici domũ uocatus ingredit, ut primùm cũ amici uxore concũbat, ut deinde benignè hoſpitio excipiat. In peregrinationib. quoq; mutuis utunt uxorib. amici. Eadẽ cõſuetudo obſeruat in † Phrantalorũ regiõe ibi maritima, uſq; ad Germaniã. Nec ꝓbroſum ducunt, uxores & filias in hũc modũ impregnari. Metropolis eius inſulæ, uiris, opibus, potẽtia reliquas urbes antecedit: diuitijs quoque & reliqua felicitate oẽs urbes Occidentẽ ſpectan-

Anna, ſiue Ioãna Franca puella, quam uiuã eſſe combuſtam tradũt. 1431.

Britanniæ deſcriptio, mores, cœlũ.

Lundra, Lõdinum hodie.

Platonica reſpub.

Al. Vandalorum.

Digitized by Google

ſpectantes facilè ſuperat. Fortitudine & uirtute bellica ea gens melior finitimis, & alijs plurimis Occidentis populis cenſetur. Quantum ad armorum habitum attinet, ſcuta Italica, & gladios Græcos geſtant. Miſsilibus utuntur oblongis, adeò ut plerunque ea ſtantes in terram defigant. Flumen Themeſis nomine, iſtam urbem alluit, magnum & rapidū, quod in Gallicum mare effunditur ab urbe ſtadijs decem & ducentis: ibique reſtagnat adeò, ut facilè nauibus hinc ad urbem accedere liceat. Et ſanè aqua refluit ægrè in fluuium aſcendēs propter urbis obiectum, fluens per gurgitē, qui eſt in regione maritima Gegeutiæ. Vbi autem aqua in inſula ſe receperit in gurgitem, naues in ſicco deſtitui conſtat, expectantes donec inundatio aquarum ſolita redeat. Inundatio aquæ excreſcit, ubi plurimum, ad cubitos regios quindecim: ubi uerò minimum, ad undecim cubitorum menſurā augeſcit. Nocte igitur & die recedentes, poſteà remeāt aquæ, idq; bis in ſpacio XXIIII horarū. Luna cum fuerit in medio cœlo horizontis noſtri, & eius qui ſubter terram eſt, in contrarium motum aquæ diſcedunt. Verùm ut cauſſas huius reciprocationis inueſtigemus, in hunc modum nos inquiſitionem facere oportet. Lunæ ſidus à Deo ordinatum eſt, ut aquarum naturam adminiſtret. Hinc credimus, Lunæ naturam & temperaturam, quā initio à Deo magno rege accepit, non abhorrere ab aquarum natura. Nam cum ſuo motu ſe in altum recipiat, attrahit aquas ſub ſe exiſtentes, donec ad maximum ſui motus aſcenſum peruenerit. Deinde ipſa deſcendente, aquæ refluunt, non amplius quàm donec fuerit in deſcenſu, ipſam ſequentes. Vbi autē ad ima ſui curſus deſcenderit, & in altum iterum aſſurgere incœperit, aquæ redeuntes inundant. Verùm ſi acceſſerint uenti, accidit ut aquæ magis moueantur. Vndecunque tamen motus principium aquæ ſuſceperint, conſtat eas duplici motu moueri, imitantes huius uniuerſi cœli motum, qui partim naturalis, partim uiolentus cenſetur. Itaq; niſi in harmoniam anni à parte ſibi conſona motus iſte receſſerit, plurimæ & uariæ motus ſpecies exoriuntur. Et ſanè in primis ſuaue ſpeculationi, iucundumq; uiſui & auditui ſpectaculum fuerit, ſi in debitam menſuram quandam huius uniuerſi anima contracta fuerit, quaſi ſentiat ſuos motus, & inter ſe commiſceat, debitamq; harmoniam, quæ plurimum delectationis contineat, pulchrè conſtituat. Ab hoc motu duplici etiā anima noſtra motum duplicem accipit, & dupliciter corpora mouet, partim quidem ut creſcant, partim uerò ut decreſcāt. nam dum huius uniuerſi motum anima noſtra comitatur, neceſsitas exigit ut motus naturalis generationē & augmētum, uiolentus uerò corruptionem & interitum naturalium corporum gignat. Hæc

Acceſſus marini cauſa.

quidem, quantum attinet ad Oceanum, & ad duplicem eorum quæ animam habent, motum, quocunque tandem motu impellatur, dixiſſe ſufficiat. At humorē qui in noſtro eſt mari, nō neceſſe eſt iſto agitari motu: uerùm pro natura uentorum, & locorum, quibus opportunus eſt, motus ciere ſolet humor. Illa commemorauimus hactenus, quia ſpectare uiſa ſunt præcipuè ad Oceani reliquorumq; marium plerunq; motum. Nunc unde digreſſi ſumus, redeundum eſt. Rex Græcorū cum in Galliam ueniſſet, regem Gallorum phreneſi laborantem offendit: nec potuit à quoquam Galliæ ducum impetrare ea, propter quæ iter in Galliam intenderat. Quapropter conſulentibus id optimatibus, qui ibi erant, moras trahere ſtatuit, donec rex curaretur. Cum autem morbus in longum protraheretur, manere diutius nō fuit auſus: proinde tranſita Germania & Pannonia, domū rediJt. Paiazites ea tempeſtate oppugnationi urbis Byzantiæ intentus erat. Miſit quoq; in Peloponneſum exercitum, qui complectebatur quinq; myriades hominum. His præfecit Iagupem, eo tempore Europæ ducem. Ipſe autem incumbebat Byzantij oppugnationi, ut & id regnum ſibi ſubijceret. Iagupes, & Brenezes, qui tum clareſcere incipiebat, rebus fortiter geſtis, incurſionem fecere in Peloponneſum. Et quidē Brenezes, cum ſæpius Peloponneſum tentaſſet, tandem ad populationes animum conuertit, deuaſtans Peloponneſum, & alia Coronæ Methonæq; finitima loca. Iagupes Europæ dux cum exercitu accedens, Argos urbem oppugnare aggreſſus eſt: eamq; eo tempore obtinuit. At Theodorus Spartæ dux hanc urbem uendiderat, cum Græci iam deſperarent de Byzantij Peloponneſiq; ſalute, ipſorumq; res in grauiſsima pericula adductæ eſſent. Tunc igitur, cum Græcorum res in ancipiti hærerēt periculo, Argos urbem Nauplio Græcorum oppido finitimam uēdidit, haud magno precio. Spartam tamen, cum in colloquium ueniſſet cum Rhodi Nazarçis, ijs magna pecuniæ ui uendidit. Spartani cognito ſe traditos eſſe à ſuo duce, qui eo tempore aberat. Rhodi, admoniti à ſuo epiſcopo, qui id indicium fecerat, in comitium euocantur. Ibi multis ultrò citróque iactatis, coniurationē faciunt, & unanimiter conſpirant, ſe nulli Nazaræorum aditum ad ſe conceſſuros: immò quiduis potius mali ſubituros, quàm Latinorum Nazaræis parēre uelint. Quo res iſta maiore auctoritate gereretur, epiſcopum ducē creant. Venientib. Nazarçis edicunt, ut continuò ſuis finibus diſcederent: ſin minus, ſe eos pro hoſtibus habituros. Hi igitur, cum conatus omnes caderent irriti, abiere, quaſi profecturi ad ducem Theodorum. Theodorus ubi reſciuit rē longè aliter quàm agitaſſet animo, eueniſſe, legatos ad Spartanos miſit, tenta-

Conſtantinopolis obſeſſa.

Argos Venetis uendita.

Rhodij Nazarei dicti.

tentaturus eorum animos, ſi redeuntem denuò ſuſcipere uellent. Vt autem tentantis admiſerunt orationes, regreſſus eſt in urbem, fidem dans, interpoſita iuriſiurandi religione, ſe nihil huiuſmodi amplius in animũ inducturum. Ea tempeſtate Veneti præſidio arcem firmarunt, eamq́ obtinuere. Contra Argos urbem, ut eam oppugnaret, ſumma ui lagupes copias duxit: aggreſſusq́ murum ſæpius, nihil proficiebat. Nec multo pòſt cũ urbem duobus in locis ſimul adortus eſſet, eam capere ſumma ope nitebaẗ. Oppidanis autem, qui in ſiniſtra urbis parte reſiſtebant, panicus terror, ſpectro uiſo, inijcitur. Putabant enim ſe uidiſſe uirum quendam indigenam dicentem, urbem in dextra parte qua oppugnabatur, captam eſſe. Relicto itaq; loco iſto, citato agmine contenderunt ad dextrã urbis partem. Hinc hoſtes ſumptis animis muros ſuperarunt, urbemq́ illam gloria & uetuſtate præſtantem ui occupauere, penituſq́ diripuere. Inde collegerunt Turci mancipiorum tres myriades: quæ omnia in Aſiã deportarunt, ibiq́ habitare iuſſerunt. nec tamen potui inuenire, ut credam id uerum eſſe: nec præterea cognoſcere potui, quis locus, ut eum incolerent, ipſis in Aſia à rege Paiazite aſcriptus ſit. Iagupes direpta Argo urbe antiquiſsima, exercitum abduxit inde. Poſtea etiam Brenezes breui magnam potentiam nactus eſt, cum intraſſet infeſto agmine Peloponneſum, & maritimam Macedoniã, contra Albanos fortiter dimicans, nec amplius electus eſt dux regiæ domus: uerùm Turci eum ſequebantur promptiſsimè, quocunq; exercitum duxiſſet. quia ubique felici rerum utebatur ſucceſſu, exercituſq́ ditabat, quocunque militatum abijſſet. Equites enim Turcorum quidam, qui proprio nomine notantur, nec mercedem, nec quoque magiſtratus honorẽ à rege accipiunt: ſemper ſequuntur, quocunque quis eos eduxerit, conuerſi ad prædam & ſpolia diripienda. Horum ſinguli binos equos habent: uni inſident, alterũ deſultorium abducunt ſecum, cuius opera in prædis agendis utuntur. Quando autem uenerint in terram hoſtilem, accepto ſigno à duce, conſcendunt equos, quos ad id expeditos circumducunt: currunt citiſsimè, nihil morantes: & diſperſi rapiunt mancipia, & quæcunque caſus obtulerit. Eo modo noui illos, qui cum Orchanis filio Amurate, & cum Paiazite ea tempeſtate in Europã tranſierant, ad prædas ſe conuertiſſe, & id uiuendi genus ſibi elegiſſe: incredibilique incremento breui ſumpto, maximas acquiſiuiſſe opes, habitantes undique per Europam, ab Scopiorum urbe uſque ad Tryballorum Myſiorumque regionem, etiam per Macedoniã diſperſos. Deinde circa Theſſaliam plurimos quoque ætatem egiſſe conſtat. Imperante Paiazite, fama eſt non modicã † Scytharũ

Argos capta

Turcorum equitum deprædationes

† Tartarorũ

manum ueniſſe in Daciam, & hinc legatos miſiſſe ad Paiazitem, qui peterent pecuniam & regionem: quibus freti, tranſituri eſſent Iſtrũ cũ Paiazite, & bella Europæ geſtum. Paiazites plurimũ delectatus illorũ ſermone, munera magna ꝓmiſit, ſi traijcerẽt, quẽadmodũ eſſent polliciti, Iſtrũ: dicẽs, ſe ipſis aſsignaturũ Europæ agros, ut ſinguli ibi uiuẽtes ſuos duces ſectarentur. Qui in hunc modum per Europam diſperſi, equites facti ſunt optimi, reique militaris peritiſsimi. Deinceps Paiazites timens ut duces illi Scytharum Europæ ſtatui aliquam innouationem inducerent, omnes comprehenſos, cum in unum conueniſſent, obtruncauit. Etiam hodie Scytharum magnam copiam undique per Europam morantium uidere eſt, quos ſedes capere in Macedonia Thermæ & Axio flumini finitima, Amurates iuſsit. Qui quoque plurimos Turcos in iſtam regionem induxit, ut eam incolerent. Campus Zagoræ nuncupatus, iubente Amurate, habitari cœptus eſt. † Etiam Philippopolis regio, ab Amurate colonos accepit. At Cherſoneſus Helleſponti iam antè ab Sulaimano fratre colonos ſortita eſt. Theſſalia & Scopiorum, necnon Tryballorũ regio quà à Philippopoli uſque in Hęmum, & Sophiam iſthoc nomine uicum patet, ab Amuratis filio Paiazite colonos nacta eſt: qui deinde Illyriorum & Tryballorum regionem uaſtabat. Hæc loca omnia admodum opportuna fuêre ad domandos hoſtes. Poſtea & alij plurimi in hanc regionem confluxerunt, cum accepiſſent eam admodum eſſe idoneã recipiendis mancipijs, & alijs quæ hoſti extorſiſſent, ſeq́ ibi tutiſsimos fore certò ſcientes. Paiazites in Aſiam tranſuectus, Ertzicã urbem oppugnauit, & oppugnatam ſuæ ditionis fecit. Hinc progreſſus, Melitinen urbẽ Euphrati impoſitam omni machinarum genere arietare aggreſſus eſt: at machinis aliquãtulum fortiter reſtitit. Cum aũt oppugnatione uti nullo modo intermitteret Paiazites, pactionibus in fidem recepta eſt. Eo tempore quo arietes Melitinæ admouebantur, nunciatum eſt Paiaziti, eam in deditionem acceptam eſſe. Tunc accedentes Aſianorum Turcorum duces, precibus fatigarunt regem Temirem, ut ſinguli ab ipſo in ſuam reducerentur regionẽ. Quoq́ magis mouerent, religionem communem, & generis propinquitatẽ, qua ipſum contingerent, prætendebant: addentes ſe, ipſum ſuę regionis & patrem & patronum elegiſſe. His adijciebant, ut cogitaret ſe propterea Aſiæ eſſe regem, ut nullo modo ſineret ſui generis homines, cum nullas facerent iniurias, à quoquam contumelijs & iniurijs affici. Arbitrio autem eius permittebant, pœnas daturi quaſcunque iuſsiſſet, ſi contra fœdera quid in Paiazitem commiſiſſe deprehenderentur. Temires Paiaziti non indignabatur, quia hactenus ſtrenuè res geſsiſſet con

Scytharũ in Daciam irruptio.

Zagorenſis ager ſub Theophilo & Theodora imp. poſt quam ad fidem Chriſti conuerſi fuiſſent, Bulgari acceperunt, circa annum domini 308.

† Coloniæ Turc. in Europa.

Belli Tamerlanici occaſio.

C tra ho-

tra hoſtes Turcicæ religionis. Vniuerſi enim orbis nobis noti religio potiſsimùm in duas diuiditur partes. Partim enim Machmetanæ, partim uerò Chriſtianæ religioni adhærent. Reliquæ autem religiones, ut inutiles, nec in regnum admittuntur, nec etiam aliquam dignitatem merentur. Paiaziti autem nihil ſuccenſebat Temires, propterea quòd fortiter pugnaret pro herois Mechmetis religione: imò cenſebat ab omnib. ei plurimas gratias habendas. Hæc eius ab initio erat ſententia. Vbi autem à plurimis ad ſe uenientibus cognouit, eum neutiquã ęquitatis eſſe ſtudioſum, nec contentum Aſiæ regno fore: uerùm cum eſſet uehementioris ingenij, ut facilè turbini aſsimilaretur, expeditionem contra Syriam, & Aegyptum, & cõtra Memphiticum regem, eum moliri. His perſuaſus, legatos ad Paiazitem miſit, ut eum, ſi aliquo modo poſſet, reconciliaret ducibus. Miſit per manus legatorum etiam ueſtem, ut moris eſt regum Aſiæ imperium tenentium, munus Paiaziti. Legati ubi ad Paiazitem uenerunt, huiuſcemodi orationem habuerunt: Nobis Temires legationis onus impoſuit, mittens tibi ueſtem hanc, munus: dicens, ſe tibi gratias agere ingentes, quòd herois noſtri hoſtes magno animo debellas, & amicos ſemper acriter dimicando ad maiorem felicitatem producis, religionisque noſtræ negocium auguſtius conſtituis. Decet te profectò hoſtes noſtros ſeueriter uindicare, at amicos & ſocios nobis cõiunctiſsimos nequaquam inimicos & hoſtes facere: nec etiam iniurijs obruere, uerùm beneficijs eos tibi obnoxios reddere annitaris. Si enim parum dextrè erga tuos affectus fueris, quomodo hoſtes cum gloria domabis? Quapropter edicit rex Temires, Aſiæ imperium ducib. ademptum reſtituas, cum nihil ſecundum ea quæ pactis conuenerant, in regnum tuum deliquerint. Si obtemperaueris, feceris mihi rem gratiſsimam, nec non Aſiam Europámque incolentibus, qui tibi gratias agẽt immortales. Sin autem quid contra fœdera eos feciſſe putas, regi Temiræ eius rei iudicium mandarunt, ſubituri pœnas iniuriarum, ſi quæ illorum in te extant, quaſcunq; imperauerit. Paiazitẽ memorant cætera non iniquo animo, quę ab legatis afferebantur, auſcultaſſe: uerùm grauiter offenſum eſſe munere ueſtis, quam Temires miſerat. Hinc irritatus, in hunc modũ reſpondiſſe fertur: Renunciate regi ueſtro, quòd mihi Temires, nec non reliqui qui in Aſia degunt, gratias agunt, dum me incunctanter, ut religonem noſtram tuear, hoſtibus impigrè opponam, me admodum mirari. In primis autem admirationem mihi infert, dum pecuniam & milites, reliquaq; ad iſta certamina neceſſaria offert: nec tamen in huiuſcemodi negocio à partibus noſtris ſtare deprehenditur. Verùm in me hoſtilia meditatur, adimendo regionem, quam meo marte, deuictis aduerſarijs & inſidiatoribus meis, in poteſtatem meam redegi, & poſsideo. Quomodo igitur mihi gratias habes atque agis, quemadmodũ modo uerbis declaraſti? Porrò quòd ad ueſtem attinet, regi ueſtro nunciate, ne poſthac & genere opibus'que præſtantiori, huiuſmodi munera mittere in animum inducat. Hæc ut relata ſunt ad regem Temirem Semarchandam, ira grauiter accenſum ferũt ueſtitus cõtumelia, & ſtatim miſit præconem qui imperaret, ne quamprimùm ducibus imperium reſtituere dubitet: ſe enim ſic decreuiſſe. Sin parêre recuſarit, ſe ipſum pro hoſte habiturum. Cauſam illam diſceptauit rex Temires, atque talem ſententiam dedit: Turcorum duces iniurijs à Paiazite eſſe affectos. Proinde ſe ipſos, dum uita fruatur, haud neglecturum uagos oberrare per Aſiam, exutos regno ſuo. Paiazites nuncium cum huiuſmodi reſponſo dimiſit: Niſi cum exercitu aduerſum nos procedat, precor ut uxorem ſuam ter repudiatam tandem iterum aſſumat. Hoc quidem uergit in contumeliam Turcorum, uidelicet ter uxorem ſuam recipere, niſi perſuadeatur. *Diuortij ac repudij mos apud Turcos.* Quia legem habent Turci, qua cauetur, ut is qui uxorem dimittit, edicat ſe non amplius ipſam in ſua adniſſurum. Quaſi id factitare haud fas ſit, poſtquam ſibi ad tres ſplenes matrimonium diſſediſſe dixerit maritus, recuſans ad idem matrimonium redire: niſi quis ter ſplene in medium procedente, denuò ducat ab alio adulterio pollutam. Hæc ubi nuncius accepit, iter ad regem Temirem maturauit. Aiunt, Temiris uxorem admodum in rebus maximis ſuperſtitioſam extitiſſe: nec permiſiſſe Temiri, ut infeſta arma inferret Paiaziti, uiro laude digno, qui magna cum gloria pro Mechmetis religione contra Chriſti fidem dimicarit. Verùm monuiſſe regem, ut uirum tantum quieſcere patiatur, nec ei negocia faceſſat, qui non commeruerit ut aliquid mali ab eiuſdem religionis conſortibus accipiat. Vt nuncius Temiri mandata explanauit, uxorem ſuam uocauit, nunciúmque eadem, ipſa audiente, recenſere iuſsit. Qui cum dicto paruiſſet, & Paiazitis mandata expoſuiſſet, aiunt Temirem interrogaſſe uxorem ſuam, an adhuc iuſtum eſſe cenſeat Paiazitẽ iniurijs certantem miſſum facere, & ſinere tales impunè ferre? Et ſanè manifeſtus erat, etiamſi ad priorem inclinaſſet uxor ſententiam, bellum inferre Paiaziti. *Temerlanis uxor.* Sic enim ſe legibus uxori coniunctum eſſe dicebat, ut teſtaretur ſe illius iniurias uindicaturũ, quicquid tamen patiendum foret. Vxor autem eo tempore tale reſponſum dediſſe dicitur: Verùm ô rex, quòd ille uir furit, talique morbo implicitus, non amplius ratione rectè fruitur, notum eſt cùm alijs tum mihi, quę modò eius audiui reſponſum. profectò ſi iſtum uirũ

iure

Digitized by Google

iure ultus fueris,prudenter feciſſe uideberis: eiq; hoc modo oſtendes,qualis ipſe exiſtens, quali uiro adeò fœda nunciet. hoc quidem tibi perſpectum eſſe uolo,quòd contra eum uirum, qui pro noſtro heroe bella gerit contra Græcos,& contra alias Epiri gentes,bellum ſuſcipere haudquaquam fas eſſe duxero. ſin autem mihi ſtultè illudit,non arbitror iuſtum eſſe, ut eas cõtumelias inultas abire ſinamus. Proinde bellum uiro illi indicito, nec tamen ipſe pugnaturus: uerùm ſi eius urbem Sebaſtiam dirueris, ſatis eum ultus fueris propter urbem Melitinem Euphrati impoſitã:& propter duces, qui apud nos ætatem agunt. His in iſtum modum peractis,arma cępit bellum geſturus cum Paiazite, quem ſua ſponte ad bellum prouocabat.Quidam perhibent Temirem tranſita Melitine, ueniſſe Sebaſtiam: & poſtquam eam urbem ſubegiſſet, legatos miſiſſe ad Paiazitem, petitum ut ducibus regionem reſtitueret. Iiſdem quoque mandauit,ut butyrum & tentoria flagitarent. Poſtulabatur butyri tantum, quantum duo millia camelorum ferre poſſent.Præterea petebantur tentoriorum pileatorum,cuiuſmodi utũtur paſtores, duo millia. Ad hæc uolebat, ut per omnia templa,quæ eſſent in regione Paiazitis,rex publicè pronunciaretur. Filiũ Paiazitis in ſuis Ianuis morari cupiebat.His addebat, ut in regionem ſuam Temiris numiſma admitteret, eoq; ſolo uteretur. Septem iſtas petitiões,Sebaſtia capta, Paiaziti obtulit. Paiazites his grauiter accenſus, iuſsit Temiri quę antea de uxore eius receſuimus,explicari.Temires itaque arreptis armis contra Paiazitem,animo agitabat eius regionem in Aſia ſui iuris facere, & exinde in Europã trãſgredi. Nec prius redeũdi erat animus,quàm limites eius attigiſſet, progrediendo uſq; ad Oceanum,qui eſt prope Herculis colũnas.Ibi enim eſſe traiectum maris anguſtiſsimum acceperat,diſtinguentem Europam à Libya. Hinc igitur in Aphricam tranſmittere decreuerat. qua in ditionem recepta, domum tum demum remeare ſtatuerat. Hæc quidem Temires animo uoluebat: uerùm poſtulabant maiorem fortunam,quàm Temiri à Deo cõceſſa foret. Paiazites uerò in ſpem erectus erat, ſe facilè uicturum Temirem, hoſtili animo accedentem.Spem iſtam faciebat coniectura, quam ab antiquis ducebat temporibus, quæ confirmabat, Aſianos reges nunquam quiuiſſe deuincere Europam: uerùm Europæ homines in Aſiam progreſſos, regẽ ſuis principatibus ſpoliaſſe. Hæc animo ſecum uerſans, ingentes concipiebat ſpiritus, tanquam breuiſsimo bello etiam Temiris regnum diſiecturus. Cum huc uſque ſermonis ſerie ſim tractus,cogitemq; primam & ſecundam Temiris regis expeditionem, nec non mala quæ iſtis temporibus contigere, cogitatio ſubit, Turcorum res incredibile incrementum aſſumere potuiſſe, ſi uerſus Occidẽtem ire cupientes,non inhibiti fuiſſent à rege Temire. Nec enim,ſi ſeditione regnum Otomanidarum arſiſſet,& mutuis diſcordijs ipſi inter ſe concertaſſent, in adeò graue exitium res uergere potuiſſent,ut contigiſſe cõſtat defuncto Paiazite,cum eius filij fœdè inter ſe contenderent, regionémque inuicem uaſtarent: unde maximam & grauiſsimam Turcorum genti calamitatem inuexêre. Nunc autem cum ad anguſtiſsimam dignitatem à Deo Paiazites fuerit euectus, contigit ut aliquantulum moleſtiarum experiretur, quo magis tandem modeſtiæ memor eſſet. Propterea enim ad Aſiæ regnum emerſit rex Temires, & Semarchandæ regno potitus eſt.quæ ſingula ut euenerunt,me commemorante accipietis.Fama eſt,hunc uirum ab minimis & perobſcuris principijs profectum, magnam ſibi potentiam in Aſia peperiſſe.

Sebaſtia capta.

Temerlanis VII. poſtulata.

Europa Aſianis inuicta.

LIBER TERTIVS.

TEMIRIS expeditio prima, aduerſus Sebaſtiam Cappadocię urbem opulentam ſuſcepta eſt. Nam cum accepiſſet Paiazitẽ parũ pacato eſſe animo erga duces Aſiæ, Turcorum genere natos: nec uoluiſſe cũ his in gratiam redire, poſtquam eos omnes ſuis fortunis expuliſſet: præterea cũ ſępius legatis miſſis,nihil ęqui impetrare poſſet, uerùm audiret iſtũ uſq; cõtumelias ſonare: haud cunctandum ratus,bello Sebaſtiã adortus eſt.Primordia aũt regni hęc erant, uidelicet ut bellũ gerens Paiazitẽ domaret, reliquos uerò metu perculſos in ditionẽ redigeret:nec prius bello abſtineret,q̃ totius Aſiæ dominium acquiſiuiſſet:quæ quidem omnia accidiſſe cognouimus. Hic Temires fuit filius Sangalis uiri priuatã uitam agentis:cui,ubi duxit uxorem, tale quid accidiſſe cõperimus. Temires cum eſſet adultus, iamq; per ętatẽ iſti officio idoneus foret,deferentib.oppidanis,oppidanorũ equorũ curam nactus eſt. Tandem in colloquiũ ueniens cum reliquis iſtius regionis paſtorib.effecit ut inter ſe cõiurarent, ſe uelle furtis colligere opes, & deinde ad aliã confugere regionẽ. Temires cum furandi foret peritiſsimus, plurimos equos, & iumentorũ ouiumq; multitudinẽ immenſam nactus eſt: neq; quicq̃ integri aut ſatis ſani in iſto homine erat.Ferũt,eum quondã,ut pecoris ſtabulum intrare poſſet,cõſcendiſſe murũ:animaduertentemq; ſe eſſe uiſum à patrefamiliàs,deſilijſſe in terrã(ſolent enim homines in iſta regione iumenta & pecora muris circũdare altiſsimis, quæ difficulter aſcendi poſsint)quo caſu fregiſſe crus,& hinc claudicationẽ contraxiſſe. Nec deſunt qui perhibent, eum fortiter pugnã cientẽ,uulnere in pedem accepto, claudi-

Temerlanis origo.

claudicare cœpiſſe. Pręlio aũt facto cum finitimis, profecti ſunt paſtores, qui ab initio cõuenerant, duce Temire, cõtra hoſtes, rapientes quęcunq; caſus obtuliſſet. Conſiliũ dedit, ut caperent locum latrocinijs & furtis cõmodum, in quem quaſi in munimentũ tutiſsimũ ſeſe receptarẽt. Hinc profectus, latrocinãdo crudeliter graſſatus eſt in p̄tereũtes, nulli parcere ſtatuẽs. Corradens aũt magnã pecuniæ uim ex iſtiuſmodi latrocinijs, alios uiros duos in ſocietatẽ pellexit, Chaidarem & Myrxẽ, quos Maſſagetas fuiſſe accepimus. Quibus Temires adiutus, irruit in hoſtes regionẽ deprędãtes, eos fugauit, hoſtiũ equitatũ uniuerſum perimens. Fama huius ut in urbẽ delata eſt, ciues nõ modicã manũ ei tradiderunt, addentes etiã pecuniã, qua militum animos conciliare poſſet. Deinde in hunc modum inſtructus, ſuos cõfirmans & incitans, in hoſtium regione uerſatus eſt, mãcipia & iumenta plurima mittens in urbem, quę hoſti extorſerat. Rex Maſſagetarũ explorata uiri uirtute, eũ in maximo honore habuit. Nam imperatorẽ declarauit, uniuerſosq; ſuos exercitus ei cõmiſit, qui acceptis copijs regis, mirabili celeritate uſus eſt in deuincendis hoſtibus, ſubitò in eos incidẽs, atq; tẽporis momẽto oẽs perdẽs. Temires, ubi ad manus uentũ erat, hoſtes terga uertere coegit: ipſeq; fugientes inſequutus, cõpulit in Babylonem Pogdatim nuncupatã: quã obſidione cingens, dominũ ſuũ regem accerſiuit. Dehinc tẽpore modico interiecto, rex mortuus eſt: eiuſq; uxorem uiduam connubio ſibi iunxit Temires, regniq; regimen ſortitus eſt. Cum aũt iam pro rege ſe gereret, Pogdatim & Semarchandam oppugnauit. Nec multo pòſt cum oppidani in militum ſtationes excurrerent, nec uincerent, uerùm uincerẽtur, reuerſi in urbem grauiſsima obſidione affligebantur. Quam cum tolerare amplius nõ poſſent, pactionibus intercedentib. ſe Temiri dediderunt. Cũ in poteſtatem ueniſſet Semarchanda, proditionis conſilia inijt cum ijs qui erant in Babylone, uſus ad eam rem miniſtro Chaidare. Myrxes uir extitit æqui ſtudioſiſsimus: adhortabaturq; Temirem, ut iram ſupprimeret, nec ad rem conferre pararet quæ ipſa dictaret. Non ipſi conuenire imperium Babylonis. Hinc etiam Temirem edocuit Syſsitiorum rationẽ. Nam uniuerſum ſuum exercitum ſecernens Temires in decumas & manipulos & cohortes, iubebat decurionem præbentem ſuis alimenta, cõtinuò, quandocunq; uſus poſtularet, præſtò eſſe cum ſuis militibus, eoſq; manipulorum duci tradere. Hos pręterea uolebat, ubi additi fuiſſent manipulorũ duci, ſuo parêre ſingulos ductori. Cum ueniſſent in Syſsitia, nullus erat cui non eſſet locus deſignatus. Cibum mercari iuſsit in reliquũ exercitum, iuxta ea quæ communi conſenſu decreta fuerãt. Imperauit, ut ſinguli duces minores frequẽter, ſicut pręciperẽt maiores duces, ſuos monerent, ne eos ocio torpeſcere ſinerent. Hinc contigit ut nullus explorator, uel peregrinus aliquis, clàm in Temiris caſtra penetrare, & in ijſdem morari poſſet. Ordinauit uirum, cui hoc negocij impoſuit, ut peregrinos, ſi qua re indigerent, aduenientes hoſpitio exciperet. Quapropter hęc diligens diſciplina effecit, ut uniuerſus iſte exercitus ad nutum & arbitrium regis, quócunq; uellet, facilè moueretur: eoq; ducẽte exciti, uno ſigno confeſtim aduolarent, parati ſe regi utendos dare quacunq; in re uoluiſſet. Veſpera appetente, accipientes ſignum à duce ſuo magno, ſinguli maturant iter ad tentoria, & ad contubernales ſuos. Vbi autem milites in tentoria ſua ſe receperunt, uigiles ad hoc creati in caſtris oberrant, ſi quem inueniant extra tentoria morari. Si talis occurrerit, eum capientes, ſupplicio capitali ſubdunt. Si autem quis explorator acceſſerit in caſtra, is, ut cui nullus ſit aſcriptus locus, extra tentoria cubare cogitur. proinde rerum omniũ ignarus, dubiuſq; quò ſe uertat, continuò à uigilibus in uincula ducitur. Hic modus & hęc eſt forma Syſsitiorum regis. Chaidares regis amicus, laborũq; ſocius, ei admodũ diligenter in neceſſarijs miniſtrare nouit. Regem quoq; incitare nunq̃ deſtitit, ut bella aggrederetur plurima, ne ocio & quiete corrumpereť. Aiunt Myrxiem, antequam Temires ad Semarchandæ regnũ euaſiſſet, tale quippiam feciſſe. Cum Temires cum ſuis oberraret, latrocinijs gaudẽs, accidit ut familiares Myrxijs de felice rerum Temiris ſucceſſu diſſererent, eoq; tandem uenirent, ut dicerent, eum breui etiã Semarchandę regnũ conſequuturũ. At Myrxies reſpondit: Regnum Semarchandę firmius eſt quàm ut occupari poſsit à latrone, & priuato homine. Sin autem aliquãdo contigerit, ut Semarchandæ regno iſte potiatur, precor non amplius ſuperſtes maneã, ſed confeſtim ut mendax obtruncer. Hæc quidẽ ſeriò, non ioco loquutus eſt. Nec tamen ſatis proſperũ ſermo ille habuit euentũ. Deinde tempore interpoſito, cũ urbis regimẽ Temires eſſet adeptus, honores maiores Myrxies q̃ Chaidares apud regem inuenit. Hinc commotus Chaidares, dixiſſe fertur: Tempus iam eſſe, ut ſermo ille quẽ loquutus fuerat Myrxies, ad rem conferať. extare eñ eius ſermonis teſtes plurimos. Vt igiť ſermo ille effectũ ſortireť, Myrxiẽ capitali ſupplicio ſubdi iuſsit Temires, in memoriã redigẽs ſe nactũ eſſe Semarchandę regnum, ipſumq; falſum eſſe animo, proinde mortis reũ teneri. Dubitabat aũt quo pacto eum mori cogeret, qui olim regi priuato adhuc dextram ſocietatis dediſſet, ne pactis contrauenire uideretur. Orationem igitur huiuſmodi cum Myrxie habuit. Haud arbitror latere eos, ô Myrxies, uoſq; duo, & reliqui omnes, quib, artibus imperiũ auxerimus.

Duo

Chaidares & Myrxies Temiris ſocij

Pogdates, Baldas, quæ & Babylõ, obſidetur, expugnatur. Tamerlanes uxorẽ ducit.

Semarchandæ deditio.

Diſciplina militaris Temerlani. Syſsitia.

Proditio cauenda in exercitu.

Machiaueli de re militari inſtitutio.

Myrxie uox temerè emiſſa exitialis.

Digitized by Google

Fidei & pactorum ſanctitas.

Duo illa ſemper ſumma diligentia ſectati ſumus, dum nobis regnum ampliſsimũ pararemus, nempe ſtudiũ uehemens in rebus gerendis, & ut bona fide coleremus pacta, quæ cũ amicis hoſtibusq́ feciſſemus. Nec ſolum iuramẽto, uerùm & ſermone declarauim᷑, nos concordiã cum ijs agitare, quaſi nihil ubique terrarũ & tutius armisq́ omnib. firmius in uita humana inueniri poſsit, q̃ concordiã amplecti, nec ab amicis diſſentire, nunc hoc, nũc aliud ſequi conſiliũ ꝓponentes: ſiquidẽ ſæpe cõmemorauimus, nos illo ſolo Dei imaginẽ repræſentare. Si aũt quis mortalium nihil ſanè unq́ dixerit, quomodo ſi quid facere aggrediatur, ei bona obuenient? Meminiſtine, meã cum prehenderes manũ, te dicere: Si Semarchandæ nanciſcerer regnum, paratum te eſſe oppetere mortem? Hæc igitur, cum ſub multis teſtibus ea pronunciaris, tempus eſt ut cõficias, noſtramq́ dextram iſto pacto liberes.

Princeps quatenus Dei imago.

Fides data, uel morte redimenda.

Myrxies, ut dicendi finẽ fecit rex, talem exorſus eſt orationẽ: Verùm enimuero, ô rex, ad hoc imperiũ ut deueneris, & tu noſti, & omnes quotquot præſtò ſunt. Nec etiam horrui ſumma uitæ adire diſcrimina, ut iſtam tibi parares felicitatẽ. Vulnera uidere eſt, quę accepi dum tibi inſeruire & gratificari cupio. At enĩ ſi quid temerè diximus, an nõ id ęquũ eſt mihi aduerſa fortuna utenti, & amicis, à quibus beneficijs affectus fueris, condonare? Illud aũt, ô rex, priuato homini non admodum impedimento fuerit. Vbi aũt alia regni affulſerit forma, tum non fas eſt, ſi quid pactus fueris, irritũ facere & tranſgredi. Etiã Deus plurima nobis bona largitur, ſi in nos delinquentibus ueniã dederimus. Si igitur mihi peccati impunitatẽ cõceſſeris, maiora à Deo tibi obuenient tandẽ bona. His dictis, non perſuaſit Temeri, qui reſpondebat: Venia danda eſt erroribus eorũ, qui quid præter uoluntatẽ admiſerint. Quo pacto aũt fortunã retinere potero propitiam, ſi hoſtem meũ nõ necauero? Hæc ubi loquutus eſt, Myrxiẽ peremit. Peremptum regaliter ſepeliuit, longoq́ tempore luxit. Poſthęc bellũ ſumpſit aduerſus Hyrcanos, & contra gentes quę mare Hyrcanum accolunt: quas omnes perdomuit. Idem mare & Caſpiũ dicitur, uerſus meridiẽ Saccas habens accolas, & Caddușios: triginta millibus ſtadiorũ uerſus Orientem & Septentrionem accolas habens Maſſagetas, genus hominũ bellicoſum. Longum eſt uiginti millibus ſtadiorũ. Maſſagetæ dicunt᷑ profecti eſſe in Perſiam, ibiq́ multas occupaſſe urbes. Ferunt etiam, Temirem ex iſto hominũ genere ortũ, cum Maſſagetis feſtinaſſe contra Semarchandæ regnũ: & debellata Aſſyriorũ monarchia, id obtinuiſſe. Mare aũt iſtud cum ſit receptaculum multorum & magnorum fluminum, maximũ Cyrum nomine eſſe cognouimus: & ad plurima ſtadia excurrit, nullibi in exterius mare, quemadmodũ dicitur, ſe fundens.

Errores uenia digni qui.

Caſpium mare, nũc Zabacca.

Saccæ, Caddușij, Maſſagetæ.

Attamen ego foſſam audiui ex iſto mari progredi, quà in Indicum mare effundit᷑. Accolunt mare iſtud gentes plurimæ, & bellicoſæ. Etiam piſces ſuppeditat plurimos, & bonos. Largit᷑ & oſtreas, quæ margaritas habẽt. Supra hoc mare, Indicum mare uiſitur. Naues onerarię plurimę nauigãt uiciſsim nunc hoc, nunc illud mare. Mare iſtud uerſus Orientẽ, maximè ea parte qua Aſia eſt, uergit. In hoc ſe effundũt, Araxes fluuius maximus, & Choaſpes uerſus Orientẽ fluens, & alij fluuij plurimi. Gentes quidẽ illas quæ mari huic adiacent, à Caddușijs regnari, & tributa quotãnis in Caddușiorũ urbem inferre aiũt. Hos bello appetere inſtituit Temires, ubi deuicerat Hyrcanos, horumq́ regem è mortalium numero ſubtraxerat. At Caddușij contrahebãt copias quàm potuêre maximas, fortiter repugnaturi accedenti Temiri. Temires, ut didicit Caddușios in armis eſſe, quamprimùm Chaidar ẽ mittit oppugnatũ ipſorum urbem, & ut eam ſubitò caperet. Ipſe aũt expectabat rei euentum, q́ proxime Caddușijs caſtra ſua locans. Caddușij ut intellexêre hoſtem in ipſorum urbem cõtendere, palantes nullo ornatu & ipſi in ſuã urbem iter inſtituêre. Temires uenientes ex inſidijs adoritur: acieq́ inſtructa eos aggreſſus fudit, fuſosq́ inſequens ad urbem usq́ tractus, eam, cum aliquanto tempore oppugnaſſet, tandem cæpit. His ita peractis, Arabiam bello petere ſtatuit. Arabes genus hominum opulentum, magnum, & antiquum, nulli quantum ad felicitatem attinet, cedens, eſſe certò conſtat: multamq́ Aſiæ partem occupat, utens mari quod Rubrũ nominamus. Eſt autem Arabum regio latiſsima, & ad habitandum omniũ Aſiæ regionum pulcherrima. Viri iuſtiſsimi, &, quantum ad religionẽ pertinet, ſapientiſsimi eam tenent. Creantes regem, non tyrannum, ſed uirum æquitatis amantiſsimum, & maximè æqualitatem reſpicientem, eligunt. Arabici regni ſedes eſt urbs iuxta mare ſita, quam * uocãt, magna, opibusq́ uigens. Finitima eſt ea gens Aegypto, & Perſarum Aſſyriorumq́ regionem attingit. Nam à Colchide, & Pharus regione ad mare quod porrigitur in Cœleſyriam, uſque ad urbem Laodiceam dictam, fuerit iter dierum † uiro expedito pedeſtri itinere regionem tranſeunti. Hinc inferioris Aſiæ iſtam partem ſcimus in Cherſoneſi formam redigi, Arabiamq́ extra Aſiam relinqui. Eſt autem Arabia plurimis arboribus, palmisq́ conſita, & in medio duorum fluminum ſita, ab utroq́ undique alluitur. Fructus profert ſuprà modum tum magnos, tum multiplices. Hinc ueteres occaſionem ſumentes, eam Felicem appellauêre. Hanc regionem armis infeſtis aggreſſus eſt Temires, incolis crimini dans operam ſtrenuè nauatam Caddușijs, cum eos bello ſtatuiſſet domare. Bis conflixit cum Arabum exercitu. Cumq́ eos uictos dare non

Ita Pomp. Mela.

Temerlanes in Caddușios.

Arabes.

* fortè Adem, uel Zaden.

† quindecim.

Arabiæ ſitus

Arabia Felix.

poſſet, legatos mittens, militibus tributoque, quod quotannis penderent, imperatis, pacem cum eis fecit. Ea tempeſtate, priuſquam in fœdus coiretur, Arabum legati ad Temirem acceſſere, poſcentes ne regionem Herois, qui & ipſi de genere legiſlatoris eſſent, uaſtare pergerent. Huic orationi adijciebant, ut uelint eſſe patres eorum, qui Herois religionem ſectentur. Gens illa non profana, uerùm ſacra ſanctáque creditur, quia edidit Mechmetem legiſlatorem, qui illis ſtipatus, ut qui eius ſuſcepiſſent leges, progreſſus ſit ad Aſiæ imperium, quum Arabes ubique plerunque uirtutis oſtenderent facinora. Aiunt, legiſlatorem Mechmetem fuiſſe filium Halijs, Arabiam Felicem incolentis. Initio legiſlationis ſuæ nihil ui egit, ſed perſuaſione primùm Arabes, deinde Syros cępit. Poſtea in ſuam ſententiam traduxit Haliem regionis adminiſtratorem. qui, cum ipſi foret intima familiaritate coniunctus, facilè omnes terræ ſuæ incolas Mechmetis leges ſuſcipere coegit. Leges enim iſtæ nihil aliud quàm quietem, & numinis quendam furorem, perpetuamq́ meditationem continebant. Nam inter cætera lex eſt, ut quater diurno tempore Deum adorent: nec ſinant, quæcunque tamen inciderint, ab iſta lege ſe auocari. Veneris die omnes uno conſenſu frequentes in templa commeant, orationibus operam dantes. Legem habent, quæ edicit, ut nullam imaginem, neque aliam picturam in templa admittant, precationem ad Deum tranſmittentes. Eligunt ſacerdotes, de quorum grege unus extra templum in turris pinnaculum ad id comparatum aſcendit, magnáque uoce Deum adorat. Preces ſolennes ſemper maiore uoce peragere ſolent.

Mahometis origo circiter annum Christi 630.

Hali gener Muhamedis, cuius ſectam Perſæ et maior pars Africæ amplectũtur, aliquantum à Turcica diuerſam.

Turcorum mores, religio, leges, &c.

Hoc modo Turci preces ſuas concelebrant: atque tanta utuntur diligentia in ijs perficiendis, ut interim nihil uel laboris, uel alterius rei ſuſcipiant, quo minus ipſæ interrumpantur. Quantum ad cætera, uidelicet ad uictus rationem, & ad reliquum uitæ modum attinet, conſtat eos nullis inhiberi pœnis: adeò feruntur, quo minus uoluptariam ſectentur uitam, affectibus nunquam non obtemperantes. Vxores enim ducunt, pellicéſque ex mancipiorum grege numero tot deligunt, quotquot quilibet alere poteſt: uxores autem uirgines accipiunt nemine prohibente, donec quinque ſibi copulauerint. Liberos ex mulieribus captiuis natos, non ſpuriorum numero habent. Sin autem ex pellicibus liberos ferant, eos ſpurios cenſent, nec paternæ hæreditatis participes fiunt. Mercantur uirgines, quando quis ſuam uult elocare filiam. Faces ipſis præferuntur, quando nuptiale feſtum celebrant.

Repudij ritus.

Maritus ſi parum dextrè erga uxorem fuerit affectus, ei edicit, ſe à tribus ſplenibus ab ipſa auellendum. Si ad iſtum modum uxor repudiata fuerit à uiro, turpiſſimum eſſe creditur, eam, quam quis repudiauerit, recipere. Nec etiam recipere eandem niſi ab alio adulterio inquinatam, licet. Vino uti nefas ducunt Turci. Nec audet aliquis de iſto genere, niſi lotus, frequentare orationes. Etiam decimas quaſdam quotannis ſeponunt Deo. Ieiunium Mechmetes imperauit iſti hominum generi, quod durat triginta diebus, aut etiam amplius. Diebus iſtis omnibus nihil uel eſculenti, uel poculenti admittunt. Veſpere demum, ubi iam coruſcarint aſtra, ad cibum capiendum congregantur. Nulli autem licet, uel in primis iſto tempore, uinum guſtare prorſus. Mentulam totam circumcidere ſolent. Confitentur Turci, Ieſum Dei eſſe Apoſtolum. Deum etenim ex angelo Gabriele & Maria uirgine, quæ nullum cognouerat uirum, IESVM genuiſſe, heroa quendam homine maiorem ſiue auguſtiorem. In nouiſſimo die, quando uniuerſale iudicium peragetur, aiunt Ieſum mundi iudicem ſiue arbitrum fore. Suem attingere Turci haud fas arbitrantur. Reliqua animalia edunt, ſi mactata fuerint. Deum uniuerſi eſſe moderatorem haud ambigunt, dicentes eum uti miniſtris mentibus (ut uocant) ignitis. Exiſtimant autem Mechmetem ueniſſe miſſum à Deo, ut ea replerentur, in quibus defectum patiebantur priſci à Deo prodeuntes legiſlatores. Circumciſionem iudicant eſſe purgationem omnium præcipuam: proinde circumciſionis tempore nuptias contrahunt. Solet iſtud hominum genus ſepulchra iuxta uias collocare, nec in ullo alio loco ſepelire licet. Sepulturę autem mandãt cadauera lota, & omni à parte raſa. Eſt & alia lex, quæ iubet parêre legiſlatori: non obtemperantẽ, gladio ultore ferit. Ex Armenijs ſolis, quamuis ab ipſis in religionis negocio diſſentiant, mancipia nõ rapiunt. Quia Armenus quidam uaticinatus eſt, gloriam Mechmetis per uniuerſum orbẽ propagandã. Eſtq́ hæc unica cauſa: uiri honori id tribuẽtes, ꝙ nulla ab Armenis mancipia abducãt. Hęc quidẽ ubi Mechmetes legib. ſanxiſſet, plurimã orbis partẽ occupauit. In Aſia, Libya, & Europę regiõe nõ modica, que ſe extendit ad Scythas, & ad eos qui hodie ſunt Turcos, uſq; ad Iberiã, nõ parua Mechmetis extitit auctoritas. Mortuus eſſe traditur filio ſuo † Aliæ Arabiam regente. Hunc enim legiſlatorem ubi promptis animis aſſumpſiſſet, ei obedierunt in omnib. quócunq; tamen ipſos eduxiſſet. Etiam rerũ ſuarum ſummam iſti commiſerunt, ut ipſis pro ſuo arbitrio uteretur. Hinc copias contraxit plurimas, quas contra Aegyptum duxit, & reliquæ Arabiæ quædam ſubegit. Tranſiens autem loca arenoſa Arabiæ, gentes ibi morantes ſuo imperio adiunxit. Cum regnaſſet annis * defunctus eſt, in loco quodam cui nomen eſt Mecha. Milites regio-

Ieiunia.

De Christo quid ſentiãt Turcæ.

Circũciſio.

Armeniorũ priuilegium apud Turcos.

Mechmetis mors. † Hali.

Mecha.

Digitized by Google

regionisq; incolæ magnificè exequias duxerunt, & grauiter eum luxêre. Quotannis in eius honorem ſacra faciunt Arabes. Heroa etenim quēdam eum eſſe putant, eundemq; ut uirum ſanctum à Deo ordinatum, ut ipſis leges ferret, quem in dandis legibus non tyrannum, at uirum quendam æquitatis uel in primis amantem iudicarunt. Mortuo Mechmete,

Homures.

Homures diſcipulorū ſpectatiſsimus, à filio eius regni moderāmen accepit: aſſumptoq; exercitu, contra Syriam profectus eſt: regionemq; plurimam partim ui, partim perſuaſione fœderibusq; in ditionē acquiſiuit. Hinc in ditionem uenêre Cilices, Phryges, Medi, & Iones. Ad hæc ſuo imperio admouit quaſdam ſuperioris Aſiæ regiones. In religione ſua gentes Aſię barbaras confirmauit, & quoſdam diſcipulorum ſuorum in alias regiones dimiſit, cupiens eaſdem in ſuam religionem recipere ſuadela.

Mechmetis ſepulchrum.

Sepulchrum quoque precioſum in honorem Mechmetis adornans, ibi manebat. Sacra quoque magna quotannis in honorem Mechmetis fieri procurauit. perſuaſit alijs plurimis, ut Mechmetem adorarent. Eos quoque iuſtos fieri aſſeuerabat, qui ipſius ſepulchrum inuiſerent. Etiam hodie non pauci ab Aſia & Libya, Europaq;, Mechmetis ſepulchrum adeunt, putātes ſe hinc maximā colligere religionem, & probiores fieri. Quidā ex ipſis iſtam peregrinationem ingrediuntur: quidam argentū numerant ijs qui pro ipſis peregrinationem ſuſcipiunt. Via autem quæ ad ſepulchrum ducit, eſt aſperrima & difficillima. Eundum enim eſt per arenam, non citra camelorum alimenta portantium opem. Nec etiam aqua, qua utantur, ad manum prompta, eſt ſufficiens omnino. In hunc igitur modum neceſſaria præparantes, camelos conſcendunt, utentes ſignis quæ uiam commonſtrent, magnetis demonſtrationibus. Colligentes igitur ab Septentrionali plaga, qua orbis parte eundum ſit, eò uiam coniectantes pergunt. Vbi autem acceſſerint loca in quibus aquarum fuerint ſcaturigines, aquantes inde abeunt: tranſitáque arena, intra quadraginta dies ad Mechmetis corpus perueniunt. Sepulchrum eius compertum habeo extructum eſſe ex lapidibus precioſiſsimis, & ſublimè pendêre in medio templo. Interuallum autem eius loci ubi ſepulchrum conſpicitur, uſq; ad hunc locum* ſtadia continet circiter nonaginta. Inde egreſsi, ad eum locum contendunt.

** fortè Aleppum*

Alcoranū.

Ibi ſiquidem leges & Alcoræ explicantur. Animę quoq; immortalitatem aſtruunt. Nec numini ignorantiam adſcribunt. Hæc quidem hactenus, quantum ad Mechmetis religionem attinet, annotauimus. Temires aūt cum regionem populationibus afflixiſſet, urbesq; aliquot occupaſſet, Semarchandam ſe contulit. Scythas acceperat, profectos à Tanai, in regionem ſuam impetū feciſſe, prædasq; egiſſe non modicas: quam quidem rem grauiſsimè tulit. Hinc rectà iter inſtituit contra Chataidas, ijs peſtem minitans. Hi antiquitùs Maſſagetæ extitiſſe creduntur: & traijcientes Araxem, regionis partem flumini adiacentem non modicam occuparunt: in qua & ſedes ſuas fixerunt. Hos domare parabat Temires. Proinde comparans exercitum, qui complectebatur octuaginta myriades hominum, bello eos aggrediebatur. Collatis tandem ſignis, prælio uicit Chataidas. Dehinc arma cōtra † Agoram, regniq; eorum ſedem ferens, pactionibus eam in deditionē accepit.

† Emporiū.

Conductis quoque inde mercede plurimis & optimis militibus uictor diſcedebat. Etiam obſidibus acceptis, imperatoq; tributo annuo, domum reuerſus eſt.

Cataia.

Chataia urbs eſt Hyrcaniæ, uerſus Orientem, magna & opulenta. multitudine hominum, & diuitiarum copia, reliquaq; felicitate ſuperat reliquas, præter Semarchandam & † Memphim, Aſiæ urbes.

† Alcairum

Optimis legibus eam fundauêre iam olim Maſſagetæ. Mercede itaq; ſibi parauit Temires Perſarum plurimos, ut qui eſſent gnari rerum Scytharum, quia plerunq; cum his conuerſarentur, nec amplius forent in uictus ratione delicatuli. His munitus, animo agitabat uim belli uertere omnem in † Agoram eorum, quam * Vrdam nominant.

† emporiū.

** Hordam.*

Audiens autem, eam gentem omnium quas orbis habet, eſſe antiquiſsimam, nec ullum qui præceſſerant regum domare eam quiuiſſe, quāuis magna damna dediſſent Europæ Aſiæq; ſuis incurſionibus, & hinc plurimas corraſuſſent opes, eo magis ad eam expeditiōem accendebatur. Præterea animo uerſans, etiam Darium Hyſtaſpis filium regem electum, & arma iſti genti inferentem, nihil effeciſſe: ipſe ſibi hoc decus eximium petere ſtatuit.

Darius.

Vt iſtā uerò rem ad optatū duceret finem, optimum eſſe ratus, ut quàm proximè ad ipſos accederet, in Cheriam urbem coloniam ducere decreuit, transferens eò milites, alioſq; hōmines plurimos ex Semarchanda. Huc, ut regis ſententiā intellexêre, conueuerūt & alij plurimi proceres regni. Cum autem ipſe in eadem urbe uerſaretur, optimates, Aſiæq; milites optimi ad ipſum quotidie confluebant. Hinc urbs illa breui incredibiliter aucta eſt. Etiam bonis & ſaluberrimis legibus gubernabatur, ſuperſtite adhuc Temire.

In qua autem Aſiæ parte urbs ea ſita ſit, an in Syriorum, an in Medorum regione, aſſequi nequeo. Sunt quidam qui tradūt, Ninum antiquitùs Cheriam extitiſſe, & in Aſſyriorum regione locatam eſſe: coniecturam facientes à Pagdatina Babylone.

Cheria.

Temires ut urbem Cheriam habitatoribus repleuit, & in ea regni ſui ſedem parauit, in animum induxit bellum inferre Aegypto, Scythis, & horum Agoræ, quam † Vrdam nuncupant.

† Hordam.

Conſcripto igitur exercitu maximo, &

aſſumptis Chataidis, rectà ad Tanaim contendit. Scythæ, ut acceperunt Temirem cũ copijs accedere, ut montium anguſtias, quà Temires exercitũ traducere cogitabat, præoccuparent, miſerunt & ipſi exercitum hoſti obuiam. Scythæ quidem iam olim in tribus quaſdam diſcreti, tenebãt regionem ab Iſtro excurrentẽ uſque ad Caucaſi accolas. Nunc autem genus quoddam illorum hominũ in Aſiam aduenit, & ibi ea loca quæ Orientem ſpectant inhabitauit, & hinc ad reliquam Aſiæ penetrauit regionem. Iſtud hominum genus Sachatæos uocant. Supra Perſarum regionem uſque ad Saccas & † Caddæos domicilia habent. Quidam ex his originem ducere Temirem aſſerunt. Gens iſta fortitudine & bellicarum rerum gloria uincit reliquas omnes Aſię gentes. His auxiliaribus Scythis Temires, ut quidam docent, ad Aſiæ imperium euaſit, deuictis omnibus præterquàm Indis. Reliqui Scythæ à prædictis nihil differunt. Regem unum habent. Regni ſedem Vrdam cõſtituere: creaueruntq́ regem, qui ex uetuſtiſsima deſcenderet proſapia. Extat & alia pars eorum non exigua per Europam uſq; ad Boſphorum Thracium habitans, per eam regionẽ diſperſa: quibus & ipſis rex eſt, qui ex antiquiſsima regum gente proceſsit. Atziceries ei nomen eſt. Hi itaq; ut ſe commiſerunt regi, in hanc uenere regionem, progreſsi uſque ad Iſtrum. Hinc manus quædam horum non modica Iſtrum tranſuecta, Thraciã uaſtauit, plurimas incurſiones faciendo. Relicta Sarmatia, Tanaim uerſus iter ingreſſi ſunt, & pleraq; gentis huius pars in regione Iſtro adiacente manſit. Eorum quoq; non pauci tranſuecti Iſtrum, ſub rege Paiazite ętatem egerũt. Scytharum genera ſingula habitant ſeparata ab reliquis. Pars quædam eius gentis relicta cis Iſtrũ, ſub Cazimiro Lituanorum rege degit. Eandem regionem etiam num tenẽt, ſtrenuè operã nauantes ſuo regi in bellis quæ cum finitimis gerit. Genus enĩ iſtud hominum quócunq; acceſſerit, primas in rebus bellicis tenent, fortitudiniſq; gloria emicat. Qui autem Boſphorũ & Tauricam inſulam, quæ dirimit Mæotim paludẽ & Euxinum pontum, accolunt, imperio Atzicerijs reguntur.

Scythæ, qui nũc Tatari.

† Caddaſios.

Sarmatia, quæ Ruſsia.

Tatari Precop. in Taurica Cherſoneſo.

Subegerunt Gothos & Ianuenſes urbem Capham inhabitantes, ut cogerentur tributũ pendere. Etiam Sarmatiæ quędam pars huic regi tributaria eſt. Sarmatę, qui incolũt regionem uerſus Euxinum pontum & Oceanum, magno Scytharum regi, qui in Agora regni ſedem habet, tributum pendunt, iam inde ex illo tempore quo in Sarmatiam populabundi curſitantes, partim hominum, partimq; aliarũ rerum pręda egerunt: eamq; diu obtinuére, impoſito tributo quod ſingulis annis magno Scytharum regi tribuerent. Sarmati à Scythis paſtoribus uſq; ad Dacos & Lituanos ſe fundit. Sarmatæ Illyriorum linguam in uſu habent plerunque. Victu moribuſq; & Chriſtiana religione magis Græcos ſequuntur: nec perinde ipſis cum pontifice Romano conuenit. Habent Græcum epiſcopum, cui in religionis ritibus auſcultant. Viuendi rationem moréſque Græcorum imitantur. Supellectilis apparatu repræſentant Scythas. Sarmatæ, qui loca uerſus Euxinum pontum ab † Leucopolichna urbe tenent, plerunque non regibus, uerùm ducibus utuntur. Moſcouiorum Kionenſium, Toſarienſium & Chorobiorum urbes à tyrannis teguntur, tributúmque ſoluere coguntur Nigræ, ſic appellatæ, Sarmatiæ. Ea autẽ Sarmatia, quæ ſub Septentrione colitur, alba Sarmatia appellatur. Verſus Oceanum urbs eſt † Veratis nomine: hanc optimates adminiſtrant, diuitiáſque plurimas ſuppeditat. Opibus facilè uincit omnes tum nigræ tum albæ Sarmatiæ urbes. Ea regio extenditur uſque ad Oceanum, Euphraſte ſiue Inflaſte nuncupata. Huc appellunt à † Dacia & Germania naues, merces Gallicas & Anglicas in eam regionem aduehentes. Ab Tanai uſque ad Oceanum Britannicum fuerit iter, ubi longiſsimum, per eam regionem, quæ habitatur ſecundum longitudinem, dierum trigintaquinque. Latitudo ſupra Tanaim amplectitur regionem maximam à Sarmatia uſque ad Aſſyrios, quam Scythæ colunt. Eſt quidem, ut mihi uidetur, ea regio, quæ ultra Tanaim habitatur, longè latéque ampliſsima. Permij uerſus Boream ſupra Sarmatas morantur. Sarmatis finitimi ſunt eius linguæ commercio utentes. Permios ferunt gentem eſſe antiquiſsimam: uenationibuſque uiuunt, & plurimam uitæ partem eo in ſtudio conſumunt, &

Moſcouia, Ruſsia, Lituania.

Sarmatia nigra et alba.

† Leopolis.

† fortè Nouigradum, uel Vuigradium.

† Dania.

Permij.

Deſunt quædam in Græco.

Sarmatia uerſus Oceanum excurrens, ad regionem Pruſsiam dictam ſe extendit. Finitima eſt Nazarei, qui ibi ſunt candido amictu gaudentes, & eorum monaſterio quod in ea regione ſitum eſt. Iſti homines Germani eſſe creduntur, quia eorum uictum moréſque, necnon & linguam ſectantur. Incolunt urbes pulcherrimas, & legibus optimis inſtructas. Eſt his monaſterium, quemadmodum Iberis ſiue Hiſpanis & Rhodijs, quod Nazarei inhabitant. Nam tria iſta monaſteria Ieſu religionem amplecti uel in primis per totum orbem, & contra barbaros ordinata eſſe, omnibus manifeſtum eſſe reor. Monaſterium namque quod Iberia habet, arbitror Afris ea traijcientibus oppoſitum eſſe. Idem Pruthenum monaſterium opponitur Samogetis, necnõ Scythis paſtoribus, qui & Tatari, ibi in propinquo iam ab antiquo ſedes habentibus. Rhodios conſtat ibi morari, ut reſiſtant Aegyptijs & Palæſtinis, propter Ieſu ſepulchrum: etiam, ut obſiſtant Aſiæ barbaris, Rhodi

Pruſsia, Teutonicorum ordo.

Calatrauenſes Rhodij.

Digitized by Google

Samogetia.

Rhodi ætatem agunt. Pruſsios attingunt Samogetæ, gens robuſta, uictus ratione & lingua nulli finitimarum ſimilis. Deos ueneran tur, Apollinem & Dianam. Victus rationem ſequuntur, quam Græci ueteres tenuêre: eoſdem & moribus repræſentant. Supellectilis apparatu imitantur Pruſsios. Iis confines ſunt Boemi, ſequentes ſuperſtitionem Samogetarum, necnon Germanorum, qui ibi colunt. Supellectilis apparatu nihil differunt à Pannonijs. Metropolim ea gens habet opulentam & populoſam, quam Pragam appellant. Nec multum temporis interceſsit, ex quo ea urbs ceſſauit colere ignem & ſolem. Sola hæc gens earum quæ intra extráque Europam ſunt, quas nouimus, adhæreſcit Ieſu, Moſis, Mechmetis'que religioni.

Bohemi.

Prage.

* Nam omnes has religiones, quamuis nos in ignorantiæ tenebris plerunque uerſemur, gentem iſtam tenere compertum eſt. Eſt quidem, quemadmodum audio, ultra Caſpium mare & Maſſagetas, gens quædam Indica, dedita Apollinis cultui. †† Colit & alios deos gens eadem, uidelicet Iouem & Iunonem, ut infrà fuſius dicetur. Hęc quidem hactenus. Poloni contermini ſunt Sarmatis, quorum & linguam in uſu habent. Victus ratione moribus'que nihil diſcrepant ab Romanis. Polonis annexi ſunt Lituani, qui & ipſi uſque ad Euxinum pontum Sarmatiam'que pertingunt. Et quidem * Pogdania nigra, quæ regni ſedem habet † Leucopolichnam, à Dacis Iſtrum incolentibus, ad Lituanos & Sarmatas ſe proijcit.

** Ieſu religioni pro Pontificis ritib. ponit: Moſis uerò, q. multi Iudæi apud eos habitāt: quod cũ hæreſeos inſimulātur propter Huſſitas, Machumetis etiã religioni deditos inquit.*

†† Pilappiorũ Lituanorum ſuperſtitio.

** Podolia.*

† Leopolim.

Gentem autem iſtam ſatis eſſe probatam, uel hinc quis conijciat, quòd linguam ſuam retinuere. Iam olim ea gens in duas partes diuiſa, partim quidem à principibus, partim uerò à ducibus regitur. Lituanis, quantum ad linguam attinet, nihil conuenit cum Sarmatis, cum Pannonijs, cum Germanis, nec etiam cum Dacis. Nam quaſi peculiarem linguæ uſum tenent. Vrbs quam regni ſedem conſtituerũt, magna & opulẽta, populoſaq́ eſt. Apparet facilè, iſtã gentẽ eſſe maximam omniũ quæ in hac regione uerſantur. Fortitudine nulli poſtponenda creditur, ſtrenuè prælians aduerſus Pruſsios, Germanos & Polonos, gentes finitimas, ut ſuos tuetur fines. Sequitur mores & uictus rationem Romanorum: ſupellectilis apparatu nihil à Sarmatis differunt. Quùm autem ferè undique Nigram † Pogdaniam attingant, plerunque aduerſus eius regionis incolas pugnas ciere ſolent. Sarmatarum lingua ſimilis eſt Illyriorum, Ionium ad Venetos uſque accolentium. Vtri autem horum uetuſtatis prærogatiua gaudeant, & utri alterorum regionem teneant, an uidelicet Illyrij in iſtam Europæ partem recedentes, Poloniam & Sarmatiam incoluerint: aut an Sarmatæ ad hæc Iſtri loca adeuntes, Myſiam & Tryballorum Illyriorumq́

† Podoliam

† Illyrij, qui Sclaui, & Vuandi.

regionem, qua uerſus Ionium patet uſque ad Venetos, inhabitarint, neque quenquam audiui ueterum commemorantem, nec ipſe poſſum ea quàm uериſsimè explicare. Redeo nunc ad Scythas Nomades: quæ gens numero, fortitudine, nec non generoſitate, ſi comparationem facere libuerit, facilè omnibus per orbem gentibus ſuperior eſt: niſi quòd per Aſiam & Europam diſperſa, & nunc in hac, nunc in alia regione à regno remota habitet, ut quæ incurſionibus faciendis ſemper inuigilet, & in ea regione morari, quæ fortè arriſerit, in animum inducat. Si ea gens concordiam inter ſe celebraret, unámque regionem regémque amplecterentur, non arbitror aliquam gentem in toto orbe adeò ferocem eſſe uiribus, quæ Scythis bellum indicere auderet. Nunc autem cum undique per Aſiam & Europam, nec non per Thraciam uſque ad Boſphorum diſsipati habitent, quàm longiſsimè à ſua regia ſubmoti cernuntur. Qui regionem, quæ ſe ad Boſphorum pandit, tenent finitimis † Tzarcaſis, & Migcrelijs, Sarmatiſque multa negocia faceſſunt prædis agendis. Abducentes igitur inde mancipia plurima, pergunt ad Boſphorum, & ad urbem † Caream. Poſtea agentes mancipia ad Mæotim paludem, ea paruo ære uendũt Venetorum & Ianuenſium mercatoribus. Hunc uitæ modum tenent. At Scythæ, qui morantur in Agora, plauſtris & iumentis uehuntur. Lacte plerunque, etiam equina carne uictitant. Nec frumenti, nec hordei uſus apud hos, quod ſciam; frequentatur: uerùm utuntur panico, & ficis. *

De Tataris.

† Circaſsis Mégrelijs, Ruſsisq́.

† Capham.

Chlænis ſiue lineis ueſtib. ueſtiuntur. Quãtum ad margaritas lapideſq́ precioſos pertinet, feliciſsimi & ditiſsimi cenſentur. Sagittæ eorum, necnon gladij barbariem redolent. Scuta habent qualia geſtant Daci. Pileis aũt plerunque utuntur, neque * quà attingunt Sarmatiam: neque ueſtitus ipſis eſt ex filis contextus, uerùm ouium uellera induunt. Agora Scytharum, magniq́ eorum regis, patet itinere quindecim dierum. Itaque regione fruuntur, quà ipſis commodiſsimum uiſum fuerit. Quidam numero pauci, diſperſi ab utroque latere, unum habentes ducem, Agoramq́ faciunt longiſsimam, & regionem depaſcunt, iumentis larga præbentes pabula. Reliqui in eum ordinem rediguntur, qui penes ipſos optimus eſſe creditur. Nam, regem ſolum, regniq́ proceres circulo circundant: munimentaq́ facientes, regiam ſedem regi præbent ex ligneis compagibus præparatam. Deinde partientes Agoram hãc uniuerſam in quaſdã partes, ſingulis magiſtratus ſeu duces prę́ficiũt: & quãdo imperauerit rex, cõfeſtim omnes aduolãt imperata facturi. Ea igitur tempeſtate cum Temires ductaret Aſiæ exercitum, Scythęq́ intelli-

Temirb in Tataros expeditio.

Digitized by Google

intelligerent eum aduerſum ſe hoſtiliter proficiſci : rex uniuerſa Agora in exercitum allecta, imponens onera plauſtris, proprijs uiribus hoſti obuiam procedebat. Exercitus partem præmiſit ad præoccupandas anguſtias montium, quà traducturus exercitũ Temires erat. Hos iuſsit fortiter reſiſtere hoſtib. eos aditu prohibentes. Qui dicto audientes fuêre. Temires accedẽs, exercitum rectà uerſus † Tanaim mouebat, à dextra habens montem Caucaſum. Vbi autem irruit in Scythiam, deprehendit Scythas caſtrametatos eſſe. Qui ut acceperunt aduentum Temiris, aciem inſtruunt, prælij copiam facturi. Ipſe quoque Temires ſuos in aciem educebat. Tandem in anguſtijs commiſere prælium: non tamen uicit Scythas Temires, uerùm propemodum æquo Marte eſt pugnatum. Dehinc cum receptui cecinißent, die poſtero iterũ ad prælium accingebãtur. Adeò aũt fortiter dimicarunt Scythæ, ut pellerent Temirem, planéque ut deſperaret ſe in ipſorum regionem intrare poſſe. Clades maxima ibi Temiris exercitui illata eſt à Scythis. Deinde cum non poſſet ſuperare anguſtias, exercitum abduxit, & domum reuerſus eſt. Aeſtate autem inſequenti conſcribens exercitum quàm potuit maximum, bello petere Aegyptum ſtatuit. Poſtea inito conſilio, transuerſis itineribus peragens curſus quàm maximos, omnem belli tempeſtatem in Scythas denuò uertit. Et quidem ſua celeritate Scythas præueniens, Scythiam ingreſſus eſt: & dimicans cum ijs qui ad anguſtias tutandas properabant, eos uertere terga coegit: neque id flagitium militię ducitur. Ita habent mores. Scythæ namque maximam iſtam commoditatem habent, ut in fuga ſe conuertere poſsint, prælíumque cum hoſte redintegrare, nihil interim periculi in fuga ſuſtinentes. Deinde cum Scytharum regem infeſto animo peteret, longius progreſſus eſt, & ad prælium ſuos inſtruebat. Scythæ eludentes Temiris conſilium, nocturno itinere profecti ſunt à caſtris eius ſtadijs circiter centum & uiginti. Horum ueſtigia toto die ſequutus Temires, tandem eos aſſequutus eſt. Quemadmodũ igiť antea, ſic & nũc noctu diſcedunt Scythæ. Itaque inſequendi ſtudio grauiter affligebatur Temiris exercitus. Hinc motus Temires, Scytharum regem ad prælium prouocat. Scythæ caſtra locantes eo die qui ſequebatur, ordines explicant, aciemq; contra Temirem dirigunt, in turmas collecti. Temires & ipſe ſuos in aciem educit: aciem mediam occupat ipſe. In dextro cornu Chaidarem cum Maſſagetis ponit. In ſiniſtro cornu filium ſuum Saruchum curare iubet. Hinc additi ſunt Perſæ, Aſſyrij & Chatagij, quotquot militantem Temirem ſequebantur. Cum iam utrinque ſatis inſtructi exercitus concurriſſent, tandem uehementi

† qui & Don.

Temerlanis celeritas.

Tartaricæ fugæ inſidioſæ.

prælio commiſſo, Scythæ nequaquam uictoria potiti ſunt. Proinde quaſi ui propulſaturi hoſtem, cooriuntur in Temiris exercitum. Cum autem nec ſic quidem cœpta ſuccederent, fugam ineunt, plurimis in eo prælio deſideratis. Ceciderunt quoque non pauci Perſæ. Poſtea cum prœliando nihil efficerent contra Temiris exercitum, circumducere parant hoſtes, ut eos intra regionem concludant. Verùm Temires cognitis Scytharum inſidijs, ſententiam mutauit, atque ex infeſta regione copias ducere inſtituit, priórque ad Tanaim peruenit. Poſtea in Iberiam Aſiæ delatus, iter per Colchiden intendit, tranſito fluuio Phaſide: qui ex Caucaſo monte fluẽs, uadit in Euxinum pontum. Tandem cum attigiſſet Armeniam, maturato itinere Cheriã uenit. Exercitus uerò quem armatũ in Scythas mouerat, grauiter afflictus eſt. Anno ab hinc tertio Scythæ ad arma conuolant, & ulturi temeritatem Temiris, impetum dederunt in regionem quæ ſupra Aſſyrios colitur. Temires rei acerbitate coactus, legatos miſit qui peterent pacem. Promittebat rex Temires, ſi pax daretur, & in fœdus reciperetur, ſe affinitatem iuncturum cum rege Odieo, & cũ uniuerſa Scytharũ Agora. Fœdus ergo ictum eſt, quo iubebãtur eſſe amici hoſpitesq; inter ſe. Compoſitis rebus in hunc modum Scythicis, Cœloſyriam ſubigere aggreſſus eſt. Adortus eſt Damaſcũ, eamq; urbem obſidione arctauit. Admouens deinde muro machinas bellicas, captam ui fœdè diripuit, cum fuiſſet urbs maxima, & felicisſima opibus. Hinc abduxit octo millia camelorũ. Raptis opib. plurimis ex ea urbe, præda multa & diuiti oneratus, domum remeauit. legatos quoq; dimiſit ad Soldanum regem Memphis, cum huiuſmodi mandatis: Regem Temirem poſtulare ut ſibi tradat Cœleſyriam. Quod ſi fecerit, bellum pace ſe mutaturum. Vt iſta legatio irrita fuit, armata manu cæpit & diripuit Damaſcum, urbem opibus uigentem. Tandem diſceſsit ea de cauſa quam infrà trademus. Rex Memphiticus regiõi imperat ampliſsimę: ab Arabib. incipiens, Cœleſyriã, Paleſtinã, nec tamen uniuerſam, & Aegyptũ ſuo imperio moderatur. Aſcendit aũt ad hoc inſigne decus Memphitici regni, tali ex cauſa. Quotuſquiſque de mancipiorum grege in iſta regione uirtuti adhæret, à rege in militum ordinem transfertur. Hi deinde regis ſatellites habentur, numero bis mille: & Mamalukides nominantur. Ex illorum numero quot quot peregrini ſunt, ad regis officia perficienda ordinantur. Hi paulatim etiam ad magiſtratus dignitatem aſcendentes, meliorem tandem aſſequuntur fortunã: & à rege in maximo honore habiti, præficiuntur ijs qui Melicamaridæ nuncupantur. ex quorũ regione illicò perueniunt ad regionem regis, & ad Memphiticum regnum, & ad imperium Aegypti

Temires cedit.

Phaſis fl.

Damaſcus obſeſſa.

Temiris legatio ad Soldanum.

Mamaluchi, qui utplurimũ Cercaſsi

gypti Aſiæq́ꝫ, necnon ad alios magiſtratus, qui ſub iſto rege ſunt. Melicamaridæ ſunt principes uiri, qui à rege creati præficiuntur inſignioribus oppidis. Vrbs Memphis (quæ & Alcairum) magnitudine hominũq́ꝫ multitudine totius orbis urbes facilè exuperat. Vrbis huius ambitus amplectitur ſeptingenta ſtadia. Nec noui urbem quæ melioribus gubernetur legibus. Quinquaginta myriades pulcherrimarum domorum habet. Vrbem mediam interſecat Nilus fluuius, aquã optimam & ſaluberrimã miniſtrans, ex monte Argyro ſcaturiens. Vniuerſam Aegypti regionem pulcherrimè rigat, foſsis, quę ſingulis locis fiunt, admiſſis. Hinc terra ea ubique commodiſsimè humectari poteſt. Religionem iſtam tenent Monothelitæ & Iacobitæ, gentes haud exiguæ. Religionem quidem Ieſu filij Dei ſe tenere dicunt: at plurimũ ipſi inter ſeſe diſſentiunt. Nec conſenſum pręſtant in religionis negocio uel Gręcis, uel Romanis. Plurimi Armeni in regione iſta etiã Monothelitæ & Iacobitæ, necnon plurimi Manichæi habitant. Extenditur autem Memphitici regis regio à Libya uſque ad † Chalepiã urbem Aſię. Plurimæ in Aſia & Aphrica Europaq́ꝫ gentes uenerantur iſtum regem ut ſacerdotem, in ijs quæ ad religionem & Mechmetis legem ſpectant. plurimi namque iſthic hærent qui operam dant Mechmetis legib. diſcẽdis. Etiam ab antiquis ſacerdos habitus eſt, ut qui eius gẽtis literis Mechmetis leges acutiſsimè explanare poſſet. Sepulchrũ Ieſu ſub poteſtate iſtius regis in Palęſtina ſitũ eſt, unde plurimum lucri ei accedit. Cuſtodię huius ſepulchri, uiri de familia regis illuſtriſsimi deſtinãtur. Extendit ſe Aegyptus ab Alexandria & Tyro uſque in Ituream regionem ſtadijs maximè 88. Nilus autẽ fluuius Aegypti exhauritur in mare uerſus Boream uentum, iuxta Alexãdriam Aegypti. Hinc incipit Palęſtina, tendens uſque ad Cœleſyriam. In hac regione Ieſu celebratur ſepulchrum, ſitum in urbe Hieruſalem, quę deuaſtata eſt cum maritimis regionibus. Cœleſyria panditur in Arabiam uſq́ꝫ ad mare rubrum, uerſus Orientẽ iter facienti. Tranſeuntem id mare excipit arenæ uaſtitas, quæ ſuperanda eſt petentibus ſepulchrum Mechmetis. Hæc eſt regio Memphitici regis, cui additur & Phœnicia. Eſt huic regi quoque in mari maxima potentia. Samus ei ſuppeditat naues & triremes. Cyprum ſubegit. Naues mittens cum militibus aduerſus Rhodum & Cyprum, urbem obſidione afflixit. Actis autem prædis ex inſula plurimis, aliquot diebus oppugnationi intentus fuit: quæ cum parum ſuccederet, abducto exercitu domum reuerſus eſt. Cyprum quidem ſuo imperio adiunxit, capto eius rege: & ex eo tẽpore Cyprus Memphitico regi tributũ ſoluit. Quin iam olim quoq́ꝫ iſtã inſulã huic regi paruiſſe arbitror. Verùm

Alcairum Memphis.

Nilus.

† Alepium, olim Epiphaniam.

Aegyptus.

Palæſtina.

Cœleſyria.

Galli ut acceſſerunt ad Ieſu Dei ſepulchrum, inſulam eam in ſeruitutem redactam cępêre, claſſem parantes magnam, uireſq́ꝫ haud contemnendas. Eo modo & Veneti † Amariam urbem opulentam occupantes, diu eam tenuêre, ut portum ad Aegyptiacas merces cõmodiſsimum. Hinc ſucceſsione longa reges Gallorum iſti inſulæ præfuêre. Etiam Arabes huius inſulæ partem tenent, nec non Phamaguſtam urbem opibus florentẽ. Et ſanè Memphitico & Aegyptiaco regi bellum eſt aduerſus Arabes, & Afros, ꝓpter regionis limites uſq́ꝫ diſsidentes, & inter cætera etiam manus conſerentes. Et quidem * Chalepia urbs eius in Aſia magna, & diues opum, merces præbens Aſiæ & Arabiæ. Equos iſta regio producit perquàm generoſos. Etiam Aegyptus, necnon ea regio quæ uerſus Libyam excurrit, gignit equos generoſos, & camelos. Chalepiam urbem ſuo dominio adiecit Temires, cum arma inferret Damaſco: & ſubacta Cœleſyriæ non modica regione, diſceſsit huiuſmodi cauſa motus. Nam Chatagiæ rex, unus de numero nouem ducum, etiam Indię imperitabat. Hic Araxem traiecit, Temiriſq́ꝫ regionem uaſtans, mancipijs captis plurimis, domum redijt. Fama eſt, cum in armis habuiſſe circiter quadraginta & centum myriades hominum. Temires autem regione excedens, & muro loca Chatagiorum regioni finitima firmans, quàm celerrimè hoſtem inſequutus eſt: nec eum uel in Perſarum, uel in Candiorum regno indipiſci ualuit. Hinc legatione miſſa, bellum pace mutatum eſt, cum in animo agitaret, Paiaziti Amuratis filio arma inferre hoſtilia. Pax autem hac conditione cõpoſita eſt, ut tributum magnũ quotannis pẽderet, ꝓ Maſſagetarũ regione, quã armis ſubegerat. Bellũ hoc ut intercedente fœdere fuit ſopitum, accidit ut cauſam ducum inferioris Aſiæ ſuſciperet. Venerant enim numero circiter centũ, & Melitinem urbẽ auſpicijs Paiazitis obſidione circundederant. Comparato itaq́ꝫ quàm potuit exercitu maximo, hoſtili animo profectus eſt contra Sebaſtiam, Cappadocię urbem opibus uigentem: quę quondã, ut apparet, regis Turcorũ ſedes regia extitit. Ex hac eñ antea prodeũtes Turci, ſubegêre regionem Aſiæ non modicam uſq; ad Helleſpontum: & iam magna manu aduenientes, incurſionem fecêre in regionem quæ exaduerſo Byzantij ſita conſpicitur. Temires itaque ut aduenit, urbem exercitibus circumſedit. Paiazites fortè tum aberat, quia expeditionem ſuſceperat cõtra Lebadiam Bœotiæ, & contra Peloponneſum, Theſſaliamq́ꝫ. Reliquit tamen Sebaſtiæ Orthobulem filium cum exercitu. Quæ omnia cum in eum modum diſpoſuiſſet, ipſe contra Peloponneſum copias duxit. At ut accepit, Sebaſtiam à Temire oppugnari, mutato conſilio reuerſus eſt: nec potuit irrumpere in Peloponneſum.

† Amathũta, quæ nũc Limiſſo.

Alepum occupat Temires.

Sebaſtia obſeſſa & expugnata.

Orthobules Paiazitæ F.

Cum

Digitized by Google

Cum maturaret iter in Aſiam, audiuit Sebaſtiam eſſe captam. Temiremq́ mancipijs collectis plurimis abijſſe Cheriam. Vt enim Temires impetum in murum dedit diebus aliquot, oppidani uim hoſtilem fortiter propulſarunt. Cum autem haberet octo millia foſſorum in caſtris, ijs negocium dedit, ut cuniculos agerent ſubterraneos, per quos ubiq; poſſent emergere in urbem. Et quidem oppidani ſenſerant id parari. Proinde & ipſi fodiendo hoſtibus occurrebant: uerùm pellebantur. Amplius enim efficiebat Temires, ut qui foſſorum numero excelleret. Muri cum iam undiq; eſſent ſuffoſsi, hoſteſq; ſtarent in aggere excelſo & ligneo, ignem iniecerunt, muriq; ſua ſponte corruerunt. Deinde per loca ruinis patentia irruentes Temiris milites in urbem, eam in hunc modum occuparunt. Oppidanos, ſic imperante Temire, capta iam urbe, illicò occiderunt. Liberos & mulieres eius urbis, in unum locum agẽs, immiſſo equitatu omnes trucidauit. Vrbis iſtius adeò miſerabilis clades fuit, ut nec uir, nec mulier, neq; etiam puer aliquis potuerit exitium ſubterfugere. Homines in iſta urbe fuerunt plurimi, adeò ut penè ſuperarent numero duodecim myriades hominum. Præterea reperta magna leproſorum multitudine, omnes interfici curauit. Hos enim ubicunq; adeptus foret, incolumes abire haud ſinebat: nequaquam fas eſſe dicens, ut hi ſuperſtites ſint, reliquoſq; homines inficiant, ipſi plerunque miſerrimè uiuentes. Fama exijt, excidiũ urbis iſtius miſerrimum, ſuperaſſe calamitates omnes, quæ in ullas unquam redundarũt urbes. Orthobulem Paiazitis filium, cum uiuus in manus ueniſſet, aliquot diebus ſecũ circunduxit: poſtea cuidam negocium dedit, ut eum interficeret. Paiazitem, ut urbis excidium miſerabile, filijq; interitum accepit, calamitas luctuſq; apprehẽdit maximus. Tranſiens enim in Aſiam, ut uidit paſtorem quendam tibia canentem, fertur dixiſſe, mœrorẽ ſuum indicans quàm acerbus eſſet: Cane cantilenam, cuius argumentum ſit: Neq; Sebaſtiam amittas, nec etiam filium Orthobulem. Erat enim Orthobules æqualium ſuorum optimus, etiam belli dux haud contemnẽdus. Quapropter non ab re relictus eſt à patre in Aſia, ut regnum adminiſtraret eo modo, quo ſibi putaret commodiſsimè habere. Expeditio Temiris contra Sebaſtiam hunc finẽ ſortita eſt. Nec multo pòſt legatio miſſa eſt ad Paiazitem † Lælapa, quæ iuſsit ut ducibus reſtitueret regionem. Daret tantum butyri, quantum ferunt duo millia camelorum. His adderet duo millia tẽtoriorũ, cuiuſmodi in uſu habẽt paſtores per Aſiam. Poſtulabatur quoq;, ut per uniuerſum Paiazitis regnum Temires pronunciaretur rex. Volebat quoq;, ut Paiazites in ſuam regionẽ Temiris numiſma reciperet, & ſuum irritum faceret. Poſtremò imperabatur, ut unus de numero filiorum Paiazitis militaret in Ianuis Temiris. Quod ſi Paiazites hæc faceret, fore eum amicum & neceſſarium regis Temiris: ſin autẽ has petitiones auerſaretur, ſciret Temirẽ ipſum pro hoſte habiturum. His auditis, ferunt Paiazitẽ ira cõmotum, illud reſponſum dediſſe, quod ſuprà declarauimus, uidelicet: Si non ueniat, quẽadmodum minitatur, precor uxorẽ ſuam ter repudiatam recipiat. Quod quidẽ dictũ magnam infamiam importat ei, in quem dicitur. Cum igitur cum tali reſponſo legatos dimiſiſſet, Temires expeditionem ſuam, quam animo uerſabat, non amplius differt contra Paiazitem. Sed confeſtim contractis copijs quàm potuit plurimis, Scytharum & Tzachaidarum, qui præſtò erant, delectu habito, conſcripſit exercitum qui complectebatur octuaginta myriades hominũ: & profectus eſt cõtra Paiazitẽ, per Phrygiã Lydiamq; iter faciens. Paiazites ut hoſti obuiam procederet inſtructus, cõparauit & ipſe quàm potuit exercitum maximũ, aſſumptis etiam Tryballis ſatellitibus ſuis, qui numero erant quaſi † decem mille. In his ſpem maximã habebat Paiazites, ut qui fortitudinis eſſent ſemper memores quocunque ueniſſent. Quos cohortabatur, dicens: Alexander Philippi Macedones * habens, tranſgreſſus eſt in Aſiam, crimini dans Dario Xerxis in Græcos expeditionem, pauca ſuorum manu pergens in hoſtẽ, Darium deuicit, & Aſiam ſubegit, peruenitq; uſq; ad † Phain Aſiæ. In ſpem erigor & ipſe, me facilè noſtro exercitu deſtructurum Temiris regnum, & deinde acceſſurum ad Indos uſq;. Aſſumens itaq; Europæũ Aſianumq; exercitum, qui complectebatur quaſi duodecim myriades hominũ, rectà iter inſtituit aduerſus Temirẽ, cupiens eum præuertere, & in ipſius regione caſtra locare iuxta Euphratem, animo agitans ibi dimicare cum Temire. Temires quidẽ exercitum per Phrygiam ductabat: at Paiazites citato agmine ferebatur per Cappadociam, præoccupare uolens Euphratem per Armeniam. Vt autem, cum foret in Armenia, accepit Temirẽ iam in ſuam acceſsiſſe regionẽ, iter per Phrygiam facientẽ, mutato conſilio rectà in Phrygiam contendit: ubi obuiam progredi Temirem intellexerat. Cum autem acceleraret iter, accidit ut exercitus longo itinere grauiter uexatus, Paiaziti indignaretur, quòd ipſorum opera, etiam ſua audacia, cum nulla neceſsitas moneret, abuteretur. Præterea contigit, ut exercitus affligeretur maxima frumẽti & hordei inopia, propter Pruſam. Hinc equitatus grauiter periclitabatur. Exercitus rem iſtam iniquo animo ferebat, & iam detrectabat militiam. Seueriter enim interdictum erat, ne quis manus admoliretur frumẽto: addens, ſe acerbius uindicaturum eum, qui fraudem huic ſuo edicto feciſſet. Fama eſt, cum caſtra-

Temiris in Sebaſtenos crudelitas.

Orthobulis cædes.

† Lælaps uulgo dicebatur, id eſt procella ſiue turbo, Turcica lingua Hyldrin.

Paiazæ copiæ.

Al. mille.

* Numerum non habet exemplar Græcum.

† Al. Euphain. al. Hyphaſin.

caſtrametatus eſſet in Cappadocia, uenti turbinem uiolentiſsimum incubuiſſe exercitui, adeò ut tentoria diſiecta, & in ſublime tracta deſtrueret planiſsimè. quod quidem exercitus pro omine parum fauſto accepit. Poſtea cum in Phrygiam mouens caſtra communiuiſſet, tentorium ſuum in tres pueros, qui ibi aderāt, ſua ſponte ceciderat: ſiue quòd terra nequiuerit ſuſtinere retinacula, ſiue alia eſt cauſſa in quam caſus ille reduci poterit. Quidam Græci & Tryballi qui præſtò erant, omen id eſſe dicebant, ne aſcenderet in Phrygiam.

Paiazites ſana conſilia contemnit.

Ferunt tamē, priuſquam tranſiret in Aſiam, Aliem Charatinis filium, uirum eorum qui cum Paiazite erant prudentia primariū, conſuluiſſe, ne exercitū contra Temirem duceret: uerùm anniteretur ut iſta controuerſia quàm tutiſsimis rationib. diſſolueretur & cōponeretur. Se legatū fore in hac re promittebat, & iuxta animi ipſius ſententiam Temirē reconciliaturum. Paiazites reſpondit: Nunquam tantum felicitatis conſcendiſſem faſtigiū, nec etiā tot duces imperiū accipere coegiſſem, ſi tuæ prudentiæ me cōmiſiſſem. Impetu uehementi, meaq́ generoſitate ductus, tanta opera deſignaui. Præterea quidā reges fortunam & audaciam ſequuti, neglecta prudentia, eximia fecēre opera: cum reliqui interim, qui in omnibus prætulerūt prudentiam, turpiſsimè perierint. Cum in Armenia foret, animus erat uniuerſis copijs in aciē eductis, ſumma ui certare cū hoſte. Adhibitis igitur in conſiliū optimatib. ut prælium faciendū eſſet, deliberabat. Cum eſſent quorū ſententiæ in utramq́ partem inclinarēt, fama eſt * Praimen † Alcis filium, qui plurimum pollebat apud Paiazitem, ſic loquutū eſſe:

* Charambeus Halies F.
† al. Hali.
De bello conſultatio.

O rex, contra uiros adornas prælium, qui peritia rerum bellicarum feruntur eſſe primi ab ijs qui eorum animos & uirtutem ſunt experti. Cum his ego quoq́ ſæpius in colloquiū ueni, audiuiq́ uirtutem eorum miris modis celebrari. Præterea annunciatur, Temiris copias multis modis numero ſuperare noſtras. Itaque ut modò utrorumque intellexi ſententias, ſi & meū dandum eſt conſilium, conſuluero, noſtro exercitui fidēs, irruere in caſtra Temiris.

Praimi Halis ſententia.

Veruntamen & ſi prælij aleā iecerimus, pręliiq́ nos uictores declarauerit, neſcio ſi quæ inde nobis ſit futura utilitas. Sed ſi hoſtiū regionem fuerimus ingreſsi, ibiq́ prælij fortunam fuerimus experti, cōmoda plurima feremus, pugnaturi uidelicet pro regno & potentia Temiris acquirendis. Nunc aūt ſi ſummā rei certamini cōmiſerimus, ea nequaquā euenient. Sin autem, abſit omen, in contrariū res ceciderit, uide quæ damna paſſurus ſis, amittens potentiā tantam, regnumq́ tantum? Apparet igitur, quòd tu & ille non ex æquo pugnetis. Arbitror autem nec Temirem, ſi modò ſapit, cum uniuerſo exercitu prælium initurum: uerùm copias ſuas diſtribuet in turmas magnas & multas, & in hunc modum nos tentabit. Et ſi reſiſtentes fortiter turmam unam uicerimus, alteram & recentem nobis opponet tamdiu, donec laborantes deficiamus, illis ſtrenuè pugnantibus. Haud enim ſic Temiris copiæ ſunt comparatæ, ut, ubi ad prælium uentum fuerit, ſtatim in fugam abeant: uerùm etiā in fuga nobis meliores ſunt, & facilius in unum colliguntur diſperſi, magna uirtutis edentes opera. Cenſeo itaque non obuiam eundum eſſe Temiris exercitui: uerùm melius & utilius mihi uidetur, ut eum ſubſequamur, per montes quàm proximè ſemper inſtantes, eiusq́ exercitum lædentes, ubicunque occaſio ſe dederit. Hinc apparebit à populationibus eum cohibitum iri, dum nos ei uſque incubuerimus, nullibi ſubmoti longius. Nec etiam ſatis frumenti acquirere poterit: proinde commeatus ſufficiens deerit. Vbi autem in hoſtilem uenerimus regionem, ſequuti Temiris exercitum, ibi demum manus cōſeremus cum hoſte, cupiente redire domum. Hæc cum peregiſſet Praimes, reliqui duces pedibus in hanc ſententiam ibant. At Paiazites talem exorſus eſt orationem:

Paiazitis oratio.

Multitudo hoſtilis exercitus, quantum intelligo, uobis terrorem infert. Verùm & uos noſtis, multitudinem inconditam nihil ſani uel momenti habere, ſi uirtus ei opponatur. Scitis Xerxem Darij filium, regem Perſarum, copias quantas in Europam tranſiens ſecum adduxerit, & propemodum peremptus abierit, niſi Mardonius periculum ſubſtitiſſet, & indicaſſet ei mortem imminere, niſi confeſtim rediret Suſa. Etiam haud uos fugit, ut Alexāder deuicto regi Dario regnū ademerit, ipſumq́ interfecerit. Plurimos audiuiſſe reor, paucā Turcorū manum ſæpe ſtrenuè rem geſsiſſe, magnaq́ fortitudinis opera patraſſe. Et nos frequenter in Europa præliantes, Gallos & Pannones, gentes earū quas orbis habet generoſiſsimas, in fugam coniecimus. Quapropter ne nos contēpſeris, & ne peiores contemptioresq́, quantum ad fortitudinem attinet, nos Scythis & Tzachateis oſtenderis: qui nunquam gladijs rem gerunt, ſed ſagittas & iacula emittentes, nunq́ libenti animo ad pugnam accedūt. Vt dicendi finem fecit rex, unus de numero nouem ducum huiuſmodi ſermonem habuit:

In auarum principem ſcomma.

Quoniam igitur, ô rex, certum eſt, & animo tuo iam fixum, ut in hoſtem pergamus, agè theſauros tuos reclude, & diſpartire eos per exercitum laborantem. Vtcunque inde belli ceciderit alea, ſi in eum modum theſauros militibus diſtribueris, nobis hi lucro erunt. Si uictoriæ caſum inuenerimus, immenſa bonorū aderit copia. Si Perſa uicerit, non pœnitebit, quemadmodū conſulo, cum theſauris egiſſe. Paiaziti tamen perſuadere nequiuit. Hinc fertur dux dixiſſe: Ergo Temiris ſignum Paiazitis numiſma tenet. Quare permotus, non audet

Digitized by Google

au.let id diſtribuere per milites. Hæc quidẽ hactenus deliberabat Paiazites. Poſtea proficiſcens, cum nihil perficeret, peruenit † Vncram Phrygiæ urbem. Ibi cum exercitu erat, & Temires bellum promouens contra Myſiam, animo agitans bello petere Pruſam, regiam Paiazitis ſedem. Cum autem appropinquaſſet Temiris exercitui, etiam ipſe caſtra poſuit, ſpacio inter utrorumq; caſtra relicto ſtadiorum quindecim. Fama eſt, Temirem, ut accepit in propinquo eſſe cum exercitu Paiazitem, uiri audaciam admodum eſſe miratum, uidelicet quòd tanta celeritate ex Armenia ueniſſet, & iam ex aperto ſecum bellum gereret. Conſcenſo igitur equo, profectus eſt, & quàm proximè potuit ad Paiazitis caſtra acceſsit. Vt autem cuſtodias & uigilias, necnõ ſitum caſtrorum eſt ſpeculatus, cum riſu fertur dixiſſe: Dignus profectò uir ille eſt, ut † turbini conferatur, non propter ſuam uirtutem, uerùm magis propter inſignẽ audaciam. Attamen præclarè ſecum actum eſſe putabit, ſi poterit incolumis effugere. Genio ſuo parum dextro inſtigatur, adeò planiſsimè inſanit uir ille, nec rationis amplius compos eſt infelix. His dictis ut finem ſtatuit, celeriter in caſtra ſua reuerſus eſt. Poſterò die cum delecta manu militũ numero circiter * miſit Sachruchum filium contra Paiazitem. Qui, ut accepit aduerſum ſe properare hoſtem, aciem inſtruit in colle quodam, quaſi pugnæ copiam facturus. Siniſtrum cornu tenebat dux ab Oriente, dextrum regebat dux Europæ: in medio autẽ curabat Paiazites cum peregrinis & ſatellitibus ſuis. Sachruchus habens Tzachataidas & Perſarum optimates, pergebat agmine cõpoſito contra Paiazitem: nec tamen eos circumuenire ſtatuebat, concedens ipſis abeundi, ſi uellent, locum: ne ſcilicet circumuẽti ab omni parte ex deſperatione, quaſi incluſi, animos ſumerent, & acrius pro ſalute deinde certantes uictoriam inuenirent, primò agreſſus eſt Europæ exercitum. Vt autem pugna ad multum diei eſt extracta, neq; quietem à pugnando Paiazitis milites haberent, ibi Tryballi priſtinæ ſuæ uirtutis memores, prælium ciebant magna cum fortitudine & gloria: impetumq; dantes in Tzachataidas, haſtas infregerunt, magna cum uehemẽtia prælio incumbentes. Paiazites ut conſpicatus eſt Europæum exercitum longius à ſe euectum cupidine pugnæ, illicò ducem Europęi exercitus'reuocat, timens, ne ſi eius exercitus eſſet longius à monte ſubmotus, ipſe ab hoſtibus circumduceretur, & in periculum uitæ ueniret. Iubebat igitur eum regredi in eum locũ, ubi ab initio collocatus erat. At dux primò nequaquam dicto audiens fuit, ueritus rem quæ parabatur. Deinde cum rex uiolentius ſæuiret, nec conuicijs abſtineret, paruit, aciésque reuocata eſt. Ibi tum Tzachataides acriter inſtantes, occidebant Turcos plurimos, donec terga darent. Qui cum fugerent perſequentibus hoſtibus, etiam exercitus Aſianus haud ſtetit, uerùm continuò fugam arripuit. Paiazites, uidens in quo ſtatu res ſuæ eſſent, conſcendit equam, totis'que uiribus fugit. Temires, cum prius præconium dimiſiſſet per caſtra, ne quem de Paiazitis exercitu caperent, & ad mancipiorum conditionem miſeram deducerent, curauit ut ſpoliatis abire liceret. Non enim fas eſſe ducebat, ut gentiles ſuos ad manicipiorum formam redigerent. At Paiazites contrarium, antequam prælium iniretur, per caſtra uoce præconis nunciari iuſſerat, nempe ut quemcunque de Temiris militibus fuerint nacti, eum illicò obtruncarent. Sachruchus igitur ut in fugam uerterat hoſtem, iam Temiris copiæ, quæ in caſtris expectarant, iunctæ pugnantibus impetu ferebantur, uolentes præuertere Paiazitis exercitum. Conuerſi itaque ad populationes, maximam uaſtitatem'fecere in Ionia & Helleſponto. Vici occupati ſunt plurimi: oppidula in deſolationem migrarunt plurima, ubique equitibus Temiris in Paiazitis regione graſſantibus. Interim autem hæc accidere Paiaziti fugiẽti. Cum fugeret perniciſſimo curſu, fugientem inſequebantur Tzachataides, affectantes eum capere. Iam multum itineris fugiendo confecerat, ut qui uelocisſima ueheretur equa. Poſtea quum fortè ueniſſet ad flumen, equa intoleranda ſiti ſtimulata, bibere cupiebat. Paiazites autem chiragra & podagra grauiſsimè laborabat. Proinde equam'a potandi cupidine inhibere haud poterat. Equa igitur ut bibit, parum diſſoluta, nonnihil de curſus pernicitate remiſit, adeò ut milites Temiris Paiazite potirentur, captum'que ad ſuum regem traherẽt. In hoc prælio captus eſt Moſes: capti ſunt reliqui penè omnes Paiazitis duces. Nec tamẽ quicquam periculi paſsi ſunt, niſi quòd ueſtibus ſunt ſpoliati. Etenim Moſes uidebatur reliquis præſtantior robore: proinde eum circumductum ſecum in caſtris habuit, uictum miniſtrans. Paiazitis uxor in hoſtium manus uenit Pruſæ. Nam incurſionem etiam in Pruſam fecerunt, & gynæceum inde rapuerunt. Eleazari filiam, Paiazitis uxorem, rapientes abduxerunt ad regem. Mulſumanes, † Ieſus, Mechmetes, & reliqui Paiaztitis filij, in hoſtium poteſtatem uenere. Qui in Europa & Aſia erant, ut poterant, ſaluabantur. Paiazitem, cum adductus eſſet in conſpectum regis, ſic Temires alloquutus eſt: O' infelix, q̃d adeò malum tuum coegiſti genium, ut nos bello laceſſeres? An'nõ audiuiſti, quòd meo exercitui miſerorum filij reſiſtunt? Paiazites reſpondens, inquit: Nequaquam ad tantam felicitatem ueniſſem, ni tu mihi negocia feciſſes, cæterà quoque prouocatus à gentibus

† olim Ancyra, nũc Angori.

† Dictus enim eſt Paiazites Læ-laps.

* Numerus non eſt in exemplari Græco. Sed Schiltperger, qui interfuit, ponit ſedecies centũ millia uirorum, & mille camelos. Paiazitæ uerò attribuit quaterdecies centũ millia uirorum.

Tamerlanis uictoria circa ann. Chriſti 1397.

Paiazitæ fuga.

Paiazites captus.

Pruſa regia capta.

† Ioſue.

Digitized by Google

tibus Heroi noſtro infeſtis. Verùm, ait Temires, ſi nō adeò ſublati tibi eſſent animi, nunq̃ ad iſtam præcipitatus eſſes miſeriam. Sic namque ſolet numen plerunque faſtuoſos deprimere, & ad humilem fortunam deijcere. Deinde miſit Temires Paiaziti accipitres & canes, & reliquum huiuſmodi apparatū, ut qui uenatori potius, q̃ Imperatori in hoſtes ducenti comparandus eſſet. Aiunt Paiazitem habuiſſe ſeptem millia uirorū, qui accipitres curarent: præterea aluiſſe canes ſexies mille. Reſpondens itaque Temiri Paiazites, inquit: Verùm, ô Temires, qui es Scytha & latro, latrocinandi'que artem uſque exerces, ſatis ſcio parum tibi conuenire cum canum accipitrum'que ſtudio. Mihi uerò, qui ſum natus & educatus ab Amurate Orchanis filio, qui ambo reges extitère, congruit canum & accipitrum ſtudium. Rex Temires hoc reſponſo grauiter offenſus, impoſitum mulo per caſtra agi iubet, propinans eum militibus deridendum. Vt autem iam omnibus ſatis ridiculo fuit, reductum ad ſe interrogauit, an etiam ſui generis & iſta ſtudia ſint, quemadmodum accipitrum & canum? Deinde Paiazitem in uincula coniecit. Motis poſtea caſtris, iter in Ioniam & finitimam eius regionem intendit, in animo habens ibi hybernare. Vere appetente, in Europam profectionem parabat, quemadmodum ſuprà docui: ut in eam tranſuectus, uniuerſam in ditionem acciperet, uſque ad Herculis columnas progrediens. Inde in Libyam iter auertere, & ex Libya in ſuam regionem redire in animum inducebat, uniuerſa iſta orbis continente imperio ſuo iuncta. Miſit legatos ad Byzantij regem, petens liberū tranſitum, & naues triremesq́, quibus copias ſuas tranſmittere poſſet. Etiam iſtam iniuriam Temires Paiaziti fecit. Vt enim Eleazari filia, Paiazitis uxor, quam prę cæteris ardentiſsimo amore complectebatur, & ſecum in caſtris ſemper habebat, captiua abducta eſt ad Temirem, iuſſa eſt in conſpectu mariti ſui uinum infundere. Hinc Paiazites ira accenſus, in hæc uerba prorupit: Neque paterno, neque materno tuo genere digna facis. Cum enim natus ſis ex parentibus idiotis, & inglorijs pauperibusq́, haud tibi decorum eſt adeò turpiter inſultare regum liberis & uxoribus. Hoc modo etiam eos qui tibi natura ſunt domini, probris oneras. Hæc dicens, ingentem riſum mouebat Temiri, qui hominem pro ludibrio habebat, ut qui nihil ſani nec diceret, nec ſaperet. Paiazitis duces cum in colloquium ueniſſent cum Temiris foſſoribus, eos promiſsis accendebant, daturi immenſam argenti uim, ſi cuniculo acto in eam caſtrorum partem, ubi uinctus aſſeruabatur Paiazites, emerſiſſent, eúmque inde eripuiſſent. Fodientes itaque uerſus caſtra & tentorium, ubi in uinculis erat Paiazites, tandémque prorepentes, uiſi ſunt à cuſtodibus, & capti. Non enim intra tentorium, ubi Paiazites erat, ſed extra ex cuniculo prodierunt, ubi uiri erant quibus Paiazitis cuſtodia à Temire erat mandata. Ea igitur parte ex cuniculo foſſores egreſſos & captos, rex iuſsit obtruncari. Veniens autem Smyrnam, eam urbem rotis cæpit. Præterea arcem in litore ſitam, in qua erat Romanorum præſidium, ſuffodiēs, penitùs ſubuertit. Hanc ubi occupauit, etiam à reliquis ius belli non abſtinuit: uerùm accedens oppida, quà ſibi uidebatur aptiſsimum, aggrediebatur. Vt autem uer iam appetierat, * Rotis urbes capiebat Temires. Hæ erant circuli, & intrà ſcalas habebant quibus aſcendebatur in muros. Et quando in foſſam dirigebantur, recipiebant uiros ducentos ſeparatim poſitos, donec ſinguli rotas intrarent. Poſtea ueniebant in alteram, quæ ex aduerſo erat, foſſę partem, ſatis muniti & tecti à rotis. Quò cum ueniſſent, ſcalas conſcendebant, & eo modo capiebant urbes. Deinde reliqui, qui erant in caſtris, urbem uallo cingebant, aggereſque fundebant, qui facilè murum ſuperarent: ex quibus deinde muro facilè potiebatur. Præterea foſſores habuit Temires circiter decem mille, qui ſuffoſſum murum ſuſtentabant excelſis lignis, quæ deinde accendebant: quibus concrematis, muri nemine impellente procidebant: per nudata inde muro loca milites ruebant in urbem. His tribus modis Temires in oppugnatione urbium utebatur. Ver ut iam illuxit, legati ueniunt, qui referebant Indorum regem cum magna manu adueniſſe, urbémque Cheriam intolerandis malis affeciſſe. etiam ad theſauros regios procedentem, tributo anni adempto, domum abijſſe. Minæ quoque ferebantur, Indorum regem nolle amplius fœderatum eſſe Temiri. Hæc ut Temires intellexit, terror ingens iniectus eſt, ne, ſi redijſſet legatio ad regem Indorum, ipſe exercitum armaret, regionémque hoſtiliter accedens occuparet, ſe interim externis occupato bellis. Simul etiam rerum humanarum conditio mentem tangebat, quæ nullo in loco ſatis firmas tutas'que res conſiſtere patitur. Deinde grauiter ferens, Indorum legatos adeò impudenter ſibi contumeliam feciſſe, citato agmine Cheriam properauit, Paiazitem & filium eius ſecum uehens, cuius parum reſpectum egit. Proinde in patriam fuga euaſit regionem. Paiazitē aūt tradunt præ nimia ægritudine ęgrotantē, fato functū eſſe. Hunc uitę exitum habuit Paiazites, mirabilē tum impetum audaciamq́ oſtendens, quócunque perueniſſet. Annis regnauit uigintiquinque, res præclarè in Aſia Europa'que gerens. Adeò autem præfractus & temerarius erat, ut neminem monentem ſequeretur, ſed ſibi ſoli confideret, quando eundum erat in hoſtes.

Temiris arrogantia.

Seruilia ingenia liberis inſultant.

Turcorum in dominum pietas.

Smyrna capta.

Ratio expugnandarum urbium triplex.

Foſſores.

Paiazitis mors.

Expirauit in Ionia, cum eò in hyberna mouiſſet Temires. At Indorum rex, de quo nunc uerba facimus, unus eſt de numero nouem regum, & Tzachataæ rex appellatur. Conſtat eum fuiſſe de grege nouem illorum regum, qui per Maſſagetas exercitum magnũ contra Temirem miſit. Qui tranſito Araxe, & pleraque regionis parte quæ ſubiecta eſt Temiri, ſubacta, domum reuerſus eſt. Suo imperio parent Syena, India, & † Chypriſa. Huius regio patet ultra Taprobanen inſulam, uſque in Indicum mare, in quod deferuntur Ganges, Indus, Anythines, Hydraſpes, Hydraotes, Hyphaſis, fluuij regionis iſtius maximi. Indiæ autem regio multa ſuppeditat bona, magnam'que fundit felicitatem: ſed totius Indiæ imperium penes hunc regem eſt, qui profectus ab ea regione quæ ſupra Gangem eſt, & à maritima Indiæ regione, necnõ à Taprobane inſula, uenit ad regem Achatagiæ, quæ intra Gangem & Indum eſt ſita.

Indorum imperium, regio, ſitus, mores.

† Xypriſa.

Qua deinde ſuæ ditioni adiecta, urbem eius regionis regni ſui ſedem declarauit. Exinde unius imperio uniuerſa gubernatur India. Rex iſte, & qui Chatagiam regionem incolunt, Deos eſſe cenſent, quos colunt, Apollinem, Dianam, Iunonem'que. Diuerſa inter ſe utuntur lingua: haud enim omnibus eadem eſt. Siquidem in plurimas diſcreti gentes reguntur, abundante hominum numero tam in uicis, quàm in urbibus. Victimas immolant equos Apollini, boues Iunoni, Dianæ pueros iam pubeſcentes. Hæc ſacrificia frequentantur quotannis. Regio iſta producit, ut fama eſt, frumentum, cuius altitudo excedit quindecim cubitos regios. eadem etiam hordeo altitudo eſt, ſimiliter & panico. Arundineis autem nauibus utentes, flumen traijciunt. Fert regio illa, ſic enim fama habet, arundinem tantæ magnitudinis, ut ex ea ædificentur naues, quæ capiunt medimnos Grecos quadraginta. At genus iſtud hominum, cum nobis parum ſit cognitum, fit ut plurima quæ de illis feruntur, nullam apud nos fidem inueniant. Nam cum India à nobis quàm longiſsimè ſubmota habitetur, ignoratur quibus moribus, & qua uictus ratione Indi utantur. Hoc hominum genus cum robore plurimum præſtaret antiquitùs, Perſarum & Aſſyriorum reges, qui Aſiam imperio temperabant, coluiſſe fama tenet. Semiramis & Cyrus Cambyſis filius Araxem tranſeuntes, quondam magnam belli molem eò uerterunt. Nam Semiramis Aſſyriorum regina, arma contra Indorum regem maximo apparatu mouens, ubi flumen ſuperauit, clade ſuorum maxima accepta, occubuit. Præterea Cyrus filius Cambyſis Perſarum rex, traiecto fluuio cum Maſſagetis cõgreſſus, in grauiſsimũ præcipitatus eſt periculum, ibi peremptus à muliere † Mæra Maſſagetarum regina. Temires, ut allatum

Arundo Indica.

† Thomyri.

eſt quæ feciſſet Regis Indorum legatio, maxima celeritate Cheriam ſe recepit. Paiazites, ut ſuprà diximus, in itinere præ ægritudine naturæ debitum ſoluit. Moſes, Paiazitis filius, dimiſſus à Temire, in patriam profectus eſt regionem. Rex Temires ut peruenit in ſuam regiam, quæ ad regni curam attinebant, ſumma diligentia exequutus eſt. Deinde hoſtili animo ſumpto, bellum cum Indorum rege ex profeſſo gerebat. Haud multo pòſt pax inter utrumque conuenit. Temiri nati ſunt filij, Sachruchus, Paiangures, & Abdulatriphes. Sachruchum filium natu maximum regno præfecit. Ipſe autem amori operam dans, totúmque huic rei curioſius ſe mancipans, mortem tandem obijt. Aiunt, Temirem libidine reliquos mortales longè ſuperaſſe. Nam adoleſcentes in conſpectu ſuo mulieres conſtuprare iubebat, ſic prouocans naturam, ut & ipſe deinde coire poſſet. Quando autem relictis amoribus ad bellum protrudebatur, bello confecto ad ſolitam redibat libidinem, nullo modo quietiorem uitam ſectatus. Etiam naturæ ſuæ uim facere non erubuit, luxurioſiorem ſequutus uictus rationem, quo magis rei uenereæ indulgere poſſet. Temire defuncto, Sachruchus uir cętera æquitatis ſtudioſus, & plerunque cum finitimis fœdera iungens, tranquillitatis'que amator, regni gubernacula tenuit. Haud tamẽ multo pòſt, excedente è uiuis Sachrucho, Paiangures Temiris filius natu minimus, regno potitus eſt. Vnde ei non admodum bene cum fratribus conuenit: uerùm inimicitiæ inter ipſos exarſerunt. Vlies enim Caddufiorum regionem & Hyrcaniam retinens, inimicitias ſuſcipiens aduerſus fratrem Abdulatriphem, cum eo bellum gerebat. Paiangures aduenìens, regionem ei adimebat, & ipſum captum in carcerem miſit. Mortuo deinde Paiangure, ad regni moderamen euaſit Tzokies. Cum hoc affinitatem iungens Pæampures, unus de numero nouem regum, & conuerſus regnum occupauit. Oppreſsis enim & occupatis Semarchandę rebus, contractis etiã Indorum auxilijs, bello petijt Tzokiem Paianguris filium. Tzokies adducens Scythas, Aſſyriorumque regioni imperans, contra fratrem Paiangurem bellum mouit. In hoc bello uictor exiit, & Semarchandam in ditionem accepit. Nec multo pòſt, in belli ſocietatem adhibito uno de numero nouem regum, & regia ſede in Tabreze Aſſyriorum urbe opulenta conſtituta, bello laceſſebat Leucariæ ducem: etiam Samachiam urbem, Caraïucis regiam, oppugnabat. Tabreze autem fertur urbs eſſe magna, & opibus florentiſsima: etiam omnes Aſiæ urbes, extra Semarchandam, opum acceſſu, & reliqua felicitate antecedere noſcitur. Vermiculos alit ea regio ex quibus ſericum producitur pulcherrimũ, quod longè

Temiris mors & mores.

Pæampures.

longè præſtat ei ſerico quod Samachia ſuppeditat. Fert quoque † Crinizin iſto nomine uermiculum, qui purpureum colorem admiratione dignum tribuit ueſtibus ex filis è ſerico contextis. Abundat autem regio Perſis, quos Atzamios uocant. Quotquot enim Atzamiorum Perſarum lingua utuntur, omnes hi Perſæ ſunt, & Perſarum linguam in uſu habent. Incolunt Tabrezen, Cagrinum, & Nigetiam, urbes opulentas, in Aſſyriorum & Medorum regione ſitas. Samachia autem, cuius ſitus eſt uerſus Armeniam, urbs perhibetur opulẽta & populoſa. Ex filia Tzokijs, quæ matrimonio iuncta fuit Charaiſuphi, natus eſt Tzaniſas Tzokijs nepos, & Caraiſuphis filius. Is Pagdatiam Babylonem rexit, & Aſſyriorum regionem iure belli poſsidens, Trabezen ſuo imperio addidit. Arma idem Paimpuris filio intulit, profectus cõtra Artzinganim urbem, eam oppugnatione cæpit. Armeniam, quæ iacet intra Euphratem, in ſuam ditionem redegit. Hinc Tzokijs filio profecto à Semarchanda, Babylonẽ oppugnabat. Ipſum adeuntem prælio uicit. Exinde Babylonem capiens, & contra Tabrezen exercitum ducens, cum illo bellum geſsit.

† noſtri Chermeſinũ ſiue coccũ uocant.

Paampuris.

† Chaſanes quidem Longus Scenderis, qui Artzinganim tenebat, nepos exiſtens, & ex familia Carailucis, regnum Armeniæ adeptus erat, adiutus ab Carailucis filijs, qui unà cum illo eò profecti erant. Hi cum à rege Tzaniſa Caraiſuphis filio, Samachiæ grauiſsima obſidione premerentur, resq; eorum admodum lubricæ eſſent, precibus aggreſsi ſunt Paimpurem, ut irrueret in Mediæ regionem. Qui facilè, quod petiuere, impetrarunt. nam in Mediam irrupit. Qui rumor ut perlatus eſt ad Tzaniſam, obſidione urbem abſcedens ſoluit, iterq; flexit aduerſus Paimpurem, partim quidem regionem eius in ditionem accipiens, partim uerò uaſtans. Mendeſis, Aedines, Sarchanes, & Allontes, Paiazitis regionem occuparunt, iuſſu Temiris, & in ſuam ſinguli redibant regionem. Chaſanes cernens ſibi potentiam eſſe maximam, Armeniam & Tzapnidas ſubegit, & pacem intercedente affinitate cum Colchidis rege fecit.

† Al. Vſſancaſſanum, Naſſũcaſſinum & Aſſembegum uocant.

LIBER QVARTVS.

IOSVE VI. Turcorum rex. 1398. al. 1409.

POST Temiris in Cheriam profectionem, Ieſus (qui & Ioſua) filiorũ Paiazitis natu maximus, cõciliatis ſibi proceribus regni, qui in patris Ianuis meruerant, accitis etiam quotquot potuit peregrinis, regnum occupauit. Nam Paiazitti nati ſunt filij, Ieſus, Mulſumanes (qui & Muſulmanes) Moſes, Mechmetes, Ieſus minor, & Muſtaphas. Ieſus igitur ubi primùm in Aſiam uenerat, poſt Temiris diſceſſum in Cheriam ducens ſecum peregrinorum cohortes, & optimos quoſque, qui Temiris euaſerant manus, Pruſam regni ſedem inuaſit, & eam obtinuit. Aſiam uniuerſam, quæ in poteſtatem uenerat, magiſtratus munijs firmauit: & in Europam tranſgreſſus, breui cum Græcorum regno, etiam Europæ imperium nactus eſt. Europę uerò ducem dedit, qui ſibi ad eam rem uidebatur aptiſsimus. Mulſumanes cum exercitu egreſſus Byzantio, bellum indicit Ieſu, ſiue Ioſuæ. Cum autem Mulſumanes bellicarum rerum peritiſsimus longè haberetur, & ad ipſum aduolarent ex Europa optimi quique & peregrini qui ibi ſedes habebant, proficiſcebatur per Europam uniuerſam peragrans, & in ditionem accipiens, Ieſu abſente, & moras in Aſia nectente. His ita geſtis, tranſuectus in Aſiam, munitus exercitu quem in Europa conſcripſerat, hoſtili animo pergit contra fratrem ſuum Ieſum, ſub idem tempus in Cappadocia agentem. Quia Sinopenſes principes auxiliabantur ei, & reliqui principum ſocij ſubſidio ueniebant. Collatis autem eò loci ſignis, pugnans cum fratre, & eum in fugã conijciens, maximã exercitus partem in pręlio ſtrauit. Ieſus uerò uiuus in manus uenit. Quem, cum regno præfuiſſet annis quatuor, trucidauit. Is igitur à Mulſumane peremptus, in hunc modum mortem obijt. Vt primùm Mulſumanes regnare cœpit, Moſes qui dimiſſus erat à rege Temire, mari aduehebatur ad patriam regionem. Adueniens autem ad Homiris filios, Mulſumanis hoſtes, quia ſocia arma contulerãt cum Ieſu, accedens quoque Sinopen & Caſtamonem, & hinc in Daciam tranſmiſſo Euxino ponto perueniens, ad colloquium cum Myrxa Daciæ (quæ & Seruia) pręfecto uenit. Inter cętera uerò talis erat Moſis petitio: Si eius auxilio adiutꝰ rex crearetur, ſe daturum ei redditus magnos in Europa, & aſsignaturum regionem non modicam. erat enim Græcorum hoſtis. Præterea Byzantij filium Myrxæ ſuſceperunt, promiſeruntq; ſe huic & Mulſumani regnum tradituros. Myrxas quidem Moſen benignè lubentiq; animo excipiebat, eiq; uictum & neceſſaria promptiſsimè ſuppeditabat: eidem quoque exercitum dedit. Cum autem undiq; ad hunc confluerent ex Europa quotquot infenſi erant Mulſumani (aberat enim in Aſia agens) quia non ſatis dignè ab ipſo tractarentur, expeditionem ſumpſit contra fratrem, aſſumptis quotquot conuenerant. Habuit & Dacorum exercitum magnum, cum prius † Tainum eorum ducem ſibi conciliaſſet. His copijs inſtructus, Europam ſubegit: & Adrianopolim, quæ regni ſedes eſt, profectus, ibi rex declaratus eſt. Huic animus erat etiam contra fratrem in Aſiam exercitus mouere. Mulſumanes haud interim ſocordiæ obnoxius erat, uerùm feſtinabat & ipſe, ut fratrem præue-

Fraternum bellum.

Ioſue mors. 1402.

MVSVLMANES VII. Turcorum rex.

Myrxias ſiue Marcus Seruiæ Deſpotes, Dacorum dux.

† alij etiam Danum uocãt, & Dañ, Valachi principem.

Al. Europã.

præueniret, traijciendo copias in † Aſiam. Hoc unum uidebatur utrique conſultiſsimum, quaſi alterius eſſet uictor, qui prior in alterius regionem ueniſſet, & prælium commiſiſſet, nec expectaret donec frater accederet. Traijciens itaque Byzantium uenit. Cum autem ei familiaritas interceſsiſſet cum rege qui ea tempeſtate Byzantium tenebat, uxorem ducit regis neptem † Iannij Tuntoriæ filiam, cum antea matrimonium contraxiſſet cum nepte regis Græcorum * Mulſumanes Paiazitis filius. Tranſgreſſus autem Byzantium, bellum fratri inferebat. At Moſes ubi accepit à rege Græcorum, Mulſumanem Byzãtium aduenisse, continuò acceſsit: quem ut ibi deprehendit, exire Byzantio, & in Europa uerſari non permiſit. Mulſumanes itaq; copias quàm potuit maximas traduxit ex Aſia in Byzantiorum regionem: caſtriſq; poſitis, fratrem accedentem expectauit. Deinde cum acies utrinq; inſtructę ſtetiſſent, prælium atrox exoritur. Moſes habebat Dacos, Tryballos, & Stepanum Eleazari filium. His in acie iungebantur Turci, qui ex Europa uenerant. Legationem miſit ad Stepanũ Byzantius rex, ſuadens ut inſtructa acie eat ad regem meliorem & æquiorem Moſe. Moſes enim cætera moleſtus & intolerandus ſocijs, & in iram præceps erat. Stepanus exercitu in ordines explicato, ut pactus erat cum Grecorum rege & Mulſumane, turpiter transfugit Byzantium. Moſes cum occiperet prælium aduerſus fratrem, Aſianum exercitum in fugam compulit, fugientemq; perſequutus eſt. Mulſumanes ſe uictum ſimulans, retrò ferebat gradum, Byzantium feſtinans. Cum autem ueniſſet ad urbem, conſilium cæpit multo generoſiſsimum. Nam habens ſecũ uiros circiter quingentos, concurrentib. etiam alijs quibuſdam, urbis foſſam ingreſſus eſt. Fratre autẽ occupato perſecutione & cęde hoſtiũ, in eius caſtra irruere ſtatuit. Quod & fecit: caſtriſq; potitus eſt. Eos qui prælio non interfuerant, aut fuga in caſtra ſe receperãt, occidit omnes. Deinde cum à perſequutione hoſtiumq; cæde reuerſus Moſes procederet ad caſtra, cognouit ea capta eſſe. Illicò igitur fuga ſibi conſuluit, exercitumq; deſeruit. Alius aũt aliò, ubi ſe tutiſsimum fore iudicabat, ſedulò diffugiebat. Quidã cõtinuò ad ipſum properabant Mulſumanem, eumq; ut regem adorabant: & quocunq; pergeret, ſequebantur. In hunc modum ſe res Mulſumanis habebant in continente, cum fortiſsimè omnium, quos ſciam, aduerſus fratrem ſuum dimicaſſet. Profectus hinc Adrianopolim regni ſedem, regnum, imperiumq; ordinauit, quã tutiſsimum & firmiſsimum ſibi fore confidebat. Moſes uenit in regionem Iſtro adiacentem, & conuerſatus cum † Myrdano Daciæ rectore, cum quo antea interuenerat familiaritas, moratus eſt iuxta Hæmum, a-

† Iohannis, Theodori filiam.

** Mulſumani pater Paiazites rex.*

Stepani proditio.

Mulſumani ſtrategema & uictoria.

† Dano, uel Diano, Taino, Myrxis filio.

lium ex alio ſubinde locum mutans. Mulſumanes ſe ignauiæ & ebrietati corrumpendum dabat. Proinde res fortiter geſtæ uſque minuebantur. Duces quoque ei indignabantur, ut qui nihil ſani nec ſibi nec alijs conſuleret. Nec admodum ei curæ erat, quò Turcorum exercitus paulatim ad fratrem dilaberetur. Vbi primùm regni gubernacula accepit, Græcis Thermam, Zetunim, & uniuerſam Aſiæ maritimam regionem reſtituit. Spem de ſe prębebat, ut qui paratus eſſet ijs donare quęcunque uoluiſſent, quaſi id præſtare iam poſſet. Legati Græcorum ad eum mittebantur, conſulentes, ne ſe totum luxurię & uoluptati dedat, quaſi iam ſit planè ſecurus, & in portu nauiget: quaſi nihil periculi amplius, quantum ad regnum attinet, à fratre ſit metuendum. At ſurdo narrabant fabulam. Matutinum & ueſpertinum tempus iungebat potando, prębibens optimatibus ſuis. Reuolutus in ſomnũ, ubi primùm erat experrectus, ſolitã potandi cõſuetudinem iterabat. Fertur quodã tẽpore cum phialam manib. teneret, & ceruus in caſtra penetraſſet, in ijsq; obambularet, tumultuantib. militib. propter cerui in caſtra aduentum, interrogationem feciſſe, Num phialam in cornibus geſtet: quod ſi eſt, hac redimam. Quando ebrietati & crapulæ non operam dabat Mulſumanes, erat quidẽ benignus & æquus, corpore firmus, pugnandique in hoſtes impetu nulli poſtponendus. Moſes uice uerſa iræ imperare nequibat: uerùm præceps in eam agebatur: quicquid ea dictaſſet, facere non cunctans. Qui igitur cũ paraſſet copias haud contẽnendas, deſcẽdit in campũ, pręlio aggreſſurus Mulſumanem. Chaſanes peregrinorũ dux, & Brenezes qui præerat Europæis equitibus, continuò deſciuerunt ad Moſen transfugientes. Mulſumanes ut cognouit peregrinos defeciſſe, & confugiſſe ad hoſtilem exercitum, rectà Byzantium fugiens contendit: animo agitans, Grecis Byzantij regnum tradere, ut hinc in Aſiã tranſgreſſus, Aſiæ res cõmodius adoriretur. Cum autem huiuſmodi animo uolueret ſententiam, cognitus eſt à Turcis in uia quæ Byzantium fert. Turci itaque, qui ibi habitabant, collecti in unum, cæperunt Mulſumanem uiuũ, captumq; abduxère ad Moſen, iſto munere eum honorare affectantes. Moſes uerò fratrem illicò necauit. Turcos autem qui fratrem comprehenderant, comprehenſumq; ad ſe adduxerant, omnes cum liberis & uxoribus, adeò que cum uniuerſa familia igne cremauit, dicens eos impia commiſiſſe. Meritò igitur, quum regi ſuo uiolentas intulerint manus, has pœnas ſceleris luiſſe commiſsi. Ipſe ergo recepit regnum, & in Aſiam tranſiens, eam formam Aſiæ rebus induxit, quæ uidebatur Aſiæ regnum firmiſsimum & tutiſsimum effectura. Deinde abijt, Aſia relicta, ſtatuens obſidione cinge-

Therme, quæ & Theſſalonica.

Ducum defectio ad Moſen.

MOSES Turc. rex VIII. Anno 1412. circiter hæc geſta.

cingere Byzantium. Thermæ hoſtiles exercitus admouit. Tryballorum duci bellum intulit, ex regione eius frequenter prædas agens, & † Spenderobẽ metropolim obſidione premens.

† al. Senderouiam.

Is erat Stepanus, Eleazari Pladicis uxoris frater, cui Bulco nomen erat. Vt Eleazarus uitam finijt, principatũ ipſe arripuit, & pro principe ſe geſsit, Paiaziti ſtrenuè operã nauans, quandocunq; eius auxilium implorasſet.

Byzantium obſeſſum.

Stepanus cum foret in eo prælio quod propter Byzantium committebatur, defecit à Moſe, & ad fratrem eius transfugit. Hac rei indignitate irritatus Moſes, urbem Stepani exercitu circumſedit, regionemq; grauiter populationibus uaſtauit. Vt autem oppugnatũ iuit Byzantium, multum iuuabatur agens ferensq; quæcunque ex regione potuiſſet. Fabricans naues & triremes, terra mariq; iter faciebat. Græci implentes naues & triremes, quæ in promptu erant, naualibus copijs prælium nauale commiſerunt, duce Emanuele, notho regis Ioannis filio, cum hoſtibus: & ex eo prælio Græci exceſſere uictores.

Emanuelis nothi uirtus.

Hic Emanuel regis filius cum prudentia & militari ſcientia facilè omnes anteiret, tum temporis Græcos iſta uictoria cõtentos eſſe iubet: ipſeq; plurima præfulgebat gloria. Hanc eius gloriam cum haud æquo animo ferret regis frater, Emanuelem in carcerem duci iuſſit: qui annis adhuc uixit ſeptem & decem cum liberis ſuis. Moſes, cum parum proſperè ſucceſsiſſet nauale prælium, accedens per continentem, Byzantij regioni populando moleſtus erat: grauiter quoque Thermam, quam obſidione cinxerat, affligebat: etiam cum Tryballis bellum gerens. Pax autem interceſſerat cum Turcorum in Aſia ducibus: proinde non hoſtilia patiebantur à Moſe. plerunque in Europa ætatem agebat. Græci, cum fato functus eſſet Muſſumanes, filium eius Orchanẽ accerſentes, oppoſuerũt Moſi hoſtem. Poſtea miſerunt Thermam ad Pogdanum & alios Turcos, qui ibi ſtipendia faciebant, rogantes ut auxilio eſſent Orchani procedenti in Europam, ut eam occuparet. Puer quidem Orchanis uiro Turco ex Aſia oriundo committebatur, cæterà non ignobili, parum tamen fido, † Palapanum cum nominant.

† al. Salapanum.

Orchanes uenit Thermam: inde trãſita Macedonia, Berrhoen uenit, & in regionem finitimam. Cum autem ad ipſum accurrerent Turci, qui ea loca tenebant, profectus eſt in Theſſaliam. Moſes ut accepit, Muſulmanis filium Orchanem regnum ſibi parare, & in Theſſaliam pergere, proditionem puero per Palapanum ſubornat.

Salapani proditio.

Palapanum enim iubebat Moſes, ut ſibi ſignificaret ubi puer cum ſuis uerſaretur, & deinde accedenti eum traderet. Palapanus quidem Orchanis itinera & loca in quibus morabatur, ſemper indicabat. Monebat quã adire deberet, ut puerũ per proditionem caperet. Orchanes uerò cum ſuis manebat in monte, qui Theſſaliæ imminet. Eò cum acceſsiſſet Moſes, ut indicatum erat à Palapano, puerum uiuum capit, exercitumq; trucidauit. poſtea in Pogdã regionem profectus, eam ſuæ ditionis fecit; & cum Græcis intẽtus in omnes occaſiones, ſumma ui bellũ gerebat. At Græci bello abſtinebãt prorſus. Ieſus aũt ſiue Ioſue, qui natu minimus erat filiorum Paiazitis, ad Græcos ſe recipiẽs, Chriſtianam religionem aſſumpſit, nec multo pòſt ad ſuperos migrauit.

Ieſus Paiazitis F. Chriſtianiſmo initiatus, mox moritur.

Mechmetes Moſis frater, quem quoque genuerat Paiazites, ubi primum eam ætatem attigit quæ rebus gerendis idonea fuit, cum exercitu ex Caramania profectus, Turcos ſollicitabat, ut ſibi ſubſidio ueniret in acquirendo regno. Cum igitur ultrò citróque legati ablegarentur, necnon Græci auxilium pollicerẽtur ad regnum capiendum, Aſiæ imperium nactus eſt, cũ optimus quiſq; indignaret. ꝑpter Moſis uiolentiam & tyrannidem, & adiungerentur Mechmeti aduenienti. Atque in hunc modum Aſiæ imperio potitus, etiam in Europam expeditionem parabat. Hunc quidem, regnante Muſſumane, Moſes & Ieſus, quibus educandi pueri negocium datum erat, ne reſciſcerent fratres ubi nam puer aleretur, anxij ut caperetur & necaretur, artifici cuidam chordarum faciendarum tradiderũt Pruſæ, ut artificium id addiſceret.

Mechmetis educatio.

Poſtmodum cum iam per ætatem res ipſas tractare poſſet, abijt ad Caramanum Alurim. Hinc profectus, ut antea ſignificauimus, Aſiæ imperio facilè potitus eſt, adiutantibus Caramano, & alijs Aſiæ quibuſdam ducibus. Tranſgreſſus Byzantium, in colloquium cum Græcorum rege uenit. Deinde cum utrinque ſe iuramenti religione, quantum ſatis erat, deuinxiſſent, profectionem inſtituit ad Tryballorum Thraciæque principem: ut ad hunc in colloquium adhibitus, copias ab eo acciperet: quibus ſubnixus, fratri bellum inferret. Vt rumore allatum eſt ad Moſen, fratrem quàm ocyſsimè in † Aſiam traieciſſe, obuiam ꝓceſsit, magno inſtructus exercitu.

† Europã.

Et cum alicubi regionem quandam tranſirent, iuxta eius regionis oppidum in fratrem incidit. Accingebatur itaque ad pugnam, ordinéſque explicabat, & inſtructo agmine Mechmetes contra fratrem ibat. Cum autem in conſpectum ueniſſet uterque exercitus, hic quidem per Aſiam iter metiens, alter ex Europa adueniens, collatis ſignis prælium inibant.

Fratrum congreſſus.

Exercitus Aſianus haud diu ſtetit: uerùm terga dans, fugiebat. unde & Mechmet palam ſe proripit. Fidium uerò opifex, inſtructor & magiſter eius, Halim Paiazitis quoque filium Byzantium incolumem deduxerat: ad quem Mechmet fugiens, ibi quoque cum exercitu ab cæde ſeruatus eſt. Hinc receptis animis, denuò in † Aſiam traijcere decernunt, pugnaturi

† ex Aſia.

 cum

cum Moſe propter alias res. Nec multo tempore interiecto, conſcriptum Aſianum exercitum Græci in Europam tranſportabant. Moſen in Aſiam tranſgredi haud ſinebāt Græci, qui occupauerant traiectum. Præſidio etiam tenebant Helleſpōtum, & † templum in Propontide ſitum. Mechmetes, ut copias ſuas traduxit † in Aſiam, rectà ad Tryballos iter maturauit, ut inde exercitum cōpararet, quē præſenti negocio in primis commodum iudicabat, & cum fratre prælij aleam experiretur. Moſes prælij cupidus, uenit in regionē quæ ſupra Hæmum eſt, Panium dictam: in qua, quia præceſſerat mōtem, inuenit fratrem. Vt ſenſit fratrem accedere, & iam in proximo eſſe, aciem inſtruit, & præliū capeſsit: moxq; in fugam agitur, qui fugiens properabat ad Tryballorum ducem. Cum autem ibi uerſaretur, miſit legationem ad optimates Turcorū, & ad Chaſanē, † Brenezē, Amuratemq;, ut ſolicitaret eorū animos ad defectionem. At hi defectionis ſermonem primò abnuebant: uerùm tandem ipſi inter ſeſe defectionis conſilia capiunt. Hinc Brenezes ſua ſponte transfugiebat ad Mechmetem, trahens ſecum Turcorum proceres, & filios, necnon Chaſanem cum optimis quibuſq; de peregrinorum cohorte. Cum iam acceſsiſſent copiæ Mechmeti haud pœnitendæ, quibus fretus prælij fortunam cum fratre facile tentare poſſet, aſſumpto Tryballorum principe, contra fratrem pergere, & prælij poteſtatem facere inſtituit. Moſes igitur, ut Mechmetis cōſiliū impediret, ne facilè in Europā trāſire, eamq; ſui iuris facere poſſet, ducens ſecum uniuerſum Europæ exercitum, & Ianuæ milites, exceptis his qui ad Mechmetem conceſſerant, in † Eryſorum regione cōſedit. Ibi Mechmetes in expeditionem egreſſus, caſtra locauit. Vt autem appropinquauit Moſis caſtris, copias in aciem eduxit. Siniſtrum cornu tenebat Tryballorum dux. Dextro præerat Brenezes, cum filijs ſuis. Secū enim in caſtris habebat filios, qui ipſi nati erant: Agathen, Baramum, Haliem, Beicem, & Ieſum. Poſtquā autem & Moſes aciem ſuam inſtruxit, accedēs omnia explorabat: & ubi ſibi opportuniſſimum uidebatur, ſtetit: & ubique ſuis præſens erat. Ibi tum Chaſanes peregrinorum dux, qui deſciuerat à Moſe, equo uectus ad Moſis exercitū, uoce quàm potuit maxima exclamauit, peregrinos appellās: O filij, q̄d cunctamini, aut quid differtis cōtinuò abire ad regem ueſtrum, uirum ex genere Otomanidarum ortum, & iuſtiſsimum & æquiſsimum, quiq; omnes ſui generis principes uirtute antecedit? Verùm miſeri manetis, contumelijs affecti à uiro qui nec ſibi nec amicis quicquam ſalutare proſpicere poteſt? Hæc quidem clamantem, & ad aciem feſtinantem audiuit Rex. Quidam autem reſpondens, inquit: O rex, non aſpicis Chaſanem peregrinorum ducem, quem in maximo penes te honore habuiſti, incitare peregrinos ad defectionem? Quæ ubi aduertit Moſes parari, non amplius ſuos continuit: uerùm immittens eos, ipſeq; equo calcaria ſubdens, ferebatur in Chaſanem, ut eum occideret, currebatq; plenis & effuſis habenis. Chaſanes ut accepit, Moſem contra ſe ſumma celeritate niti, & ipſe adhibita feſtinatione ſumma aufugit. Moſes acerrimè inſequutus, ut fugientem eſt indeptus, gladio eum peremit, è ſupernis ictum inferens. Miniſter autem Chaſanis, ut dominum ſuū uidit necatum, iamq; Mechmetem iterum librare ictum in Chaſanem, Chaſane ſubtracto, librantis ictum manum abſcidit gladio. Qui, ut cognouit manū ſibi præciſam, properè in caſtra redijt. Vt milites uiderunt eum eſſe mutilatum, ibant ad Mechmetem. Moſes autem copijs iam omnibus nudatus, cum nihil efficere poſſet, celeri fuga in Daciæ regionem abire feſtinabat. Mechmetes aūt ubi primùm ad ipſum exercitus conuolarant, rebusq; iam potitus eſſet, ſtatuit cōtinuò fratrem fuga ſibi conſulentē perſequi. Eum itaq; ægrū una manu fugientem, & in paluſtri loco ſe condentem deprehenderunt. Deprehenſum adduxerunt ad fratrē: qui illicò eum necauit, guttur eius laqueo frangens. Mechmetes igitur cum iam regnū eſſet nactus, & ad id parandum ſibi in primis utilem fuiſſe Græcorum operam cognouiſſet, regionem amplam ſuæ finitimam Tryballorum duci donauit. Poſtea exercitibus miſſis, Daciam euaſtabat. ad quem pacem petitū legatos miſit Daciæ princeps, promittens ſe tributum regi penſurum, quātumcunq; imperaſſet. Pax ea conditione data eſt. Cum Græcis Mechmeti perpetua amicitia fuit. quapropter Emanuel Byzantij rex cum in Peloponneſum ueniſſet, Iſthmum muro cinxit: & Peloponneſios, ubi Iſthmū muro circūdediſſet, accerſiuit. Iſthmus uniuerſam Peloponneſum, ut in inſulæ formam redigatur, concludit, extendens ſe à mari in mare, quo ſpacio colligit quadragintaduo ſtadia. Eò loci Iſthmia celebrare Græci conſueuerunt. Extendit ſe ab urbe Corintho ad ſtadia uigintiquinque. Iſthmum autem accedente cum hoſtilibus copijs Xerxe Darij filio contra Athenienſes, muro complexi ſunt Peloponneſij, arcere uolentes barbarum Peloponneſi acceſſu. Poſtea etiam Iuſtinianus Romanorum Imperator muro Pelopōneſum incluſit. Emanuel igit̄ cum pax interceſsiſſet cū Mechmete, Paiazitis filio, in Peloponneſum ueniens, fratrē Peloponneſo præfecit: Iſthmumq; muro firmauit undiquaque: & tributum imperauit Peloponneſijs, quo Iſthmum defendere poſſet. Edixitq; ut omnes in Iſthmo cōuenirent: qui edicto parentes, cōuenēre, congregatiq; murū extruxēre, cum quilibet pro ſe ſedulò ſuum opus exequeretur. Vbi autem ad finem

Marginalia: † Hieron. — † ex Aſia. — † Breuezē. — *Ducum ad Mechmetem defectio.* — † Myſorū. — *Chaſanis defectio.* — *Chaſanis interitus.* — *Moſis interitus.* — MECHMETES IX. *Turc. rex.* — *Iſthmus.* — *Iuſtinianus Rom. Imp.*

Digitized by Google

ad finem deductum eſt ædificium illud, Peloponneſi duces capit: qui longo tempore regionem tenentes, parere recuſabãt Græcorũ ducibus, niſi quando & ipſorum ibi quoque uerteretur utilitas. Captos ſecum Byzantium ducebat, interim diligenti cuſtodia Peloponneſios circundans. Captos quidem duces ſecum trahens, abibat Peloponneſo. Mechmetes ubi ad regnum promotus eſt, ſuccedente tempore expeditionem ſumpſit contra Iſmaelem Sinopæ principem. Amicus enim & ſocius fuit Moſis, cuius opere enixè Moſes adiutus eſt in bello, quod geſsit cum fratre Mechmete. Mittens itaque Iſmael legatos, quibus mandarat, ut dicerent, ſe paratum eſſe æris redditus omnes Mechmeti, nomine tributi aſsignare, ſi ſecum pacem feciſſet. Hæc enim regio Aſiæ ſola, quod ſciam, æs profert. Cum igitur æris redditus tradidiſſet Mechmeti, bellum pace cõmutatum eſt. Tandem diſcordia inter ipſum & Venetos exarſit, qua impulſus, Venetis bellum indicit, propter regionem quæ Ionium ſpectat: cui miſsis exercitibus uaſtitatem maximam inducebat. Veneti legatis miſsis, ut nihil æqui impetrare potuerunt, animos quoque in id bellum ſumma ui intenderunt. Apparet gentem iſtam admodum eſſe uetuſtam, & nobiles Iones fortitudine & generoſo ſpiritu longo interuallo poſt ſe reliquiſſe. Habitauerunt antiquitùs regionem uergentem ad ſinum Ionicum, & ab Illyrico in Italiam excurrentem. Antiqui eos *Enetos nuncupabant: poſtmodum Veneti dicti ſunt. Profecti autem ex †Epiro, partim uolũtate, partim neceſsitate ſubacti, ut quorum regio uaſtata eſſet ab Attila rege, ut in maiore ſecuritate eſſent in poſterũ, inſulam quandam paruam & paluſtrem, diſtantem ab continente quindecim ſtadijs, ædificijs occupare ſtatuerunt. Initium ædificandi factum eſt à paucis Venetis in unum collectis. Deinde acceſſere quoque finitimi †Epiro, bellis grauiter diuexati. Vrbs autem illa uſque incrementum ſumebat ædificijs & legibus, cum †Epirotæ plurimi non ceſſarent eò cõfluere. Creſcebat quidem ea ciuitas mirum in modum diſciplinæ ſanctitate, cum eò accurrerent plurimi bonis legibus enutriti, & plurimi uirorum † Epirotarũ illuſtres eò aduolarent. Præterea ſi quis patria fortuniſq; omnibus pulſus ui hoſtili erat, huc greſſus dirigebat. Vrbs illa, incredibile dictu eſt, quàm breui opibus creuerit, & diſciplina. Multi Greci & Romani, nec nõ alij uiri clariſsimo genere exorti, in patria uſi haud ſatis proſpera fortuna, aut ab ciuibus pulſi, aut ab hoſtibus exacti, in hanc urbem congregabantur, filij exiſtentes uirorum illuſtriũ, qui regebant regionem haud infrugiferam. Hi quidem partim in Ioniam & Græciam, partim uerò in Italiã pulſi, in iſtam ciuitatem ſe recipientes, ſecurius habitabant. Cum autem ea ſit urbs emporiũ celebre, animũ adiecêre ad mercaturã neceſſariò. Quia continentẽ non attingunt, nec eorum fructuũ, quos continens profert, ipſis copia futura erat. Proinde meritò mercaturæ operam dederunt, ut neceſſaria mari ſubueherentur. Cumq; quilibet ſedulò mercibus permutandis incumberet, breui incredibilem potentiam ſibi peperere. Vrbem baſilicarum & domorũ, necnon templorum magnificentia condecorarunt. Triremes extruxêre non modicas, & munimentis ſe communiere firmiſsimis. Deinde ambitione moti, naualia prælia committebant cum ijs qui longè lateq; nauali gloria coruſcare uidebanbantur. Etiam hi quorum potentia mari maxima erat, metuebant Venetorum laceſſere arma: adeò magna his acceſſerat potentia. Regionem autem haud infrugiferam, quæ nauiganti à ſinu uerſus Ionium à ſiniſtra eſt, & urbes opulentas ſubegerunt uſque ad mare Aegæum. Huius portus omnes in poteſtatem redigentes, †Corcyram uniuerſam in ditionem acceperunt. Ceperunt Eubœam, & Cretam, Peloponneſi'que urbes. Cum claſſe uenerunt in Syriam: ſubigentes'que Cyrenen urbem, magna militaris uirtutis facta deſignabant, ubique cum barbaris prælia naualia facientes, & mare uniuerſum, quod eſt intra Herculis columnas, perdomantes. Etiam pugnabant fortiter contra eos qui erant in Europa, & ſibi admodum potentes uidebantur. nec oratione dignum puto, quòd non adnauigarunt Italiæ, nec ſibi ſubiecerunt Rauennam, urbem opulentam, principe huius defuncto. Quia nempe nõ ſolebant contra eiuſdem gentis & corporis homines bellum mouere, ſed contra alienigenas arma ferebant. Arma etiam arripuerunt contra Græcos, quos nauali prælio uicerunt, eorum'que † metropolim ſubegerunt, cum plurimi Occidentales ipſis adiungerentur. Copias tamẽ cum ducerent aduerſus Græcos, continente non abſtinuere, uerùm regionem eius non modicam & optimam ſuæ ditioni iunxere. Vrbem quoque ſuam munitiſsimam pręſtitere, cum eam & nauali pedeſtrique potentia auxiſſent. Diſcordiæ ipſis interceſſerant cum Epiri ducibus. Proinde id bellum longius durauit. Opibus excellentes, ciuitatem ſuam magnam reddiderunt opum acceſſu. Præterea Pontificem maximum Romanum, Italia Romáque pulſum ab rege Barbaro, ad pontificatum & imperium reduxerunt, uicto Barbaro nauali prælio. Etiam aduerſus Ianuẽſes, qui regiones quaſdam iſthic & maritimã Italiæ oram tenere uidebantur, bello petentes, plurima militaris uirtutis facta edebant, plerunq; pugnis naualibus uictoriam obtinentes. At Ianuenſes bellum aduerſus Venetos ſumen-

Venetorum et Turcorũ bellũ 1402.

* Henetos.

† cõtinenti

† cõtinenti

† accolæ. Epirotas Venetorum urbẽ ampliaſſe. Vocat autem hic Foroiulienſes Epirotas.

† cõtinentis

† Corſun hodie, Venetis ſubiecta.

† Conſtantinopolim.

Alexandri pontif. cum Friderico Barbaroſſa diſsidium: Ann. 1180. Sabell. Enn. 9. lib. 9.

Digitized by Google

ſumentes, propemodum horũ urbem in deditionem acceperunt, nauibus & triremibus adnauigantes, & eorum portum occupãtes, ingreſsi eò loci ubi † Clizoe ſiue Clodia foſſa eſt.

† nunc Chioza.

Vrbs Venetorum ſita eò loci, ubi lacus ſiue portus magnus uiſitur, qui longus ſtadijs quingentis regionem Eridano finitimam attingit. Eridanus enim (qui & Padus) Italię fluuius magnus eſt, & naues ibi in mare exponit. Hac igitur Ianuenſium naues ingreſſæ in portum, Clizoen occuparunt, & diripuerũt. Quo facto, legatos in urbem ire iuſſerunt. Ciues aũt cum in ancipiti hærerent diſcrimine, nec ſatis quid facerent ſcirent, reſponderunt ſe paratos eſſe facere quæ imperaſſent Ianuenſes: & eam reipublicæ formam amplexuros, quam ipſi præſcripſiſſent. Iuſſerunt quoque Ianuenſes petere quæ uellent, quaſi ea promptiſsimè daturi. Ianuenſes ut intellexerunt Venetorum reſponſum, magis in ſpem potiundæ urbis erigebãtur. Proinde immoderatè, nulla urbis uerecundia inhibiti, reſpõdent, ſe petere, ut liceat urbem tres dies continuos diripere.

Genuenſiũ in ſucceſſu immodeſtia.

Legati in urbem reuerſi, petitionem Ianuenſium exponunt. Senatus populuſq; ira percitus propter tam inſolentem & immoderatam petitionem, naues, quotquot potuerunt, continuò militibus implẽt: nauesq; ſoluentes, in lacum feruntur. His obuiam pergunt Ianuenſes, confeſtim' que in lacu nauale prælium commiſerunt, in quo penes Venetos uictoria fuit. Hinc cum hoſtes terga darent, celeriq; fuga feſtinarent in Clizoen, continuò Veneti adducẽtes unam de numero ſuarum nauium maximam, eam demerſerunt, ubi portus anguſtiſsimus erat: & ſuos portus obſtruentes, fame Ianuenſes in Clizoe conſtitutos expugnare nitebantur. Tentabant obſeſsi foſſam † qua ex Eridano in portum uenitur, conantes perfodere eum locum, ſi quo modo poſſent naues in Eridanum impellere. ſed opus iſtud haud abſoluere potuerunt.

† Brundulum uocãt.

Patauij dux Carrarius Venetis infeſtus, Ianuenſes in iſto prælio adiuuit. Fame igitur domiti, dedidere ſe Ianuenſes Venetis, ut ſecum pro arbitrio ſuo agerent.

Genuenſes uicti & dediti.

Et quidem hîc turpiſsimè perierũt, nec nunc ſatis dignè tractati, ut in poſterum modeſtiæ memores eſſent. His in hunc modum peractis, uim belli contra Ianuenſium urbem uertere. Cum autem ubique uictorijs naualibus clareſcerent, & mirabilem ſibi ubique potentiam pararent, & etiam alios mari, quod eam regionem alluit, prohiberent, accidit ut Ianuenſium urbs in maximam deuolueretur calamitatem, ut quæ naualibus prælijs nihil amplius efficere poſſet: poſtea etiam Patauij principem ulti ſunt, urbem eius obſidione prementes. Deinde adducti in continentem, eam conſtantius ſibi ſubijcere moliebãtur, ut ſibi confirmarent continentis imperium. Et cum antea imperium quoddam in regione † continentis eſſent nacti, & Teruiſium urbem opibus florentem ſuo dominio adijcientes, regionem prætergreſsi ſunt, cum odio incolæ urbis incitarentur aduerſus ſuos principes.

† Foroiulium.

Cum Patauium in poteſtatem ueniſſet, etiam Carrariorum è familia Dux contra eos inſurrexit: contra quem hoſtili animo procedentes, urbes non paucas Italiæ & Liguriæ ſubegère.

Carrarienſiũ familia.

Veronam quoque in ditionem redegerunt, urbem opulentam, expulſa † Scalariorum principum familia. Captæ ſunt Vincentia, Brixia, urbes opibus & clarite reliquis Italiæ oppidis haud inferiores.

† Scaligerorum.

Poſt hæc bellũ ipſis fuit cum † Liguriæ principe, quod quidem ad multos extractum eſt annos. Is autem princeps originem trahit ex familia Mariangelorum, & Mediolano præfuit.

† Inſubriæ.

Vrbs hæc ſtudijs belli, & reliqua felicitate Italiæ urbes longè exuperabat: & cum ſit populoſa, antiquiſsima eſſe creditur, nec unquam aduerſa fortuna eſſe uſam, ex quo condita eſt, uerùm ſemper ſtudijs belli & armorum præparatione excelluiſſe conſtat.

Mediolanũ.

Cum autem ſit mediterranea, diſtat à mari Ianuenſium ſtadijs ſexcẽtis. Sita eſt prope Galliam, quæ Sabaudia nominatur. Fluuius urbem dirimit, qui in Teſinem ſiue Ticinum effunditur iuxta Papiam urbem. Teſines redit in Eridanum prope Placentiam, urbem magnam. Quò autem Eridanus fluat, iam antè indicauimus. Familiæ Mariangelorum proceres tali ex cauſſa in principatum Mediolanenſem, & in reliquam Liguriam allecti ſunt. Draco ex monte in urbem uadens, magnam ſtragẽ hominum, qui ad operas & ad agros pergebant, facere non ceſſabat: mulierem tamen nullam, ut aiunt, lædebat. Viris tamen longo tempore infeſtus erat uaſtando.

Mediolanenſium inſigne anguis unde.

Plurimi quoque beſtiam illã ut interficerent, contra eam ibant: uerùm nihil proficientes, extrema quęque patiebantur. Tandem Mariangelus, Mariangelorum familiæ princeps, natione Britannus ſiue Anglus, miniſtrũ ſuum & ſemetipſum armatura, quæ totum corpus tegeret, armans, obuiam beluæ proceſsit. Miniſtrum igitur cum belua uoraret, & medium in rictu portaret, nec eum in ilia demittere, uel euomere poſſet, ſecuri beluæ caput amputauit. Draco in hunc modum perijt: ciuitaſq; liberata ab iſta beſtia, à qua ſubinde oppugnabatur, Mariangelũ ducem elegit, & contra hoſtes ire iuſsit, ut qui uirum bonum & fortem ſe exhibuiſſet. Nec multo pòſt, ut ſibi Mediolanenſem principatum conſtabiliret, & ciues obedirent, ſatellites, quos corporis ſui cuſtodes eſſe uoluit, delegit. Quo regnante, generatiõe demum quarta pòſt principatus in Philippum deuenit, cum quo Veneti bellum gerebant, creantes ad id duces uiros bonos, & magnam regionem gubernantes.

Hic Othoni cecomes fuit ex comitib. Angleriæ, qui barbarũ quẽdam, uiperam in armis geſtantem, ſtrauiſſe dicitur, 1096. Ioannis autẽ poſtea Galeacij Vicecomitis F. Philippus Maria, Angleriæ comitatu donatus, ſuis Mariangelorum nomen reliquit, circa annum 1400.

Primò quidem Carminiolam ducem fecerunt, quẽ oppoſueruut principi Mediolanenſi. Vbi autem

Carminiolæ Venetorum tribunus.

tem intellexerunt, eum regionem prodere, & colludere cum Mediolani duce, captũ interfecerunt. Et uocantes Franciſcum cognomine Sphortiam, Ducem in locũ occiſi ſubrogarunt. Magnis quoq; honoribus eum affecerunt, cùm etiam antea gloria multa præfulgeret, & non modicas Liguriæ urbes ſubijceret. Imperium continentis ad magnam potentiam produxit. Vt autem Italia in partes abierit, quidam Venetos, quidam Ligures ſequuti, in ſequentib. ut omnia contigerint, enarrabo.

Veneti.

Redeo nunc ad Venetorũ urbẽ, quæ utramq; fortunam experta eſt. Veneti igitur elegerunt ad id bellum gerendũ duces rei militaris peritia inſignes, ut ſuprà docui, inter quos Carminiolam impenſius fauentẽ rebus ducis Mediolani, captũ necarunt, quia cum ſibi inſidias ſtruere cognitum habebãt. Sphortiam accitum in locum interfecti ducem ſubſtituere. Manifeſtũ arbitror eſſe omnibus, Venetos præclaris facinoribus ubiq; editis, mille annis uſos proſpero rerum ſucceſſu, plurimum gloriæ per uniuerſam Italiã apud omnes tenuiſſe.

Venetorum reſpub.

Quòd autem ciuitatẽ ſuam ita regnauerint, ut inuiolata & intacta à ſeditionib. fuerit ſemper, decens totius urbis adminiſtratio, quam breuibus nunc deſcribam, in cauſſa fuit. Olim democratia iſtã ciuitatem gubernabat, populusq; ſimul cum his qui in magiſtratu poſiti erant, quã ſibi cõſultiſsimũ uidebatur, ciuitatem moderabantur. Poſtea cum ad opera populares ſinguli auocarentur, nec ocium amplius, quando ita res monuiſſet, in unum conueniendi & conſultandi ſupereſſet, optimos quoſq; iſti curæ præfecerunt, uel ſorti uel ſuffragio electionẽ cõmittentes. In hunc modum reipublicæ forma ex democratia in ariſtocratiam mutata eſt. Ex eo inde tẽpore ciuitas illa pulchrè adminiſtrata, maximam ſibi potentiã peperit.

Pregalia.

Habent ſenatum, quem magnum uocant, in quo ſingulis octo diebus conſultant. Hic ſenatus oppidis ſuffragio intercedente principes ſtatuit. Etiam urbis magiſtratus idem ſenatus decernit. Lege autem ſancitur, in hunc ſenatum licere ei ingredi qui natus ſit annos uigintiquatuor, & ſenator is ſiue patricius ſit, nec aliqua cauſſa extet, quæ ab ſenatu eum excludat. Sunt autem uiri bis mille, qui calculos ferunt, & uniuerſi imperij magiſtratus eligunt.

Dux Venetorum.

Ducem ſiue principem ſibi eum conſtituũt, qui apud eos ex omni numero optimus habeť. Hic duos ponit calculos, quos cuicunque uoluerit parti addere poteſt. Princeps ille manet in primis à ſenatorib. honoratus. Is in regali aula habitans, uictũ habet: ſumptus, quos facit, ab his qui uniuerſæ ciuitati præſident, capit.

Sexteria.

Adſunt ei uiri conſiliarij ſex, ſocij eius exiſtentes, & in partem curarũ principatus adhibenť: q menſib. ſenis euolutis, dignitatẽ deponunt.

Auogatori.

Poſt ſenatũ magnũ alius ſenatus eſt, qui Euocatorũ dicitur, qui uiris conſtat trecẽtis. Hunc ſenatũ creant in magno ſenatu, allegẽtes qui prudẽtia pręſtare uidenť. Senatus aũt uocatorũ de bello & pace legationibusq; conſultat. Et ei, quodcunq; uiſum fuerit iſti ſenatui, ciuitas tota paret: & in ſententiã, quam dederit, manib. pedibusq; uniuerſa ciuitas uadit.

Capo di Dieci.

Criminibus capitalib. uiros pręfecere decẽ, qui accuſent, & puniant. His licet manus principi inijcere, & ad necẽ trahere: nec eſt qui auſit eius cauſam inquirere. ſic eñ ordinatũ eſt: & creanť ut delinquentes feriãt. Siue in ciuitatẽ, ſiue in priuatũ quis quid cõmiſerit, decẽ uiri ſi cognouerint, de eo ſuppliciũ ſumũt. Sunt & alij iudices, qui in reliquis ius dicunt, quidã urbani, quidã peregrini.

Quarantia.

His prępoſuerũt magiſtratũ quadraginta uirorũ, ad quos ſentẽtias ſuper puniendis ſontib. tranſmittant, ut dijudicẽt, num & ipſis ſentẽtię optimè habere uideanť. Si ſententiæ diſplicuerint, & ipſi inter ſe diſſenſerint, negociũ totũ ad Euocatorũ ſenatũ referť. Hic ſentẽtię multa diligẽtia excutiunť, & tandem ad finem ducunť. Sunt & alij magiſtratus plurimi in cuſtodiam urbis cõparati, ſunt quib. negociũ ciuitatis cõmiſſum eſt in eos, qui defectionẽ aliquam ſiue tumultũ noctu cõcitant. Sunt & rerũ uenaliũ, atq; adeò totius fori pręſides. Alij pręſidẽt uectigalib. rerum, alij ſunt tributorũ & ciuitatis redditùum exactores. Quidam præpoſiti ſunt uectigalib. & redditibus, ad quos uniuerſæ ciuitatis opes adhibitis obſeruatorib. deferuntur. Magiſtratus hic cõſtat uiris ętate & honorib. grauiſsimis, qui per uniuerſam uitã iſtum magiſtratũ retinẽt. Quia difficile uidetur accepta & expenſa ciuitatis, quid expendať & quid ſuperſit, quotannis cõputare, & ſingula in rationes referre. Ex his ſibi ducem capiũt, quando is qui rerum potitur, mortuus fuerit.

Procuratores S. Marci.

Qui ad primum dignitatis locum euecti fuerint, ad iſtum tandem honorem promouentur. Theſauros atque totius urbis opes & redditus inſpiciunt, & tutantur. Eorum officium eſt, ubi magiſtratum hunc inierint, cõſultationibus cum principe uacare, & cũ eodẽ legationes principũ regumq; relationes audire. Poteſtas totius ciuitatis penes hos eſt: & reuera principatũ gubernant. Ciuitas iſta duobus omnes Italiæ urbes antecedit: uidelicet domorũ magnificentia, & ædificiorũ quæ in mari ædificata ſunt apparatu. Excellit & opulentia, quæ penes ciues eſt. nam cũ ſit mercaturæ & negociationib. idonea, fit ut incolę plurimas hinc colligant opes.

Arſenale.

Exornata eſt eadem urbs pulchra nauium ſtatione, quę intra urbem ſita eſt, pulcherrima & amœniſsima uſu, inſtructa triremibus, nauibusq; alijs plurimis. Copioſus ibi eſt apparatus in promptu armamentorũ, & aliorum quæ naues poſtulant. Spaciũ occupat quinque ſtadiorum. Viri complures quotidie huc cõmeant, operantes ſedulò, ut quę ad naues pertinent, nõ deſint. Quotãnis uiros

Digitized by Google

uiros duos eligunt primarios,qui ſtationi illi pręficiunt, ut ea quę ad ipſam ſpectant,ſedulò procurent.Equorum nullus in iſta urbe uſus.Pedeſtri itinere utuntur in congreſsibus mutuis. Nauigiorum uſus apud eos frequẽs eſt, cum mare tranſeat per domos. Præterea urbs tota tegulis integitur,nec ullis mœnibus cingitur. Magiſtratus, quos urbibus in Italię continente & in maritima ipſorum regione ſitis decernunt,plerunque ex ijs qui in magiſtratu ſunt conſtituunt. Vbi hi reuerſi fuerint,pœnas dant eorũ quę iniquè in magiſtratu collocati egerunt.Ducem, quem exercitibus continentis proponunt,non indigenam aut ciuem creant,ueriti ut conciliatis militum animis,innouationem aliquam moliretur contra principatum, rerumq́ſumma in periculum ueniret.Naualibus copijs cum nõ poſsint dare Imperatorẽ peregrinum, unum de ſuo corpore deligunt, qui naualia prælia capeſſat, cum ad belligerandum prodeunt. Separatim quotannis decẽ triremes mittunt in Ionium & Aegeum mare, propter naues quæ in Aegyptum & in Libyam merciũ gratia proficiſcuntur per Oceanũ & Euxinum mare.Mare hoc repurgant à piratis,quos arcentes ubicunque in eos inciderint,foris morantur per integrum annum, expectantes donec decem aliæ ſubmittantur. Quæ ſi uenerint,liberatæ priores maris cuſtodia,domum remeant.Ciuitas iſta mittit triremes, quas ciues emunt,petitum merces, in Alexãdriam, Syriam, Tanaim, Britannicas inſulas, & in Aphricam.Hæ ſunt numero uigintiduæ,quę magnitudine differunt à reliquis, ut quæ ad merces capiendas extructæ ſint.Solent autẽ, ita enim conſuetudo tenet,cũ ſingulis nauibus patriciorum filij ad merces conparandas proficiſci mercede conducti.Magnam pecuniæ uim Veneti confecerunt,cum bellum gererent aduerſus Mediolani ducem, bonorũ, quę ciues poſſidebãt,introducta decimatione. propter hãc ciuibus annuum, quaſi debiti perſolutionem,ordinarunt redditum:promittẽtes quęcunq; cõtuliſſent ciues in uſum belli, eorum tertiã partẽ ſingulis annis ciues ſingulos recepturos. Hic redditus ad liberos & nepotes redit. Quidam hos redditus paruo precio redimunt,ab ijs qui pauperem apud ipſos uitam agunt. Ciuitas iſta planè felix eſt. Hęc cum iam à primordio bonis legibus eſſet fundata, euenit ut nullus repertus ſit, qui ſeditionem aliquam, nouarum rerum cupidus, in ea excitare conatus ſit, præter † Baimundum adoleſcentem opulentiſsimum, qui precio alliciens multitudinem,reipublicæ ſtatum innouare parabat. In quem prodeuntem ad regiam,ſtipatum turba hominum maxima, qui eum dominum ſuũ & urbis declarabãt,mulier de tecto quodam lapidem iaciens,eum trucidauit, atq; eò loci ſeditioſus uitam finijt, Deinceps nullus alius, qui idem moliretur, inuentus eſt: cum ciuitas ſumma ope,ne id mali contingat,pręcauere ſoleat. Mechmetes igitur Paiazitis filius,cum bellum Venetis indiceret,triremes, quæ ſemper binæ in propugnaculis erant,impleuerunt,& rectà nauigarunt in Helleſpontum,duce † Petro familiæ Lauredanorũ, qui in expeditione contra Ianuenſes admirabilẽ claritatem rebus fortiter geſtis ſibi parauerat.Hic ubi cum nauibus in Helleſpontũ aduenilſet, eregione Callipolis uela expandẽs, prelium haud uolẽti animo inire in animum induxerat. Pax enim adhuc uigorem ſuũ obtinere,nec dum fœdera uiolata eſſe uidebantur.Erat præterea à ſenatu illi imperatum, ut defenderet potius, nec prior prælium exordiretur. Viſum enim eſt Venetis non hoſtilia facere,ne urbes ipſorum in Mechmetis regione quas habebant,aliquid mali à Turcis paterentur. Hæ autem ſitæ erant in regione quæ Ionium ſpectat,& in Aegæo mari.Senatus igitur Venetorum mandatum huiuſmodi ſuo Duci dederat,ut non prior arma inferret:nec laceſſens, uerùm laceſsitus prælium occiperet. Vt uenit in Helleſpontum, nec multum ab Aſia naues ſtarent,Callipolis dux non amplius ferendos eſſe dicebat qui ex aperto contumelijs & iniurijs certarẽt.Quòd filius Ducis è familia Phoſcarorum ab Decemuiris captus in grauiſsimã neceſsitatem ueniſſet,qua ſi ſeditionis auctor, & nouarum rerum appetens:uerùm quæſtione habita,nullum inueniri crimen potuiſſe. Adoleſcentem quidem euaſiſſe illatum crimen. Ex qua re non mediocris lætitia oborta eſt: ipſeq́; domum redijt. Deinde iterum captus eſt,cum interfeciſſet uirum, qui crimen proditionis ei impegerat.Vnde in Creta morari coactus eſt.Tandem cum denuò proditionis reus fieret, Decemuiri ciuitatis eum accerſentes, cũ omnia tentarent,nec ullo modo crimen paterẽt, remiſſus eſt in Cretam: nec multo pòſt ibidem uita deceſsit.Dux igitur Calliopolis ueniens in regis regionem,& in nauale eius,naues militibus impleuit: & ducens triremes uigintiquinque,aliaſq; naues circiter octuaginta,regia claſſe Venetis, quos contra procedebat, terrorem inijcere nitebatur. Hi quidem ſublatis nauium armamentis, progreſsi ſunt Periconeſum,nihil metuẽtes hoſtem.Nauis Peloponneſiaca relinquebatur à tergo, quia poſtremò adducenda erat:quæ, cum regia triremis appropinquaſſet,accerſebatur. Dux autem Venetorũ ſublato ſigno eam ſequi, nec priorem in hoſtem incurſionem facere iubebat.Peloponneſiacæ triremis dux, cum putaret ſe iuſtum irruere in hoſtẽ, & propter eandem rem ſignum eſſe datum, impetum in regis nauem fecit, eamq́; demergit. Reliquæ barbarorum naues cum aduerterent, à parte aduerſa occœptum prælium, & ipſæ ad prælium ſe conuertebãt: feſtinantq́; impetum in Pelo-

Syndicatio.

Cotimm.

† Boemundum. Baimundi Teupuli coniuratio, circa annum 1297.

† al. Aloiſio. Petrus Lauredanus.

Bellum nauale inter Venetos & Turcos.

Digitized by Google

Peloponneſiacā nauē dantes, reſiſtere fortiter. Veneti uiderunt quod parabat̃, uidelicet claſſem hoſtilē incurſare in Peloponneſiacā triremē, ipſi q̃ꝫ ad nauale certamen accingebant̃. Interim dum ferueret preliū, nauigabāt per omnes hoſtiū naues, quaſdā demergētes ꝓfundo, quaſdā remis ad litus agētes. Veneti in hunc modū uictoria potiti ſunt, capientes naues barbaricas tredecim, pleraſq̃ tamē uacuas. Nam Turci, ubi ſenſerant naues, in quibus erāt, iam capiēdas, in mare ſe abijciebāt, & in terrā enatabant. Eodem tēpore cum armis urgerēt Veneti Mechmetē, Lampſacum obſidendo in ditionē acceperunt: ibiq̃ præſidio relicto, domū reuerſi ſunt. Veneti ducē illum qui prelia ſecunda cōtra barbaros fecerat, reuerſum capitis accuſabāt. Crimini dabatur, ꝙ prior preter ius & æquū, & præter magiſtratus imperiū, preliū iniſſet, fœderaq̃ fregiſſet. Cum in hunc modum capitis anquireret̃, crimine abſolutus eſt, ut qui preliū haud prior incepiſſet. Nec tempore multo interpoſito, legationes ultrò citroq̃ miſſę, inter utroſque pacē icto fœdere ſanxerunt. Mechmetes quidē, quemadmodū accepimus modò, erga Venetos affectus erat. Gręcis uerò erat perq̃ familiaris, eoſq̃ colere cupiebat in omnibus, quæcunq̃ petijſſent haud grauatim largiendo. Familiaritatis aūt eius cauſa, quam nūc dabimus, erat.

Muſtaphas Paiazitæ F.

Muſtaphas unus è numero filiorū Paiazitis, imitatus Moſen fratrē, ad Sinopiū ducem, qui hoſtis erat Mechmetis, perueniēs, iuramēti religione interpoſita ſe inuicē amicos & hoſpites in poſterū fore confirmabant. Deinde cū legatos miſiſſet ad Dacię ducem, & amicè ab eo foret acceptus, pollicereturq̃ ſe ipſi ſuppetias laturū in regno q̃d aueret acquirēdo, in † Aſiā abire decreuit.

† Al. Europam. al. Daciam.

Cū in Aſia lōgo tēpore moratus eſſet, habēs ſecū uiros trecētos, haud ceſſabat ambire Turcorū optimū quenq̃, & ad defectionem pellicere. Cum res parū ſuccederet, angebat̃ maximè. Nam Mechmetes ęquitatis amantiſsimus erat, & egregiè optimates Turcorū colere norat, moribuſq̃ erat trāquillus et placidus. Hic dicebat, Muſtaphā haud legitimū, uerùm ſuppoſitū eſſe Paiazitis filiū, ut qui nullo, uel paruo indicio patrē et fratres repreſentaret. Filiū Paiazitis Muſtapham exceſsiſſe è uiuis, ſeq̃ Muſtaphę ueri filij Paiazitis mortē accepiſſe à uiro integerrimo & iuſtiſsimo, qui ſibi eam ꝓ certo nūciarit. Muſtaphas, cū cœptis parū ſuccederet, abijt ex Dacia: & res ſuas meliore ſtatu fore credebat, ſi ſe cōtuliſſet ad Gręcos, ſic in medio Mechmetis regno cōſtitutus. Iracūdo itaq̃ animo, relicta Dacia, per Thraciā cōtendebat Thermā, quæ urbs eſt Græcorū. Ibi ueniēs in colloquiū cū Græcorū duce, & urbē ingreſſus, captus eſt.

Muſtaphas capitur.

Mechmetes ubi reſciuit fratrē ſuū perueniſſe Thermā, cōfeſtim omni mora poſita, Thermā ſumma celeritate adhibita, ꝓfectus eſt: aſſumptoq̃ exercitu, fratrē quęrebat apud Gręcos. Dux Gręcorum, qui Thermā regebat, nunciū ad Byzantij regē ire iubet, ut dicat quid egerit cum Muſtapha: narraret quoq̃, aduenīſſe Mechmetē, & poſtulare ſibi dedi Muſtaphā, ut fratrē ſuppoſiticiū, & ſui generis maculā. Rex miſſo legato, pactū init cum Mechmete, q̃ iubebat̃ Muſtaphā in uincula dare, nec quoq̃ inde abire ipſum pateret̃: pactū hoc iuriſiurandi religione firmarūt. Muſtaphā igit̃ unà cum Smyrnę duce Zunaite, qui cū eo Thermā aduenerat, acceſſeratq̃ belli cōtra Mechmetē adiutor, in arce Epidauri in carcerē dedere uinctos.

Zunates Smyrnæ dux.

Gręci tēpore longo eos in uinculis aſſeruarūt. Poſtea ducti ſunt in Imbrū & Lemnū, ubi quoq̃ in carcere captiui delituere uſq̃ ad Mechmetis obitum. Cum igit̃ Græci hac in re morem geſsiſſent Mechmeti, & quaſi gratiam retuliſſent, in carcere condentes Muſtaphā, accidit ut in poſterū quęcunq̃ uellent, facilè apud regē Mechmetē impetrarent. Tunc quidē cum experirent̃ regis fauorē Gręci, longo tēpore admodū feliciter reb. ſunt uſi. Peloponeſo eā induxere formā, quā cōmodiſsimā fore iudicabāt. Emanuel habuit filios, Ioannē ſeniorē, quē Gręcis regē dedit: Andronicū & Theodorū: preterea Conſtantinum, Demetriū, & Thomā.

Emanuelis Græc. Imp. filij.

Ioāni ſeniori, qui reliquis uir melior eſſe apparebat, regnū cōmiſit. Eidem uxorē dedit ex Italia Montferarię principis filiā, morib. quidē præditā optimis, cæterū forma illiberali. Diademate igit̃ caput filij cingens, eum regē & pontificē Gręcorū eſſe iuſsit. Vxorē, quā ex Italia petierat, nō perinde ob formę turpitudinē amabat. Proinde nec cohabitabat, nec etiā Veneris fœdus cum ea inibat: tātū mulieris obrepſerat faſtidiū. Mulier aduertens ſe marito eſſe inuiſam admodū, nauē cōſcendit, & ad genere ꝓpinquos ſe recepit. Ipſe interim matrimonio ſibi iunxit Sarmatię (quę & Ruſsia) principis filiā. Hic quidem in iſtū modū affectus regno præfuit. Andronico aūt imperio regendā cōceſsit Thermam, qui uirtute poſt Ioannē ſecundus inter filios regios erat. Cū aliquanto tēpore ſuperuixiſſet, in elephantiaſim incidit. Thermā quoq̃, ut q̃ nō amplius retineri poſſet, ꝓpter res ciuitatis admodū acciſas, Venetis uendidit. Cum igit̃ iudicaret eam uenditionē tum ſibi tum urbi expedire, paruo precio accepto, eam Venetis tradidit.

Theſſalonica Venetis ultro data.

Andronicus aūt, ꝓfectus ad fratrē in Peloponneſum, uictū in Mātinea Laconię habuit. Morbus cū indies inualeſceret, tandē uita functus eſt. Theodorū, qui defuncti q̃ꝫ filius erat, miſit ad fratrē Theodorum Porphyrogenitū, ut eum Peloponneſi ſucceſſorē relinqueret. Quē ſuſcepit, & ut fratris & neceſſarij filium apud ſe detinuit. q̃ mortuo, quemadmodū conuenerat, ſucceſsit in Peloponeſi adminiſtrationē. Hic ubi imperio potitus eſt, uxorē accepit ex Italia, filiā Malateſtę ducis Marchię, q̃ formę uenuſtate, & reli-

quis mulierum dotibus admodum præſtabat. Poſtea cum odium, dehinc diſcordiæ id matrimonium inuaſiſſent, odio, quo uxorem proſequebatur, permotus, ad Nazaræorum Schema migrare ſtatuit. Cum autem iam animo fixum eſſet, Nazaræorum ſuſcipere habitum, accerſiuit fratrem, ut ei regnum tribueret, opesq;. Verùm haud multo pòſt uoluntatem mutauit, cum eum optimi quiq; ab iſto inſtituto dehortarentur, nec eum ad hanc uitæ formam tranſire ſinerent. Senior Theodorus nō tulerat filios ex Rhainerij filia: uerùm nati ſunt ei filij nothi. nam duxit uxorem Athenarum principis filiam, quæ omnes ſui ſeculi formoſas anteire dicebatur. † Rhainerius hic Corinthi & Athenarum princeps extitit: Bœotiæ quoq; imperauit, & uſq; in Theſſaliam proceſsit. Imperium hoc modo nactus eſt. Cum contra Græcos, ſic inſtigante Rom. Pontifice, expeditionem ſumerent Galli & Veneti, tum etiam Neapolitanus rex, necnō Tyrrhenorū & Ianuenſium uiri potentiſsimi profecti ſunt, ut Peloponneſum & reliquam Græciā ſubigerent. Et Peloponneſum quidē cæteri in ditionē redegere. At Ianuenſes qui erāt de familia † Zachariarū, cœperūt Achaiā & Elidis partem maximā. occuparunt & Pylum, necnō Meſſanę regionē haud paruam, ut etiam in Laconiam irrumperent. Mediterraneam regionē Pelopōneſi obtinuere Græci Peloponneſiaci. Vniuerſam maritimā Peloponneſi oram capientes tenuerūt Celtiberi occidētales, necnō Ianuenſes & Tyrrheni. Rhainerius cum ab Florentia ueniret in expeditionem hanc (erat enim ortus ex familia Azeolorū ſiue Acciaiolorū) Atticam & Bœotiam, ut antè dixi, in ditionē accepit. Nactus eſt & Phocenſium regionis pleraq;. Ligures Euboiā longis temporib. retrò cœperant: qui permiſerunt Venetis, certis conditionib. & pactis in inſulam aſcendere. Poſthæc paulatim progreſsi, Euboiā uniuerſam occuparūt, cum interceſsiſſent diſcordiæ inter Venetos & Ligures. Regionē iſtam & redditus, quia placebāt, Veneti adhuc habent conditionib. & pactis iiſdē, quib. in eam inſulam peruenerūt: quæ quidē bona fide coluerunt. Rhainerius, Celtiberi, Galliq;, quotquot bello Græcos laceſſebant, longo tēpore demū poſt Venetos & Ligures in iſtam regionem appuliſſe uidenť. Rhainerius q̄q; aduena exiſtens, affinitate iuncta cū Ligurib. qui Euboiā tenebant, † Prothymi cuiuſdā filiā uxorē ſibi aſſociauit. Hinc regionē eam occupans, etiā Corinthū ſubegit. Peloponneſum quoq; ſubiicere animo agitabat. Poſtea cum ad ipſum ueniret frater Græcorū regis Theodorus, inter ſe affinitatem fecerunt. nam uxorē dedit Theodoro duci filiam ſuā, quæ formæ elegātia omnes antecedebat: Corinthumq;, ubi mortuus eſſet, ei conceſsit. Promiſerat eñ Rhainerius, ut dotis nomine, ubi primùm ipſe defunctus fuerit, Corinthū accipiat. Filiam ſuam alterā

† Gregoras & Facellus hunc Rogeriū de Empurijs faciunt.

† Giachariorum.

Ann. 1301.

† Philippi de Orſaiſi.

deſpondit Carolo † Acarnaniæ & Aetoliæ principi. Duces regionis illius priores pertinebant ad regē Parthenopes, quæ nunc Neapolis uocatur. Cum à finitimis & uicinis gentibus expellerenť ſuis ſedibus, duce deſtitutæ, Cephallenia, Zacynthus, & Echinades inſulæ, ad iſtum regem conuerſæ, præfectum & principem ab eo acceperunt. Venerant iam olim & alij præfecti & principes in inſulas iſtas. Ibi tum Carolus ille de familia Tocorum habuit ſecum uiros ſpectatæ uirtutis, † Rhoſum, Gyidum ſiue Guidonem, Myleiareſem. Et cum Cephalleniæ moras traherent, animum in Epirum intenderunt: adiunctisq; Epirotis, regionem quam habebāt ſubiectam, in ditionem acceperunt: paulatimq; etiā Acarnania in ditionem uenit. Albani ruentes ab Epidamno, & ad Orientem properantes, Theſſaliā, & mediterraneę Macedonię pleraque, Argyropolichnā & Caſtoriā dominio ſuo addiderūt. Aduenientes deinde in Theſſaliā, urbes inter ſe ſunt partiti, regionemq;, ut q paſtores eſſent, nec ullo in loco fixas ſedes haberent, depaſcebanť. Poſtq̄ aūt in Acarnaniā peruenere, Acarnaniæ principe id permittente, etiam eam regionē pecorib. depaſcendam obiecere. Poſtea conuenit inter ipſos, ut inſidias tenderent Græcis, utcunq; tamē res cecidiſſet. Et ſanè Duci † Iſaaco, qui uenatum p̄fectus erat, Albani uenientes inſidias ſtruunt duce † Spata. Qui cum foret uir impiger, & ad omnia audax, plurimū ſuis eo tempore audacia & fortitudine profuit. Ducē Iſaacium eò loci cōfecerūt. Hinc continuò incurſionē in regionē eius faciētes, eam ſubegere, uirosq; quoſcunq; in agris deprehenderūt, cæpere uiuos. Poſtea obſidentes Arten (quæ olim Ambracia) Acarnanię urbē, haud ceſſarūt priuſq; eam occupaſſent. Hāc regionē ſubigētes, haud abſtinebāt ab occidētaliū regiōe, quā miris modis euaſtabāt, nunq̄ qeti ſe tradētes. His moti principes Neapolitani, ab Corcyra inſula pergētes (inſulā eñ iſtā ea tēpeſtate Parthenopes reges tenebant) & copias cōtrahentes, p̄ficiſcebanť cōtra Acarnaniā, ut Albanos ex ſua regione deturbarēt, & Arten Acarnanię urbē captā recuperarēt. Qui aduenietes, Arten obſederūt, bellicasq; machinas muro admouerūt, ut urbē ui caperēt. Spatas Albanorū dux haud intra mœnia ſe cōtinebat, ſed extra urbē obambulās cōſulebat Albanis, q̄s in unū collegerat, ut ſe prōptè ſequerenť ad pręſens periculū. Quo impigrè facto, opprimūt ſubitò Italorū exercitum oppugnationi intentum. q̄s in fugam cōpellunt, plurimis partim necatis, partim captis. Socius & auxiliaris aderat in eo prælio Prialupas Aetoliæ princeps Tryballus, affinis Spatæ duci Artæ. In hunc modum Spatæi Acarnaniam occuparunt. Poſtea Carolus cū proficiſceretur ab inſulis cum ſuis ſocijs, nec non alijs quibuſdam qui in ſocietatem belli uenerāt, offenſi Albanorū tyrānide, regionē Acar-

† è familia Tochiorū ſiue Topiorum Beneuentano.

† Iacobus de Rozza. Dominicus Gilius. Gotfridus Mili.

† qui & Muſachius

† Spataforti

Corcyra à Rogerio capta, circa an. 1150.

† Inico de Daulos. al. Iſaulo.

Acarnanię ſubegerũt. Pręterea eripuerũt Aetoliam † Izaulo regenti Dromænorũ urbẽ & Aetoliã. Imperium Aetolię antea penes Thomã Prialupæ Tryballi filiũ fuit, & hoc pacto in Izaulũ peruenit. Cum adiuuaret Prialupas Spatã, & Albanos in bello ꝙd geſtũ eſt cum Italis, Arten metropolim Acarnanię obſidẽtib. euenit ut in eo ꝑlio captiui cõplures, ꝗ generis claritate excellebãt admodũ, in manus uenirẽt. inter captiuos hos extitit & Izaulus ė grege optimatũ: qui adoleſcẽs regis Parthenopes (ꝗ & Neapolis) nũcupabat̃. forma erat liberali, & quantũ ad mores attinet, ęquus & placidus. Hũc cũ plurimis alijs captiuũ trahẽs Prialupas domũ, ut mancipiũ tractauit: eosq́ in cuſtodia aſſeruauit, moratus in regia, uolẽs eos propinquis reſtituere, accepta pecunia, ſi uenirẽt ſuos redẽptũ. Vxor Prialupę adoleſcentẽ uiſum amare cœpit. Erat em̃ iſtius mulieris ingeniũ, ut priuſquã peteret̃, peteret uiros. præ intẽperãtia cui obnoxia erat. Cũ igit̃ ſtupri cõſuetudinẽ cum adoleſcente habuiſſet, amore ardẽs & furens, cum adoleſcẽte inſidias marito ſubornat. Mulier adoleſcẽtẽ ducit in cubiculũ, in ꝗ quieſcere ſolitus erat Prialupas dux: ibiq́, adiuuãs adoleſcentẽ mulier, Prialupas occiſus eſt, & ipſe ad imperij gubernacula aſcẽdit. Cum aũt ſibi tyrannidẽ ad eum modũ paraſſet, nemini niſi mulieri ſoli placebat. At ultio haud multo pòſt ſecuta eſt. Prialupas em̃, ꝗ filius eius erat, patris nomen gerẽs, nat⁹ ex iſta uxore, cũ ꝓperaret ad regẽ Moſem, petẽs auxiliũ & p̃ſidiũ cõtra † Carolũ Acarnaniæ principẽ, ut eam regionẽ in poteſtatẽ redigeret, captus eſt, oculiq́ eius eruti ſunt. Regionẽ urbis Ioãniorũ nemo ſubegit. Petijt em̃ Carolum ſibi ducẽ: cui ubi primum urbis adminiſtratio eſt cõmiſſa, bellũ fortiter admodũ ſuſtinuit. Regnũ hoc, cũ prius Tryballorũ foret, ad Izaulũ & Carolũ ducem in hunc modũ deſcendit. Cum utraq́ teneret finitimã Archeloi regionẽ, quæ ea tempeſtate Aetus uocabatur, & Argyropolichnam uſq́ Naupactũ, quę eſt e regionė Achaię, ſuo imperio admouit. Qui principatum adminiſtrauit cũ uſq́ res ſuę incrementa ſumerent, pace belloq́ nulli ducũ cederet: tandẽ cum bellis, quę aduerſus finitimos geſsit, plurimũ glorię ſibi peperiſſet, duxit, ut ſuprà docuimus, Rainerij Athenarũ & Corinthi principis filiam. Huic duci natus eſt filius nothus. nam ex Euboide uxore ſtirps uirilis haud nata eſt. Nomen filij nothi erat Antonius. Huic teſtamento reliquit Bœotiã, & Thebas urbẽ. nam Corinthus ceſſerat genero Theodoro, regis fratri. Vrbẽ Athenas, quæ prius Celtiberorum erat (nam & hãc tenuere Iberi) ſibi ſubijciẽs, tandẽ Venetis reliquit. Filius Antonius à patre accepit Bœotię regnũ. nã reliqua Phocẽſiũ regio & Lebadia uenerãt in poteſtatẽ Paiazitis, quas ſuo dominio adiunxit, ut ſuprà memorauimus. Antonius cõtra Venetos bellũ mouit, & Athenas ſumma diligẽtia exercitib. circumſedit. Veneti ęgrė ferebant urbem ſuã obſidione premi. parant igit̃ eam obſidione ſoluere. Et cum ſtatuiſſent hoſtili animo ꝓficiſci cõtra Thebas, exercitũ ex Euboia quãtũ potuere cõpararũt, nec nõ reliqua quæ ad inſtruendũ exercitũ attinẽt, collegerũt. Et ab Euboia rectà mouẽt in Bœotiã, & contra urbẽ. Antonius ut accepit Venetos cõtra ſe cũ exercitu pergere, ſuos in duas turmas partit̃, quas locat in uia per quã Venetos & Euboiẽſes iter facturos compertũ habebat. Vnã poſuit in fronte, alterã ut à tergo eſſet iter ingreſſis. Deinde expectauit donec hoſtes ex impuiſo in mediũ uenirẽt. Veneti ꝓgrediebant̃ ad urbẽ Thebas, ꝗ aberat ab Euboia ſtadijs 100. & 50. Numerus aũt eorum qui arma Thebis inferre parabãt, cõplectebat̃ ſex millia militũ. Antonius, cum in inſidias hoſtes pręcipitati eſſent, in hos undiq́ coortus, habẽs in ſingulis turmis nõ ultra ter cẽtenos, ſimul utriſq́ apparens, hoſtes fugã arripere coegit, plurimis cęſis & captis. Etiã principes qui eorũ regionẽ gubernabãt, cępit uiuos. Hinc cedens reuerſus eſt, unde digreſſus erat, ad obſidionẽ Athenarũ. Ad hãc urbẽ copias habuit, donec quidã Atheniẽſes pacto intercedẽte per ꝓditionẽ urbem hoſti traderent. Deinde paucis dieb. pòſt & arcẽ, quã obſidione urgebat, occupauit, princepsq́ Atticę & Bœotię declaratus eſt. Cũ aũt ueniſſet iã antė in Ianuas Paiazitis, ſuperſtite adhuc patre, deinde ꝙq́ acceſsit Ianuas Moſis, Mulſumanis, & Mechmetis: Ianuę milites munerib. ſibi cõciliauit, & in regione ſua admodũ ſuauiter & trãquillė in reliquũ regnauit. Dicunt hũc uirũ cęterà illuſtrẽ extitiſſe. Deinde cum in ditionẽ redegiſſet Athenas, ferũt eũ tum demũ abijſſe ad Ianuas regis, ꝗs ſibi familiaritate et arctiſsima neceſsitudine deuinxit. Tyrãnidem aũt exercuit, ducta priuati cuiuſdam Thebani uxore. Cum em̃ nuptiale ſacrũ peragẽtes in nuptijs cuiuſdã Thebani choreas ducerent, aderat & ſacerdotis cuiuſdã filia, maritũ habens forma quidẽ luculẽta, moribuſq́ uenuſtis & modeſtis p̃ditũ. Hãc in ipſa chorea adamauit. Amore aũt amens, haud multo tempore pòſt eam ſibi matrimonio iunxit. Feliciterq́ uitã egit, cum principatũ ad eum modũ inſtituiſſet, ꝗ ſibi ſuiſq́ & alijs maximė opportunė habere uidebat̃. † Aleoti filiũ Aeginę principẽ, ꝗ corporis fortitudine p̃ſtabat, generũ aſciuit, data ei quã adoptauerat, in uxorẽ, filia. Habuit & aliã filiã adoptiuã, qua ſibi generũ parauit iuuenẽ quendã ab Euboia oriundũ, claro loco natum. Poſtremò cum bellum inter ipſum & Venetos pace diremptum foret, pacatã amplexus eſt uitã. Aleoti filiũ Aeginę ducẽ, uirũ maximė ſibi cõmodum, quãdo ad ſe ueniſſet, magnificė uenerabat̃. Vitã uerò ſuam cũ tẽperanter inſtituiſſet, ad multã ſenectam peruenit, fœliciter uiuens. & quia imperiũ pulchrė & decẽter ordinarat, multas cõportauit inde diuitias. Vrbẽ quoq́, ꝗ potuit maximė, ędifi-

† Daulum.

Ioanniorum principatus in Aetolia, ubi olim Caſsiope.

Thebarum obſidio.

Antonius Athenarum dux.

† Galeoti.

Galeotus Malateſta.

cijs & reliquo apparatu exornauit. Horū cū hucuſq; mentionē fecerim, tēpus eſt ut redeā ad Theodorū regis F. Spartę & reliquæ Pelopōneſi principē, q educatus & diſciplinis inſtitutus à Theodoro patruo, poſtea ab eodē mortuo principatū accepit. Ad hūc cū ueniſſet pater eius Emanuel Byzātij rex, principatū firmiorē & ſtabiliorē Theodoro fecit. Sermonē quoq; funebrē habuit, & maximo mœrore affectus uolutabať ſuper † fratris ſepulchro. Poſtea aduocās Pelopōneſios in Iſthmū, muro eum includere aggreſſus eſt. Cui cum impoſuiſſet p̄ſidiū, Byzātiū repetijt, habēs ſecū in uinculis Pelopōneſiorū duces. Hæc quidē ſunt q̃ ea tēpeſtate regib. Gręcorū euenerūt. Imperāte Mechmete, bene ſe res Gręcorū habebāt, tū quātū ad regnū, tū quātū ad reliquū uiuēdi ꝑtinet modū. Poſtq̃ in fœdus & pacē coierāt cū Mechmete, nihil antiquius Mechmetes ducebat, quā ſumma ope niti ut Gręci q̃plurimi iſtā pacē facerent. Proinde quiuis potius malebat q̃ ut peregrini cū his in colloquiū cōgrederent. Nec ceſſabat in eos dona cōferre, quęcunq; ijs grata fore arbitrabať. Reliqua etiā faciebat ꝓpter filiū ſuū Amuratē. Erant eñ ei duo filij, Amurates, q natu erat maximus, & Muſtaphas annis iunior, & adhuc puerilē agens ętatē. Europę imperiū illi, huic Aſiæ teſtamēto relinquere parabat. Cumq; ita filijs q̃ ad regnū attinere uiſa ſunt diſpoſuiſſet, iuſsit ut extremā ſuā uolūtatē ſeruarēt: Byzantioq; regi ſubſidio uenirēt, quādocunq; ab hoſtib. uim patereť, & fortiter uirū defenderēt ab his q ei iniuriā facerēt. Cū copias miſiſſet in Daciā, eam diripiebat, nec à Pannodacia manus abſtinuit, Chotza Therozis miniſtro exercitū ductāte contra Pānones & Pānodaciā, Illyricoſq;. Brenezis, q arma inferebat Illyricis & Pānonib. & Pelopōneſo, extāt in Europa deſignata opa plurima memoratu digna: plurima quoq; egregia facta Turcorū, cum Europę equitib. adiūcti ſtipēdia facerēt, maximè celebranť. Cum enim expediti ſequerenť quocunq; dux duxiſſet, cōmoda plurima reportabāt. Et cùm eodē duce incurſionē feciſſent in Venetorū regionē Turci, magna p̄da hominū aliarūq; rerū abacta, admodū opulenti facti ſunt. Itaq; haud modica ædificia à Breneze in Europa ſunt excitata, ut poſteris monumētū forēt. Poſtea aūt cū relicto Moſe ad fratrē eius trāſijſſet, imperatoriā dignitatē filijs cōceſsit. Hinc cū Brenezis filij † Ieſus, Barācus & Halies, ꝓuincia ducēdi in hoſtes fungerēť, breui ad maximā claritatē ꝑuenere. Brenezes inhabitauit Ianitzā urbē, quā à rege, ut ibi domiciliū haberet, dono acceperat. Filijs aūt p̄ceptū erat, ut quādocūq; neceſſitas poſtularet, haud cūctarenť miniſtrare & inſeruire regi. Ianiza urbs ſita eſt ꝓpe flumē Axiū: nec pauci iuxta eā coluntť Brenezis uici. Sub Mechmete poſt Brenezē Turachanes (quē hodie Vardari uocāt) eximius dux erat, qui p̄erat equitib. q undiq; ad ipſum cōcurrebāt. Vſuſq; ꝓſpero rerū ſucceſſu, p̄das agebat plurimas ex hoſtili regiōe. Imperauit Bidinę, cū huic à rege Mechmete eſſet p̄fectus: tranſiēſq; in Pānoniā, multum gloriæ per uniuerſam Europā obtinuit.

† filij.

Brenezis geſta.

† Ioſue.

LIBER QVINTVS.

AMVRATES II. Turc. X. Imp. 1412. uel 1419.

MOrtuo Mechmete, qui Paiazitis fuit filius, regni ſui anno 12. imperij moderamen Mechmetis filius Amurates, q cęteros ętate anteibat, nactus eſt. Ea tēpeſtate uerſabať Pruſæ, quæ Aſię urbs eſt, queq; ad regni curā attinere uiſa ſunt cōſtituebať. Gręci Mechmetis morte & Amuratis in regnū ſucceſsiōe accepta, accerſebant è Lemno Muſtaphā, qui Paiazitis ferebať eſſe filius, & tum temporis in Lemno agebat mediocri cuſtodia à Græcis aſſeruatus. Cū aūt hi qui Muſtaphā uocatū ierant, ꝓhiberenť uētis aduerſis, q trāſitū à Lemno in Helleſpontū uiolēter eo tēpore auferebāt, regēq; in Europa cōſtitui oporteret, triremib. intercipiebāt Amuratis in Europā traiectū, Propōtidē & Helleſpontū intercludētes, ne poſſet traijcere. Ipſi uerò nauigauerūt Callipolim, q̃ eſt urbs Cherſoneſi, rerū omniū abūdātia affluētē, ut ibi in colloquiū cū adueniente Muſtapha uenirēt. Quē ubi impoſuerūt regē Europę, petētes ut ſibi reſtitueret Callipolim, facilè impetrarūt. Hìc quidē Gręci ſemetipſos reſq; ſuas planiſsimè perditū iuere, prę nimia imprudētia: urbſq; eorū parū abfuit quin capta & direpta ab Amurate fuiſſet. nā duces Amuratis relicti in Europa ab Mechmete patre, ut filio in regnū ſuccedēti obtēperarēt, acceſſere ad Byzātiū regē, petētes ne in p̄ſentiarū Gręci diſſentire uelint: néue ipſe quid cōtra ea q̃ ꝓmiſiſſet regi Mechmeti, nouarū rerū cupidine molireť. Paiazites, unus de numero optimatū regis, declaratus iudex & dux Europę, legatus ibat ad regē Byzātiū, adhortās eū ad fœdus faciēdū, quod iubereť ipſi auxiliaris eſſe, ſi quā uſus poſtularet. Et quo magis regis animū cōmoueret, offerebat obſides XII nobilium filios. His addebat, aureorum myriades XX. necnō regionē plurimā Callipoli adiacētē, quācunq; eo loci Gręci petijſſent. Hęc quidē pollicebať & dabat, ut Muſtaphā rex Byzantius miſsū faceret, neutriſq; ſuppetias ferret: ſed ipſos potius ſineret cōcurrere infeſtis armis: cūq; quē belli euētus regē declaraſſet, regno pręeſſe patereť. Hęc pręconis uoce ad Ioannē tū Gręcorū regē iuuenē, nec quicq̃ moderati, ut ſibi pararet regnū, cogitantē, referebanť. Arbitrabať nāq; res ſuas melius habituras, ſi illi inimicitias inter ſe gererent hoſtiles: ſeq; feliciore rerū ſucceſſu uſurū q̃ hacten⁹, ſi inter ſe diſcordias fouiſſent. Etiā hinc magnā ſibi pollicebať felicitatē fore, ſi ambo ſua opa indiguiſſēt. Pręterea hęc cogitatio eius ſubibat animū: Quòd ſi inter ſe diuiſerint regnū, & id ſuꝑ utroq; recubuerit, fore ut facile ſuperare poſsit utrūq;: cū neutri, quantū ad regni magnitudinē ſpectat, tū ſit cōferēdus. Id aūt cōmodiſsimè euenire putabat, ſi regnū inter ſe diſtribuerent, & ambo regnarēt. pòſt lōgē aliā tenebat ſententiā. Totus nāq; ſtetit à partibus

Conſtantinopolitani imperij declinatio.

Ioānis Imp. inconſtātia.

tibus Muſtaphæ. Pater autem Ioannis, qui regnum adminiſtrabat, diuerſum à filio ſentiebat. Nam cenſebat fœderum religionem nec temerandam, nec uiolandam eſſe: & qui id feciſſet, nihil boni ei unquam euenturum: nec quicquam prohibere, quo minus cum errato ſuo pereat penitùs. Verùm hæc in deliberationem proponenda eſſe ei, qui deliberet utri parti ſit adhærendum: ab hac parte locentur opes regni, & peregrinorum militum robur: ab altera, quæ modò diximus, ponantur. Illa quidem dubiam faciunt electionem. Hæc etiam ambiguitatem inferunt, dum cogitaret quà & quomodo regnum ſibi ſubijceret, & interim Græcorum res in ſummum adduceret diſcrimen. In hunc modũ ad utramque partem Græcorum animi propendebant. Vicit tamen ſententia, quę iubebat regem iuuenem, qui rerum tum potiebatur, ſequi quocunque duxiſſet. Proinde adiungebantur Muſtaphæ, eumque regem pronunciarunt: hac tamẽ cõditione ut Callipolim amiſſam reciperent. His ita decretis, copijs naualibus implevere naues, quibus inſtructus rex uenit Callipolim. Cum autem nondum eò aduenisset Muſtaphas è Lemno, uolens ipſe interim aliquid agere quod pertineret ad regnum Europæ, Callipolim obſidere ſtatuit. Aderat & Zunaites Smyrnę princeps, Muſtaphæ familiaritate iunctus. Porrò dicebant Turcis, qui conuenerant, Muſtapham breui affuturum. Oppugnabant arcem Callipolis: nec multo pòſt dedidit ſe aduenienti Muſtaphę Cherſoneſus: & illicò eum regẽ conſalutauit, & quocunque duxiſſet, promptiſsimè ſequebantur. Callipolim ſibi tradi poſtulabat Græcorum rex. Muſtaphas paratus erat eã dare, nec abnuere. Turci rẽ iſtã iniquis patiebant animis, cum parum honeſtum ſibi fore arbitrarentur, regno nondum ſatis firmato, urbem talem Græcis donare. Præterea in dubio adhuc eſſe, cum regnum nondum ſatis ſit munitum, quònam res erupturæ ſint. pollicebatur itaque Græcis rex, cum in regnum uenisſet, ſe ipſis traditurum Callipolim: præterea ſi aliquid aliud, quod ſibi utile fore putarent, poſtulauerint, eos porrò haud repulſam paſſuros. Græcis in hunc modum perſuaſis, rectà in Europam contendit. quem aduenientem omnes ut regem & Paiazitis filium excipiebant, eiusque imperio ſe ſubmittebãt. Cum Paiazites compertum haberet Muſtapham Adrianopolim pergere (urbem enim iſtam regebat iuſſu Mechmetis, qui moriens id ei mandarat) exercitu ex Europa congregato, obuiam proceſsit Muſtaphæ quàm proximè Adrianopolim, quaſi pugnaturus: nec permiſſurus, ſi tantæ uires fuiſſent, eum in regni ſedem procedere. Cum Muſtaphas agmine compoſito accederet, Turci cõfeſtim omnes ad Muſtapham tranſitionem faciunt, eumque ut regem adorant. Prĕterea Paiazites prouolutus ad genua Muſtaphę, eum ut regem adorauit: resque eidem tradidit, ut pro ſuo arbitrio ageret. Hunc continuò necari iuſsit: ducẽsque exercitus Adrianopolim, eam urbem cæpit, & in regni ſedem progreſſus eſt. His peractis conuerſus, proficiſcebatur contra Aſiam, uolens & Aſiæ regnum ſubigere. Traiecit autẽ in Aſiam, habens ſecum Europæ exercitum, & Turcorum pedites, quos Azapidas uocant. Adhibuit & Smyrnæ principem Zunaitem. His copijs in Aſiã tranſportatis, aggreſſus eſt Amuratem Mechmetis filium. Legatos miſit ad regem Græcorum, qui orarent, ne quid, quia peregrè abeſſet, innouarent: ſe, ubi primùm Aſiam ſubegerit, & Amuratem deuicerit, ipſis redditurũ Callipolim. Adueniebant quoque ad regem Byzãtium legati ab Amurate, dicentes, ſi arma Amuratis ſequantur, fore ut quicquid peterent ab Amurate, conſequerentur. Gręci legationes differebãt aliquandiu: poſtremò Amuratis legatos dimiſerunt. Græci autẽ ſequuti ſunt partes Muſtaphæ: cui perſuaſerunt, ut ſecum fœdus faceret cõditionibus quas ipſi præſcripſiſſent. Legati Amuratis cum rediſſent in caſtra, rumorem ſparſerunt, ſe Græcos ſibi auxiliares paraſſe. Eo tempore caſtrametati ſunt prope Lopadium lacum, & regionẽ Michalicij eò loci euaſtauerunt, ubi lacus multis ambagibus per anguſtias in mare effunditur, & pons eſt. Muſtaphas igitur accedens, caſtra locauit iuxta fluuij oſtium, qui ex lacu promanat. eò cum aduenisſent Amuratis legati, commodũ ſanè uulgarunt rumorem, quaſi ſua legatione effeciſſent ut Gręci ſibi auxilio uenirent. Minitantes igitur uociferabantur contra Muſtaphæ exercitum, quaſi periturus ſit in Aſia interclusus. Hæc fama cũ uolaret in caſtris Muſtaphæ, & necdum legati præſtò eſſent, quos ipſe miſerat, ueriti ne Græci occupantes Helleſpontum, nec tranſitum in Europam darẽt, & milites Muſtaphæ in Aſia interciderent, inter ſe colloquuti ſunt uaria. Poſtea, ea nocte quæ inſequuta eſt, Zunaites Smyrnæ princeps, Muſtapha relicto, ad paternum profugit principatum. Aufugerunt & reliqui duces, parum fidentes Muſtaphę fortunę. Vt animaduertit Muſtaphas ſuos exercitus dilabi, ſibi quoque tandem timens, fuga prępropera ad mare ſe proripuit. Gręci qui elegerant Muſtapham, eumque ſibi ſocium parauerant, nauibus impoſuêre milites, & nauigarunt in Helleſpontum. Rex autem Byzantij cum foret in Periconeſo, amori importuno mulieris, quam amabat, operam dabat. Hęc autem ſacerdotis cuiuſdã filia erat. Nec ſanè admodũ opportunè ibi uiuebat: tranſitu enim in Europam Amurates arcendus erat. Amurates, ut primùm dies illuxit, caſtra hoſtium uacua & deſerta deprehendit. Azapides autem manus ſupplices tendebant, rogãtes ne in ſe à ſuis equitib. fœdè deſertos & proditos ſæuire

Græcorum diſcordia.

MVSTAPHÆ adiunguntur Græci, fitque rex XI.

Azapidæ.

Lopadium lacus.

Zunaites transfuga.

uireſtatueret. Ponte igitur Amurates lacum eum iungens, quàm celerrimè ad hoſtium caſtra trãſijt, & Azapides omnes occidit. Hinc perſequi ſtatuit Muſtapham per omnes urbes, quaſcunque adijſſet. Muſtaphas autem præuerterat Amuratem, transfretãdo Callipolim. Amurates uerò nactus nauim Ianuenſium maximã, quæ fortè appulerat, paciſcitur cum gubernatore, ut ſe cum peregrinis & Ianuę militibus, nec non cum reliquis copijs in Europã traduceret. Mercedem gubernatori ſoluit maximã pecuniam, quantam petijſſet, impigrè numerando. Et in hũc modum cum copijs ſuis uniuerſis in Europam tranſuectus eſt. Muſtaphas ubi cõperit Amuratis in Europam tranſitũ, iamq; minus minusq; tutus foret, ubique fratre imminẽte, circũſpiciens locum ubi exitiũ euitaret, fuga ſe contulit in *Toganus mons.* montẽ, quem incolæ Toganũ nominãt. Eò ſequutus eſt Amurates, nec deſinebat omnia indagare ut potiretur Muſtapha. Cum autẽ quaſi uerriculo luſtraſſet, & indagine circundediſſet locũ in quo eum ſe occultare ſuſpicabatur, ſub arbuſto latitantẽ offendit. Cuius, ubi uiuus in manus uenerat, guttur laqueo fregit. Interfectus eſt itaque Muſtaphas, cum regnaſſet in Europa annis tribus. Amurates, ubi utranq; continentẽ in poteſtatem redegit, rex creatus eſt. Nec multo pòſt expeditionem ſumpſit aduerſus Byzantiũ & Græcos. Pręmiſit ducem Michaloglen, qui iudicis & ducis partes in Europa gerebat. Hic aſſumptis Europæ exercitibus, incurſionẽ fecit in Byzãtij regionẽ, & poſtea ibi caſtrametatus eſt. Hunc illicò ſequutus eſt Amurates Mechmetis filius, ducens ſecum peregrinos & Ianuæ milites, necnõ reliquos omnes qui belli tempore regem comitari aſſolent. Adduxit ſecum & Aſianum exercitũ, caſtraq; poſuit, quę ab una parte maris initium ſumentia, excurrebant uſq; in alterã partẽ maris. *Ianizarorũ educatio.* Ianuæ autem ſic ſe habent. pedites adſunt apud regem ſemper ſex mille, interdum decem mille. Ex his præſidiarios milites eligit, quos arcibus defenſandis imponit, & in eorum locũ ſubrogat alios. Ad hunc autem modũ Ianuæ milites ad regem conueniũt. Pueros quoſcũque poteſt acquirere, ubicunque terrarum captiuos abductos, Turcis in Aſia in diſciplinã tradit, ut Turcicam linguam addiſcãt: penes quos ſi manſerint duobus aut trib. annis, linguam apprehendunt Turcicam. Vbi linguã didicerunt quantũ ſatis eſt, ex eorũ numero quos in diſciplinã dedit, bis mille, aut ter mille eligit, quos Callipolim perducit, nauibusque præficit, ut artem nauticam diſcant, tranſuehentes homines qui in Aſiam ex Europa iter inſtituunt. Quotannis ſinguli tunicam & gladium inſtar ueru accipiunt. Haud multo tempore pòſt, citantur in regis Ianuas, quibus rex ſuppeditat mercedem ſufficientem, ut hinc uiuere poſſint: alijsq; ampliorem tribuit mercedem. Qui ſub decurionibus & quinquagenarijs conſtituti, & in cohortes cuneosq; diſcreti, ſtipendia faciunt, manentque menſibus duobus in tentorio Decurionis. Hi tentoria ſua figunt, ut ſe mutuò contingant quàm proximè apud regem. Intra hos nulli tendere tentorium licet, præterquam filijs regis. Inter hos ſunt theſauri regij, cubiculum'que regium. Tentorium rubrum, quandoque duo, & aliquando tria regi ponuntur, quæ fiunt ex argilla rubea, & inaurantur. Sunt & alia tentoria regis intra peregrinos numero fermè quindecim. Extrà tendunt reliqui Ianuæ milites, Amurachorij & pocillatores, quos Saraptarios uocant: ſigniferi, quos Emuralamios nominant: Ianuarum iudices, quos Bixorides appellant, & regis tabellarij. *Turcorum militia, nomina & ordo.* Hi omnes cũ numero ſint plurimi, numerus tñ eorũ augetur, cum accedunt miniſtri & famuli, quos habẽt cõplures. Illos quos modò diximus, ordine ſequuntur in Ianuis regis, Sylictorides circiter trecenti, qui ſunt equites ex peregrinis in iſtum ordinem allecti. Hos attingunt Caripedes peregrini, iſto nomine notati, quòd ab Aſia, Aegypto & Aphrica in Ianuas ueniant: & exercentes fortitudinem mirabilem, mercede à rege conducuntur, alius quidem maiore, alius uerò minore. His ordine proximi ſunt Alophatzides, qui mercenarij dicũtur, qui numero ſunt octingenti. Ab his tendunt Spachides, quorum cohors ducentos complectitur. Hi ſunt ducum & principum filij, quos de ſuo cubiculo rex ejciens, in iſtũ militiæ ordinem mittit, & alios in eiectorum locum ſubſtituit. In hoc grege eos retinet, qui uirorũ bonorum & illuſtrium filij cenſentur. Hic eſt, ut paucis dicam, Ianuarum ordo. Vniuerſę ſuæ monarchiæ rex duos præponit imperatores: unus Europæ, quem Baſſam Romani appellant: alter Aſię (Baſſa Anatolię ſiue Natolię dictus) *Baſſa Romaniæ.* Imperator nuncupatur. Hos ſequũtur copiæ uniuerſæ & duces reliqui, quocunq; molem auerterunt, iuſſu regis. Comites ſe ijs iungũt & præſides, quos ſigniferos nominant. Vbi enim in iſtum ordinem fuerint allecti à rege, donantur ſignis, ut qui duces & pręſides ſint multarum urbiũ. Hunc præſidem comitãtur urbium principes & magiſtratus, quocunq; cum exercitu pficiſcit̃, cum uniuerſi ſequantur ſuos magiſtratus & duces. Vbi uentũ fuerit in caſtra regis, hic fermè ordo ſeruatur. Equites ſecernuntur in ſuos tribunos. Azapides ſub uno duce collecti ſtipendia faciunt. Amurates cum ueniſſet Byzantiũ, urbemq; eam obſediſſet, mœnia tormentis quatiebat. Tentabat quidẽ murũ ſternere, at cœpta parũ ſuccedebãt. *Byzantij obſidio.* Globi, quos bõbardæ torquebant, ponderis erãt maximi. Murus aũt cũ foret firmus & admodum munitus, tormẽtis nihil ceſsit. Bõbardã ego arbitror nõ eſſe inuentũ antiquũ, ut quis credat à ueterib. eſſe repertam,

Digitized by Google

tam. Vnde aũt originem ſumpſerint, aut qui mortales primi bombardas in uſu habuerint, haud certò tradere poſſum. Quidam Germanos putant bõbardis eſſe uſos: ijſdemq́ bombardarum inuentum acceptum ferunt. Reliqui autem bombardarij ex Germania progreſsi, in uniuerſum paulatim peruenere orbem.

Bombarda Germanorũ inuentum.

Vnde autem originem cœperint bombardæ, certò aſsignare non poſſum. Impetus uerò bombardarum & mirabilis uis cognoſcitur inde, quòd corporibus, uel ijs quæ reſiſtendi uim habent, damnum infert maximum. Puluis autem impetum illum uiolentum, quo fertur, miniſtrat. Nitrum enim, ex quo puluis conficitur, addito carbone & ſulphure, uim iſtam tenet. Orbis iudicat bombardas, arma & munimẽta eſſe optima. Quapropter etiam minus uirtutis bombardæ habent, quamuis earum impetus penè ſit diuinus. Primam bombardam exiſtimo fuiſſe ferream. Poſtea demum opinor fuſionem æris & ſtanni eſſe excogitatam, quæ per conflationem fit. Quæ quidem materia iuxta cenſetur eſſe firmiſsima, & optima: eóque conferre plurimùm, ut globus in mirandam emittatur longitudinem. Formam autem bombardarum deſcribere, cum ubique hominum oculis obiectæ ſint, ſuperuacaneum fore iudicaui. Bombarda oblonga eſt: & quanto longior eſt, tanto longius eiaculatur globũ. accepimus enim bombardã fuiſſe, cuius globus impetu emiſſus, ſuperauerit ſeptuaginta ſtadia, cum finitima terra quæ interiacebat, utrobique moueretur. Potentia autem ignis, ut apparet, tonitru procurat, nec nõ uiolentã lationem lapidis. Nam ſi ignis incluſus cogatur, magna quædam, & quæ noſtrum planè captum excedunt, efficere nouit. Etiam fulmen naſcitur, ſi uentus in ignem mutatur.

Hinc igitur & tonitru & latio fit: ſiue quòd concedatur non eſſe uacuum in rerum natura, ſiue quòd ignis efficacia accedat: quæ ſi uiolenter urgeatur, & materiam apprehẽdat ſibi accommodam, utraque iſta præſtare poſſit. Omnis autem iſta potentia in ignem, ut cauſam, referenda eſt. Huc additur & puluis, qui natus eſt ignis potentiam, intercedente igne, mouere. Quibus omnibus coniunctis, fit ut lapis, ſiue globus, in tantam longitudinem iaciat̃.

Conſtantinopolis fruſtra obſeſſa.

Amurates igitur Mechmetis filius, aggreſſus murum, ubique admotis bombardis & alijs machinis, eum capere nitebatur. At Græci mœnia fortiter defendebant, de ſcalis deturbantes peregrinos regis. Quidam amputatis capitibus deuoluebantur ad ſuos. Amurates cum nihil efficeret, licet omnia tentaret quæ ad urbem capiendam pertinerent, triſticia affectus eſt: & animi anxius, uſque putabat ſe urbem occupaturum. Moras igitur cum necteret, nec ab urbis obſidione diſcederet, Græcorum legati ueniunt, pacem & fœdus petentes. At ipſe Græcos in fœdus ſuſcipere aſpernabatur: nec multis diebus pòſt re infecta domum reuerſus eſt. Copiæ uerò eius omnes dilabebãtur ad ſua. Græci legatos ire iuſſerũt ad Amuratem, oratum pacem: quos dimiſit Amurates, ipſorum petitionem auerſatus. Cum igitur Græci affectarent ſummis uotis pacem, nec tamen eam impetrarent, ad Muſtapham conuertuntur, Mechmetis filium. Ea tempeſtate is apud Caramanum agebat, uictum & neceſſaria ab eo capiens. Miſsis igitur legatis, Grçci Muſtapham Mechmetis filium, cum natus eſſet annos tredecim, accerſunt. Puer ubi Byzantium uenit, ſermones ſparſit per Turcos, magnis promiſsis eos accendens, prehenſabat ſingulos, quibus promittebat duplum eorum quæ ſub Amurate habuiſſent accepturos. Et quidam Turci, at pauci, ad puerum iſtum transfugiunt. Puer autem tranſgreſſus in Aſiam, auxilio Græcorum regis inſtructus, locum qui † Templum nominatur, expugnauit.

† Hieron.

Iter facienti per Aſiam, Turci qui ibi erant adiungebantur, ut qui eſſet regis filius. Ibi tum Aliazes cognomento Saraptares, ſiue pocillator, cui ab Mechmete puer ille commiſſus erat, per proditionem Amurati puerum tradere paciſcitur. Pactis aũt ſatis firmatis, cõcluſum eſt, ut puer Amurati proderet̃. Miſſo itaq; nuncio ſignificauit Amurati, ubi nam terrarum puer ageret. Cum puer Nicæam ueniſſet, urbem eam cæpit: & cum ibi moraretur, optimates Turcorum conciliabat. Hyems erat, qua prohibebat̃ puer longius procedere. Amurates cũ intellexiſſet puerũ Nicęę uerſari, nũciante id Aliaze Saraptare, aſſumptis ſexies mille Ianuarũ militib. uenit q̃ ocyſsimè in Helleſpontũ: & tranſiẽs, rectà abijt in Bithyniã. Et cum inopinatus & improuiſus irruiſſet in urbem, puerũ ab Aliaze ꝓditũ cõprehendit. puer eñ excitus tumultu, cõfugerat ad Aliazẽ, cui obediebat, ut ſe defenderet ab imminẽti periculo. Aliazes puerũ metũ omittere, & bono animo eſſe iubet, & ſic eius fratrem expectat. Cui ubi in regiã urbis ſedẽ ꝓceſſerat, puerũ in manus tradidit: quẽ accepũ laqueo, ut moris eſt regũ illorum, p̃focauit.

Muſtaphæ interitus.

Aiunt Tezetinẽ, uirũ regio ſanguine ortũ Erziganis regis, auxilio ueniſſe puero, ut audiuerat hoſtes in urbẽ penetraſſe: & cõieciſſe ſe in medios hoſtes: ubi & Michalinẽ Europę & ducẽ & iudicem hoſtẽ ſuũ cõfecit. Tandem cũ plurimos alios neci dediſſet, et ipſe occubuit. Grecorũ res tũ ſic habuerũt, cum ſecuti eſſent partẽ Mechmeti aduerſam. Thermã Macedonię Venetis uendidêre: impoſsibile exiſtimantes, ut ſperarẽt ſibi urbẽ hãc ab Amurate dari in poſterũ. His peractis, bellum conuertit Amurates contra Thermam: quam, ad omnia intentus, ſumma ope oppugnabat. Machinas etiam mœnibus admouit: nec tamen cœptis reſpondebat euẽtus. Tandem proditionem

Theſſalonica Græcis ultro data, & à Turc. expugnata.

paciſcitur cum oppidanis, quibus imperatū erat, ut ab domibus ſuis cuniculos ſubterraneos agerent, qui extrà ferrent. At foſſores comprehenſi à Venetis, quidam fugerunt in Amuratis caſtra, deſcendētes de muro. Poſtmodum ab arce, quam aggreſsi erant, expugnarūt urbem, expugnatamq́ diripuēre. Accepi peregrinos impigrè ſcandentes & ſuperantes mœnia, urbem cæpiſſe, reliquis deinde accedentibus: quam poſtmodum diripuēre. Nec quiſquam eorum qui in oppido erāt, euadere potuit manus hoſtium. Hinc reor Amuratem urbem iſtam per proditionē ſuo dominio iunxiſſe. Vrbs autem hæc erat maxima, nec ulla, quæ modò Græcis parêrent, inferior. Ciues eius urbis paſsim per Europā Aſiamq́ captiui trahebantur. Præſidium Venetorum, quod in urbe erat, ut rumore allatū eſt, urbem in poteſtatem ueniſſe hoſtium, citato agmine ad mare & naues contendunt: & conſcenſis nauibus quæ fortè ibi aderant, inde citi ſoluebāt. Vrbs iſta magna, opibusq́ florens, ab Amurate occupata eſt. Cum autem eam habitādam aſsignaſſet finitimis, qui circà colebant, domum profectus eſt. Caratziam Europæ ducem arma contra Ioanninam urbem Aetoliæ ferre iuſſit, dato ad eam expeditionem Europæ exercitu. Hic adueniens, incurſionem fecit in Aetoliæ regionē: & quæcunque occurrebant, diripiebat, & ſpoliabat. Poſtea exercitus ad urbem duxit obſidendam. Carolus urbis princeps iam antè obierat mortem. Et cum haud tuliſſet liberos ex uxore ſua Rhainerij filia, ſupereſſent uerò filij nothi, Memnon, Turnus, & Herculius, natu maiores, his diſtribuit Acarnaniā, quæ ſita eſt inter Acheloi regionem. Fratris autem ſui Leonardi filium reliquit totius regni ſucceſſorem. Carolo uerò fratris ſui filio, Arten Ampraciæ metropolim, & Aetoliam, urbemq́ conceſsit. Nothi filij haud diu pugnantes, relati ſunt in numerum Ianuarum regis. Memnon autem, qui uidebatur reliquis prudentia & auctoritate prior, acceſsit ad regem, quem rogabat ut ſe ad patriam reduceret regionem. Quapropter cū Europæ exercitu hoſtiliter eam regionem ingreſſus eſt. Europæ exercitus Ioanniorum urbem obſidione circumuenit: & incūbens aliquanto tempore obſidioni, cum nihil proficeret, tandem oppidani & regionis princeps, qui obſeſſus tenebatur, hoſtiū imperatorem ſiue baſſam ad colloquium euocarunt: in quo princeps ſibi dari poſtulabat à rege reliquam Acarnaniæ regionem, & Epiri, quæ ſibi fœdere interpoſito confirmari uolebat. Quod ſi impetraſſet, ſe regi urbem traditurum. Fœdere icto, urbem accepit regius exercitus: & Acarnania reliquaq́ Epirus ceſsit principi, ut quotānis tributum ferret: & in Ianuas regis, quandocunque moneretur, aduentaret. Poſtea uenientes Caroli ducis filij, Herculius & Memnon, nec modicam regionis partem occupantes, congregatis finitimis, qui confluebāt, moleſti erant admodum patrueli ſuo, cuius regionem agebant & ferebant, bellum gerentes. Contra quos Carolus exercitum, quem ex Ianuis regis contraxerat, necnon alterum quem ab Italia exciuerat, ducens, cum nihil promoueret, pacem cum ijs compoſuit: qua tenebatur, ut ipſe cederet ea regione, cui illi præfuiſſent: hi uerò deinceps nullas moleſtias Carolo facerent. Hoc modo Aetolia in Amuratis ditionem deuenit. Græci poſtea in Ianuas regis proficiſcuntur, petitum pacem. quibus ea data eſt his conditionibus, ut Iſthmum deſtruerent: & nihil in poſterum, quem admodum hactenus, rerum nouarum molirentur. Turachanem miſit in Pelopōneſum, qui Venetorum regionem populabatur, & Iſthmum diruit: Venetorū aūt oppidula, quę ſubegerat, diripuit. Cum autem egrederetur Peloponneſo, Albani in Peloponneſo habitantes, colligebant in mediterranea regione, quæ Dabia nuncupatur: eligentesq́ ducem, defectionem à Græcis parabant, & Turachanis exercitum penitùs delere uolebant. Turachanes ut accepit cōtra ſe Albanos prælij cupidos pergere, cum non poſſet effugere ipſorum impetum, in aciem copias eduxit. Etiam Albani in aciem deſcenderunt, & hoſtes aggreſsi ſunt. Cum autem Turcorum impetū ſuſtinere non poſſent, in fugam uertuntur. quorum cędem maximam, Turachanes inſecutus, in fuga fecit. Capti ſunt octingenti, quos omnes eò loci obtruncauit: ex quorum capitib. cum turriculas extruxiſſet, abſceſsit. Vir ille & alia memoratu digna facta deſignauit: propter quæ cum in maximo honore penes regem foret, etiam in regionē Brenezis & in Daciam iter intendit. Nec multo pòſt iuſſus ire ab rege cum exercitib. regionem euaſtauit, & conſcriptum ibi exercitum haud paruum in fugam compulit: ex quo prælio redibat uictoria memorabili illuſtris, plurimam tum mancipiorum, tum aliarum rerum uehens prædam. Cum Græcis igitur Amurates, cum frequenter uenirent in Ianuas, mittentes uiros primarios, opibus reliquaq́ felicitate claros, inter quos & Notaram, & Carolucam, tandem pacem compoſuit. Græcorum rex, ubi primùm pax conueniſſet, nauigauit in Peloponneſum, accerſito fratre Theodoro, qui Spartam regebat. Rex propter odium, ut antea ſignificauimus, quo proſequebatur uxorem, quam ab Italia duxerat, ſtatuerat Nazaræorum aſſumere habitū. Cum autem in Peloponneſum ueniſſet Byzantij rex, adducens ſecum fratrem Conſtantinum, ut in eum transferret regnum, confeſtim eum cœpti pœnituit, nec amplius ſe regno ceſſurum dicebat. regni enim proceres ab iſto uitę propoſito regem dehortabantur. Dehinc etiā uxori, cui implacabilis erat, pro-

Ioānina Aetoliæ urbs, quæ Caſſiope olim.

Ioanninæ deditio.

Aetolia Turcis cedit.

Albani domiti.

In Valachos bellum.

pter

pter formæ turpitudinem, reconciliatus, ſuauiter in poſterum cum illa uitam exegit. Rex Græcorum bellum intulit Carolo Epiri principi, & exercitibus Clarentiam Elidis metropolim circumſedit. Nec multo pòſt cum urbis oppugnatio irrita caderet, Caroli conſobrinam, Leonardi ducis filiam, fratri Conſtantino uxorem dedit: hac tamen conditione, ut dotis nomine Conſtantino urbs iſta traderetur. Poſtea duxit exercitus contra Patras Achaiæ urbem, quam obſidione circumdedit. Deinde relicto fratre Conſtantino, cui urbis oppugnationē mandarat, nauem conſcendit, & Byzantiū proficiſcitur. Cum multum iam temporis mœnibus urbis aſſediſſet, nec tamen urbs in manus ueniſſet, proditionis conſilia oppidani cum Conſtantino agitant. Aberat enim urbis epiſcopus, profectus in Italiam, auxilij petendi gratia: & longas ibi agebat moras, ut à Pontifice id acciperet. Hanc Achaiæ urbem Italici principes, qui Peloponneſum regebant, ex familia Malateſtarum orti, occupantes, unum quidem dederunt urbi principem: alterum elegerūt, qui eam adminiſtraret, & ſemper apud Roman. Pontificē moraretur. Vrbs iſta ubi conceſſerat in ius & poteſtatem Romani Pontificis, accepit epiſcopum, quem miſiſſet Pontifex, ut urbem eam gubernaret. Eo tempore epiſcopus, qui remp. eius urbis curabat, miſſus à Rom. Pōtifice, natus erat ex familia Malateſtarū. Hanc urbem ubi dominio ſuo iunxit Conſtantinus, etiam arcem expugnare aggreſſus eſt: cui expugnationi integrum annum inſumpſit, & tandem uoti compos factus eſt. Elidis metropolim ſubegere Romani Pontificis triremes. Poſtquam enim fama allatum erat, Achaiæ urbem à Græcis eſſe occupatam, miſit Pontifex triremes decem, quibus annitebatur, ſi poſſet amiſſam recuperare urbem. Hæ quidem haud uenere in Achaiam. Venientes autem Clarentiam, abſente urbis duce, nec præſidio in ea exiſtente, clàm ingreſsi milites urbem cæpere, & diripuerūt. Deinde eam uendentes regis fratri quinquies mille aureis, in Italiam nauigarunt. Aliæ quoque fortunæ miſerabiles urbi iſti acciderunt. Oliberius enim ab Italia progreſſus, tenente Clarentiam Achaiæ principe, inopinatò adueniens eam oppreſsit, & diripuit, ducta in uxorem principis filia. Tandem precio accepto, Epiri duci eam uendens, in Italiam reuerſus eſt. Etenim captam à Pontificis triremibus, denuò emptam recepit. Græci longo tempore bellum geſſere cum Centerione, qui Achaiæ imperabat, generis Italici. Poſtmodum affinitatem iungentes, filia huius ducis in matrimonium data regis filio iuniori Thomæ, concluſum eſt, ut in dotem acciperet Meſſenę & Ithamę regionem, pręter maritimam Arcadiæ. Fœdus quoque ictum, bellum diremit. Hanc quidem, ubi mortuus eſt princeps, accepit Thomas regis frater: & Cēterionis uxorē, donec mortua eſt, in carcere cōdidit. Hoc modo Pelopōneſus ab Italis ad Gręcos trāslata eſt. Gręcorū res, cū ſubigerēt Pelopōneſum, hoc modo ſe habuere. Amurates bellum indicit Tryballis. Primò itaq; miſſis exercitib. Tryballorū regionē populabat. Vt nunciatū eſt Tryballorū principi, regem hoſtiliter accedere, legatos ire iubet ad Amuratem, oratū pacem. paratū ſe eſſe, ſi pax coiret, tributū, quātumcunq; imperaſſet, péndere: nec recuſaturū facere, quæcunq; iuſsiſſet. Amurates huius principis filiā ſibi in uxorē aſſociauit, quā petijt ſibi uxorē dari, miſſo Sarazie Ianuarū Imperatore. quā poſtmodū in regiā adduxit Chaliles, qui plurimū apud regē pollebat. His ita peractis, petijt bello Caramanū Alideriū, Carię ducem, crimini ei inter cętera uertēs, q fratrē ſuū iuniorē, cui alimenta prębuerat, ad Gręcos miſiſſet. Veniēs itaq; cum magno exercitu, regionē grauiter affligebat populationibus quā Caramanus deſeruerat, cum ſe recepiſſet in mōtiū cacumina. Regio iſta urbes habet duas: una Laranda uocat, alteri nomē eſt † Toconeiū. Toconeium urbs magnitudine & opib. præſtat, in qua antiquitùs reginæ morabant. Cū mōtes regionis illius eſſent firmiſsimi, et admodū muniti, nec facilè ſcandi poſſent, omnē belli molem uerterunt in finitimā regionē: quā agentes & ferentes, paulatim progreſsi ſubigebāt. Vrbs iſta optimis legib. fundata eſt iam inde ab antiquo. Larāda ſita eſt in radicib. montiū, qui in iſta regione uiſunt, nec aliquib. munimentis aduerſus uim hoſtiū firmata eſt. Incolæ regionis Amuratis aduentū expectarunt, nec ſibi fuga conſuluerūt. Putabant eñ, cum & ipſi Turci forent, & iiſdē morib. reliquaq; uitę conſuetudine uterent, ſe nihil hoſtile paſſuros. Caramanus ille finitimus eſt Piſidarū regioni & Turgutæ. Piſidæ, qui etiam Barſacides uocant, paſtores ſunt, & Turcorum linguam in uſu habent. Latrocinijs magis intēti uiuunt, prædasq; ex Syria & ex finitima regione agunt. Nec abſtinent à regione Caramani, cum quo ipſis continuū bellū eſt. Duces eligunt, quorū ductu prędatū pficiſcunt. Duces prædam ſuperfluā capiūt, & inde partem haud contēnendā ijs largiunt qui domi apud uxores remanſerint. Turgutes Phrygię imperat: & Armeniā Cappadociamq; regio eius attingit. Genus Turgutæ uidet recenter admodum fuiſſe ſub Amythaone: & cum in Phrygiā inde deſcendiſſet, regionē iſtam ex eo tempore obtinuiſſe. Quod cū duraſſet ad hæc tēpora, contra filios & Caramanū arma tulit. Bellū etiam geſsit iam olim genus iſtud aduerſus Leucarnas, Carelucis filios. Candilorum urbs Cariæ in poteſtate uiri, qui nunpatur * Regionē itaq; populationib. diuexans Amurates Mechmetis filius, Ducis filiam in gynæceum ſuum tranſtulit: filium

regionis

Clarentia, olim Cyllene, obſeſſa, & capta.

Patræ deditæ

Pelopōneſus Italis erepta

† Coneium Carię, olim Iconium, uulgo Congium.

Piſidæ latrones.

regionis principem reliquit. Cermianum & Cedinem, Sarchanemq; principes, cum proficiſceretur contra Caramanum, regionibus ipſorum expulit: accedensq;, regias eorum ſpoliauit. Aedines exceſsit è uiuis, carēs liberis. Sarchanes & Mendeſias in regiones finitimas fugientes, ſeruati ſunt, ne quid mali ab Amurate paterentur. Mendeſias Rhodū contēdit, ibiq; moratus eſt. Poſtea præconio excitus, acceſsit ad regē, flagitās ut aliquid boni ab eo impetraret. Qui etiamnū apud regē ætatē agit, uictū & neceſſaria à Ianuis accipiens. Caramanus cupidus recipiendi Toconeium & regionem ſuam, legatos ad Amuratē mittit, promittens ſe ſuam filiam ei daturum uxorem, & filium quem haberet, miſſurū ut in Ianuis mereret. Amurates in fœdus, iuramēti religione interueniente, Caramanū ſuſcepit, & in Europā iter intendit. Poſtea cum aliquantulum temporis interceſsiſſet, arma contra Iſmaelem Sinopes & Caſtamomæ principem arripuit, neſcio ob quam offenſam. Qui ut accepit, Amuratem contra ſe ut hoſtem properare, legatos obuiam regi mittit, qui dicerent, ſi pacem petenti daret, ſe quotannis æris redditū quantuſcunq; eſſet, regi penſurum. Præterea pollicebatur, ſe filium ſuum in regis Ianuas miſſurum. Filiū autem Turgutis, quē iam antè in regis Iaunas abijſſe cōſtabat, regioni priſtinæ reſtituit: eiq; cum eo agere pro ſuo arbitrio permiſit. Hęc quidem fortiter ab Amurate facta, incredibile dictu eſt quanta gloria Aſiæ regnum illuſtrarint. Bellum quoque tempore longo inter ipſum & Leucanas arſit. Expeditionem

1340.

ſuſcepit Amurates contra Tryballorum principem, & huius affinem Georgium. Expeditionis huius iſtam cauſam tradūt. Stepanum enim iuniorem filium habebat ſecum morantem, cum proficiſceretur Spenderouiam, ubi ipſorū regia erat. Princeps, relicto filio Gurguro (qui & Georgius & Gregorius,) ut tueretur urbem, & defenderet mœnia, ſi aduētaret hoſtis, ipſe abibat in Pannoniam, auxilium oraturus. Erat enim huic etiam in Pannonia regio haud contemnenda: præterea urbes multæ & opulentæ, quas permutatione facta cum Sigiſmundo, pro Belgrado, Eleazarus acceperat.

De Seruios bellum.

Hæc enim urbs mirè placebat regi, quaſi regio admodum eſſet opportuna propter portus commoditatem. Filius quidem prædicti principis relictus erat ut tueretur urbem, & ſe parabat, nihil ceſſurus hoſti urbem obſidere inſtituēti. Tandem accedēs Amurates, incurſionem in agros fecit, & poſtea urbem obſidione cingit, machinas uarias mœnibus admouens, ſi quo modo urbe potiri poſſet. Cum nihil proficeret, bombardas, quæ ea tempeſtate habebantur maximæ, produci iubet, ijs'que mœnia pulſare haud ceſſabat. Nec ſic aliqua capiendæ urbis ſpes affulſit. Veritus autē Gurgurus, ut urbs tandem ueniret in manus hoſtium, cum bombardarum impetum amplius ſuſtinere non poſſent, admittebat uerba regis, quibus pax offerebatur. Fœdus ictum eſt, quo tenebaſ, ut urbs regi traderetur: ipſi autem cum eo in Ianuas proficiſcerentur, conſecuturi ea quæ rex ſtatuiſſet. Gurgurus regi urbem tradidit: & in caſtra egreſſus, conuerſatus eſt apud regem unà cum fratre ſuo Stepano. Nec multo pòſt ut nunciatum eſt Amurati, patrem horū contra ſe hoſtili animo pergere, filiosq; patrē clàm adiutare, & ad defectionem inclinare, ambos adductos filios oculis orbauit. Senderouia, Tryballorumq; regione occupata, oppido præſidium ualidum impoſuit, & continuò copias contra Belgradum Pannoniæ urbem mouit.

Griechisch Weyssenburg.

Vrbs iſta duobus circumfluitur fluuijs: ab uno Iſter, ab altero latere Sauus fluit, qui in Iſtrum eò loci iuxta urbem eam effunditur. Spenderobus & hæc *

Belgradi obsidio.

Vt acceſsit Mechmetis filius Amurates, urbem obſedit. Bombardasq; expediens, urbis partem haud paruam ſtrauit. At exercitus Amuratis interim intoleranda patiebaſ ab oppidanis, qui bombardis, baliſtis, alijsq; machinis bellicis grauiſsimè affligebant hoſtes urbi aſsidentes. Sagittis alijsq; iaculis penè obruebātur tum uiri, cùm caſtra. Ibi tum Halies Brenezis filius, cuius fama per caſtra erat celebris, primus cum ſuis ſuccedit muro oppugnando: qui foſſa iuxta urbem facta, & communita, ibi tentoria ſua tetendit. Vbi murus deiectus eſt, per loca patentia ruinis peregrini irruunt, & urbis partem maximam capiūt. Colliguntur in unum oppidani, & manus cū peregrinis fortiter conſerunt. quos impulſos magna ui in fugam uertunt, & de mœnibus deturbant exactos urbe. Hac igitur ſpe capiendæ urbis fruſtrati, quia peregrini fortiter expulſi erant, Amurates cum exercitibus abſceſsit, & domū ire contendit. Scopiorū uerò & Illyricorum regioni præfectum dedit uirū primarium, ſuumq; ſororum: cui tradidit pedeſtres & equeſtres copias, ut incurſionē in Illyricum facere poſſet. Illyricorum rex *

Bossena.

Boſsina regionis illius nomen eſt: quæ cum ſit aſpera & montana, porrigitur uſque ad Illyricos, qui incolunt maritimam Ionij regionē. Eſt & urbs regniq; ſedes Gaitia ſiue Iaitza, & fluuius qui eam alluit (quem Vukrinā uocant, is in Sauum exit) qui deinde in Iſtrū exhauritur. Hic Illyricorum rex ſua regione ab Iſamo uaſtata, exercitum comparauit. Veritus autem cum Amuratis confligere exercitu, legatos miſit, qui dicerent, ſe paratū eſſe, ſi pacem impetraret, quotannis uigintiquinque millia aureorum tributi nomine conferre. Rex Amurates hac conditione pacem dedit.

Sandalis regio.

Huic regioni adiacet Stephani Sandalis filij regio, quam gens Illyrica tenet: & ſe extendit ad Ionium * Hæc natio cùm Illyrica ſit, iam olim ab reliquis ſeparata eſt Illy-

Digitized by Google

eſt Illyricis. Incolæ autem moribus & uictus ratione nihil diſcrepant ab Illyricis, uerùm alias ſequuntur leges. Cuduergi nuncupantur omnes qui degunt in Sandalis regione. Inter hanc & Epirum ſitæ ſunt quædam Venetorũ urbes, ubi & Ibanis regio habitat̃ Caſtriotis. Huic annexa eſt Comneni regio, pleraq́; maritima exiſtens, uerſus mediterraneam regionem breui interuallo extenditur ad loca Argyropoli finitima: ubi præfectus Amuratis caſtra habens, Ibanis & Comnenorum regionem euaſtabat. Interea Ibanes uictus, ibat in Ianuas regis, eumq́; ſequebatur, quocunq́; cum copijs militatum abijſſet. Poſtea Arianites priuatus paterno principatu, in regis Ianuas abijt, à rege uictũ & neceſſaria capiens. Deinde mortuo Caſtriote Ibane, filium eius accipiẽs in patrium principatum ſubrogauit Amurates. Arianites, qui & ipſe ſuo principatu deiectus erat à rege, ſupplicabat Ianuis, ut boni aliquid à rege conſequeretur. Deinde miſsis quibuſdam ad eos qui in ſua adhuc, unde pulſus erat ui hoſtili, regione uerſabantur, dicebat ſe eò cum copijs uenturum. Qui cum promitterent, ſi armatus aduenifſet, ſe à rege defecturos, fuga relictis Ianuis, in ſuã regionẽ ſe recepit. Reuerſus igitur ad paternã regionem, cum optimatibus coniurationem facit. Qui eum lubenti animo ſuſcipientes, ab rege defecerũt: interfectisq́; Turcis, incurſionem fecerunt in Amuratis regionem, quam egerunt & tulerunt. Et quidẽ res pulchrè ſuccedebat, cum ipſi regionem aſperam & montanam, in quam ſe recipiebãt, incolerẽt. Vt rumor ad regem iſta pertulit, Aliem ducẽ conſtituens, cui exercitus, quos habuit iuxta Axiũ flumen & Argyropolim, tradidit, addito equitatu uniuerſo, qui in ea regione morabatur, iuſsitq́; ut Albanorũ regionẽ ſubigeret: & mancipiorum præda onuſtus, captũ adducẽs etiã Arianitem Comneni filium, rediret. Hic accepto exercitu uniuerſo, impetũ dedit in hoſtilem regionẽ, cum ibidẽ inueniſſet copias pedeſtres haud aſpernãdas. Regionem populabant̃, uicos uillasq́; incedebant, nemini parcebant. Arianites, congregatis ſuæ regionis equitib. & peditibus, adueniens occupabat montium cacumina & anguſtias: quà reditũ maturans, tranſiturus erat cum copijs. Alij milites cum conarentur tranſire, nõ potuerunt, cũ fortiter ab Arianite tranſitu ꝓhiberentur. Turci reliqui, cum ab Alie eſſent in ea regione relicti, fuga ſibi cõſulere parabãt: eò feſtinantes, ubi incolumes uitæ diſcrimen imminens euitare poſſent. Horum plerique ab Albanis interempti, partim capti ſunt. Reliqui, qui ſe fugę Alijs comites iunxerãt, profectionem campeſtrẽ, at longiorem, ingreſsi ſunt. Et egredientes in continentẽ quæ iuxta Corcyrã habitatur, ex multis pauci fuga ſibi conſulentes, domos ire pergunt. Ea in expeditione magnam gloriam inuenit Arianites Comneni filius, operibusq́; memorabilibus geſtis admodũ celebratus eſt. In hunc modũ Alijs exercitus, cum in regionẽ quæ Ionium ſpectat irruiſſet, afflictus eſt. Cæteri Albani, qui incolunt urbẽ quæ Argos reſpicit, ut cognouerunt Arianitẽ res nouas inſtituiſſe aduerſus Amuratẽ, quæ felicem ſortitæ ſint euẽtum, etiam ipſi defectionis ab rege conſilia agitarunt: & deficientes, Depan euocatum ſibi ducem & principem elegerunt. Huius enĩ patrem cum eieciſſet è ſua regione Paiazites Amuratis filius, exactis quoq́; Myrxa & Caninorum principe, necnon alijs ducib. plurimis, iſta regione potitus eſt. Depan igitur illum incertis uagãtem ſedibus per Italiam, & plerunq́; morantem in Corcyra Venetorum inſula, Albani, qui iuxta Argyropolim uerſabantur, accerſentes, regem ſibi crearunt. Contractisq́; copijs, Argyropolim, quæ tum temporis regis erat, bello petierunt. Vrbem oppugnabant uarijs admotis machinis. In urbe erat præſidium regis peregrinorum: aderant & Turci plurimi, qui confugerãt eò, urbemq́; fortiter & ſtrenuè ab hoſtibus defenſabant. Albani cum iſta inciperent, urbémque ſumma ui obſiderent, admodum oppugnationi intenti, regioni regis, qui tum aberat in Aſia bellum gerens cum Caramano Ciliciæ & Cariæ principe, incurſionibus & populationibus uaſtitatem induxere maximam. Turachanes Tryballorum & Theſſaliæ præfectus, accepta Albanorum defectione, & metropolis adeò claræ obſidione, conſcribens exercitum quàm potuit maximum, aſſumens etiam Turcos quotquot in Theſſalia inuenire potuit, citato itinere properans per niuem, (hyems enim tum erat) ſecundo die poſtquam iter ingreſſus erat, prope urbem Albanos deprehendit: in quos præter expectatum irruens, plurimos occidit: Depan ducem uiuum cæpit, urbem'que obſidione ſoluit. Aiunt Turachanem ex improuiſo accedentem, plures quàm mille interfeciſſe. & in hunc modum ſeruitutis iugum recipere denuò coacti ſunt Albani. Nobiles eius regionis, quotquot non euaſerunt Turachanis manus, ab regijs præfectis crudeliſsimè occiſi ſunt, cum alius iſto, alius alio mortis genere miſerabiliter interiret. Amurates reuerſus ab expeditione, quam contra Caramanum ſumpſerat, è regia ſua Mezetem, quem Europæ ducem declararat, accipere iuſsit copias equitum & peditum quantas uellet, & proficiſci contra Pannodaciam, ut eam ſuo imperio iungeret. Qui accipiens Europæum exercitum, & Europæ Azapides, equitatúmque regis omnem, qui in Europa agebat, peruenit ad Iſtrum. quo traiecto, ingreſſus eſt Pannodacię regionem quę * Ardelium nominatur. Ardelium à Praſobo monte in Pannoniã uſque excurrit. Regio iſta cingitur quercetis glandiferis, urbésque habet non paucas. Metro-

Ioannes Caſtriota, qui alijs Ebanes.

Comnenus Arianites.

Hali bella in Illyricum.

Corcyra ſiue Curzola hodie.

Depas Albanorum dux.

Argyropolis oppugnata.

1432.

** Erdelia alijs Tranſyluania, ſiue Septemcaſtrenſis regio*

** Cibinium, nunc Hermenſtatt.* *† Germanorum.* *† Cibinio.*

Metropolis, * Toſibiniũ uocatur. Lingua utuntur partim † Dacorum, & partim Pannonũ. Victu & moribus Pannones imitantur. Hæc regio ſubiecta eſt Pannonũ regi, à quo ducem accipit de Pannonum genere. Vrbes habet liberas, quæ proprio iure proprijsq; legibus ab metropoli † Toſibinio reguntͣ. Iuſsi proficiſci in militiam, regi parent, tributum ferentes quandocunque is imperauerit: ſolũ modò petentes, ut ſibi proprio iure ſuisq; legibus rempublicã adminiſtrare liceat. Contra hãc igitur metropolim ubi Iſtrum tranſierat, Mezetes uniuerſam belli molẽ uertit. Et cum quàm proximè ad eam acceſsiſſet, ibi caſtra communiuit. Hic cũ urbis oppugnationi ſumma ope incumberet, ictus bombarda occubuit. Poſtea cum exercitus hoſtilis maturaret abitum, & feſtinaret ad Iſtrum trajiciendum, cõgregati regionis uiri, cum præuenire hoſtes in ſua regione poſſent, plurimos eorum clade maxima ſtrauerunt. Reliquos in fugam effuſos uſque ad Iſtrũ inſecuti ſunt.

† Erdelij.

Mezetes profectus in † Ardelij regionem, amiſsis nõ paucis de ſuo exercitu, huiuſmodi uitę exitum habuit. Rex maximam ſuam eſſe calamitatem duxit, mortẽ Mezetis. Parabat igitur ipſe expeditionẽ ſuſcipere contra Pannodacos: miſsisq; per ſuum regnum præconibus, edicebat ut primo uere adeſſent omnes. Poſtea mutata uoluntate, Sabatini eunucho, uiro rei militaris peritiſsimo, belli iſtius curam omnem mandauit, cum Eunuchus id conſilium regi & optimum & tutiſsimum fore cenſeret. Iuſsit quoque rex, ut non prius bello deſiſteret, quàm deuiciſſet Pannodacos ſiue Tranſiluanos. Hic igitur accipiens regis exercitum, & peregrinorum de Ianuis regis quaſi quatuor millia, Iſtrum tranſiuit, & copias omnes in Ardelij regionẽ induxit. Dehinc aliquot diebus iter fecit per Pannoniæ regionem.

Ioannes Huniades.

Iangus autem Choniates, quem Ioannem Huniadem uocãt, uir ea tempeſtate inter Pannones excellens, cui Ardelij regio commiſſa erat ab Pannonum concilio, exercitũ quàm potuit maximũ comparauit ab Ardelio, & Pannonia. Hoc inſtructus, ſequebatur per montium ſaltus Sabatinem. Sabatines cum iam in hoſtili regione foret, putabat res ſuas præclarè habituras, ſi hoſtiũ agros euaſtaret. Emittens itaque equitatum oẽm, & maximã exercitus partem in hoſtiũ regionem, prædas agere uolebat, quaſi hinc plurimum ſuis opib. accedere poſſet. pauciſsimi uerò manebãt cum Sabatine in caſtris. Iangus ut comperit caſtra hoſtium penè eſſe deſerta, præclarum facinus putabat, ſi accedens inopinatus caſtra opprimeret. Deſcendens itaque cum ſuis ex monte, impetu inuadit Sabatinis caſtra defenſoribus uacua. Sabatines exire caſtris, ut prælij poteſtatem faceret, non poterat. Proinde ad caſtra defendenda conuertitur: quæ tamen retinere nequiuit, cum uiolẽter Iangus cum Pannonib. irrumperet. Ad fugam itaque inclinat animo toto, feſtinabat que, maxima uſus celeritate, tranſire Iſtrum, antequam tranſitu ab hoſtib. intercluderetur. Iangus captis caſtris quoſdã in inſidas locat, quibus exciperet hoſtes aduenientes mancipiorũ aliarumq; rerum præda onuſtos, omnesq; conficeret. Et in hunc modum maxima hoſtilis exercitus pars miſerabiliter interijt: Iangusq; uictoriã ſibi peperit celebriorem, quàm ullam unquam eius anteceſſores inuenerint. Iangus genere natus erat non admodum obſcuro. Patria fuit Choniatæ ſiue Huniadi Ardelij oppidum, unde profectus uenit ad Tryballorũ ducem.

Huniadis origo, & mores.

Mercede autem conductus, longo admodũ tempore apud hũc ducem uerſatus eſt, ubiq;, quocunq; mitteretur, fortitudinẽ & diligentiam memorabilem oſtendens. Quõdam cũ uenatum abijſſet Tryballorum dux, eiq; appareret lupus, confeſtim Iangum uocat, ut lupum caperet. Qui ut acceſsit, ducisq; uoluntatem intellexit, continuò lupum inſectatus eſt perniciſsimè. Lupus ingreditur flumen quod obuiam erat, & natare incipiebat, ſi pręſens periculum ſubterfugere poſſet. Nec tamen Iangus à perſecutione ceſſauit, uerùm inſidens equo, flumen tranauit. Vbi natando flumen ſuperatum eſt, lupi ueſtigijs haud abſceſsit. Poſtremò lupum aſſecutus eſt, & confecit, pellemq; diripuit: tranatoq; fluuio, iterum ad ducem reuerſus eſt: prætendensq; manib. lupi pellem, exclamat: O' domine, factũ eſt ut imperaſti. Lupũ peremi, pellem cape: ea, ut uoles, utere. Hoc facinore dux admodum delectatus, in hęc uerba linguam ſoluit: Certè non poteſt fieri, quin non aliquando uir ille ad maximam promoueatur potentiam. Hæc tum temporis locutus, uirum deinceps pecunia opibusq; coluit. Cum tempore multo apud ducem iſtum moras traxiſſet, tandem ad Pannones redijt. Sunt qui tradunt, Iangum antequam peruenerit ad Tryballorũ ducem, fuiſſe famulũ Alijs Brenezis filij, eiq; mercede ſeruijſſe, cum fungeretur equorum curatoris partibus. Neſcio autem unde coniecturam facere poſsim, ut id uerum eſſe credam. nam linguam Turcicam eo modo didiciſſet. Reuerſus autem ad Pannones, aſſumptis aliquot alijs, procedebat in regiam, dicens: ſe aduenire, ut ſibi ſuisq; mercedem accipiat. nec repulſam paſſus eſt. Cum autem bellũ arderet inter Germanos & Pannones, magna militaria edebat opera, præſens ſemper exiſtens. ubicunq; eius opera deſiderabatur, ſtatim approperans, fortiſsimè præliabatur. Poſtea cõgregatis ad eum alijs plurimis, ubiq; illuſtris apparebat. Quapropter Ardelij regionis principatus concilio Pannonum ei decretus eſt. cui regioni cum imperaret, Sabatinem interfecit, eiusq; exercitum in fugã coniecit, uictoriam ſuis nuncians longè pulcherrimam.

Sciabadinus ad Vaſcupĩ uictus.

Digitized by Google

cherrimam. Hæc uictoria Pannonum res erexit in priſtinū ſtatum. Ex quo enim tempore Paiazitis auſpicijs ductuq; Turci regem Sigiſmundum in fugam uerterunt, haud ceſſarunt Turci in Pannoniam incurſiones facere, plurimaq; inde abduxerunt mancipia, quibus Aſiam & Europam repleuere. Vbi autem Iangus aduenit in Ardelij regionē, princeps declaratus communi Pannonum concilio, Sabatinem & Turcos terga dare coegit. Hinc animis reſumptis, Pannones præclaris operibus editis, Turcos ubique uincebant. Nam Iſtrum ſæpius tranſgreſsi, interfecerunt pauci plurimos Turcos: qui antequā ad manus uentum foret, non ſuſtinentes impetum Pannonum, fugam præcipites inibant. Ea tempeſtate ad maximam potentiam promotus eſt Iangus. Deinde creatus dux conſenſu unanimi totius Pannonum concilij, bellum contra Turcos & Germanos ſuſcepit, fortiſſimè ſemper rem gerens. Pannones gerebant bellum cum Germanis, cuius hæc cauſa perhibetur. * Poſtea bellum indixere Tzechis, qui Boemi dicūtur. Id bellū diu durauit, plurimis ultro citroq; cladib. illatis. Pannones iſto bello permoti accedunt Polonos: & inde adducentes regis patruelē, eum ſibi ducem crearunt. Cum igitur Poloni ſocia Pannonibus iungerent arma, cōtigit ut Pannones, Germanos & Boemos grauiter affligerent: agros enim horum euaſtarunt, urbeſq; non paucas incenderunt. Præterea interdum ex acie dimicarunt collatis ſignis. Verùm incerto marte nunc uictores, nunc uicti, prælijs excedebant. Deinde ubi palulū reſpiraſſent, & collegiſſent uires, bellum inſtaurabant. nā populi iſti ui omnia agunt, & in prælijs nemini parcunt. Haſtis impetunt hoſtes, bombardis utunt: ferreas habent equites baliſtas, nec non alijs telis rem gerunt inter ſe pugnantes. Quando autem fuga initur, in fugientes nec cæde, nec perſecutione admodū ſæuitur. uerùm ſi quis ſeipſum dedat, & uictū ſemet confiteatur, abit intactus & inuiolatus: hac tamē conditione, ne ſe poſtmodū prælio committat, contra uictores præliaturus. Hunc morē belli tēpore ſeruant: proinde in fuga non multi cadunt. Pannones duce Choniate profecti ſunt in Daciā, & ducem Danum nomine regioni pręfecerunt, Dacoſq; ei obtemperare iuſſerunt. Danus igitur expulſo duce Dracule, qui ad Ianuas regis confugerat, Daciā obtinuit, omneſq; Draculis propinquos & neceſſarios, ubicunque aliquem ſuperſtitem accipiebat, peremit. Hi duces traduntur fuiſſe filij nothi, qui Myrxæ nati ſunt. & quoſdam horum, cum putarentur eſſe Myrxæ filij, ab regionis incolis genere opibuſq; plurimū pollentib. in Daciæ ducatū ſubuectos eſſe: quaſi Dacis plurimùm cōduceret, ſi iſti in ea regione præeſſent, rerūq; ſumma potirent. Quorum unum atque alterum percunctando, cognoui genus & parentes: uerùm nomina eorum non omnib. ſignificabo.

Vuladiſlaus ex Polonia ad regnum Vngariæ acceſſitus.

Danus, qui & Dan Vaiuoda.

Danus ea tempeſtate à Pannonib. in Dacorum principatū collocatus, Daciam tenuit, & deinceps Pannones arctiſsimè coluit. Cum autem inquietaretur ſubinde ab regis ducib. prope Iſtrum collocatis, qui clàm ipſius regionem populationib. diuexabant, miſsis legatis ad regem, pacem orauit, quam haud grauatim conſecutus eſt: hac tamen conditione, ut quotannis regi tributi nomine daret tria millia ſagittarum, & clypeorum quatuor millia. Daciæ res ita ordinans quemadmodum ſibi cōmodiſsimè fore rebatur, eam pulchrè imperio rexit. Legatum ire iuſsit ad † Pogdaniæ Nigrę principem, cum quo pacem fecit: cui etiam affinitas iuncta eſt, qua excitus eum enixè adiuuit in bello quod cum Dracule geſsit. Dacię principatus in hunc modum ab nouo principe reformatus & inſtructus eſt. Amurates poſtea in Colchida imperiumq; Trapezuntinum triremes miſit, regionemq; Colchidis uaſtans, etiam urbem diripere, & inde plurima mancipia auferre annitebatur. Triremes illæ etiam in Gothiam curſum flexerunt, eamq; regionem populati ſunt. Triremes igit iſtæ in Colchida properarunt: & ad Gothos appellētes, regionem haud modicam uaſtabāt, plurimis inde mancipijs abductis. Reditū autem cum maturaret claſsis, tempeſtas ſæua exorta eſt. Nam uentus qui Aparctias dicitur, exurgēs, claſſem diſiecit, & in Aſiam iuxta Heracleam Ponti detulit. Interim naues quędam tempeſtate quaſſatæ interciderūt, in huiuſmodi calamitatem præcipitatæ. Cum Ianuenſib. ei interceſsit amicitia diutina, & quaſi pax perpetua. Ianuenſes aūt eo tempore ſeditione agitati, res ſuas penè cōtudere, cum ſeditioſi admitterent Philippum Ligurum ducem, eiq; urbē cōmitterent, prōptiſsimè ſequentes quocunque eos eduxiſſet. Hoc eis accidit, cum etiam populus eligeret iſtum ducem propter odiū implacabile, quo ferebātur in Venetos. Norant enim, Mediolani ducē Venetis admodū eſſe infeſtum, & acerrimè cum his bellum gerere. Ianua urbs ſita eſt in extrema Italia, quà Galliā reſpicit: Tyrrhenos attingit uerſus Orientem. Mare Tyrrhenum ſpectat, qua urbis ſitus Orientem uerſus excurrit. Verſus Occidentem egreſſos Ianuēſium regione excipit Prouincia, quæ Gallia eſt: & eius incolæ degunt ſub rege Gallorum. Quapropter porta ſiue ianua Italiæ uocatur, quaſi hinc in Italiam procedatur. Ianuæ reſpublica ita adminiſtrat, ut neq; omnino in democratiam, neq; in ariſtocratiam propēdeat. Verùm ex utriſq; ea reſpublica iuxtà partim in democratiam, & partim in ariſtocratiam inclinat, maximè in ijs quæ ad principis electionem pertinere uidentur. Sunt eīm in urbe iſta familiæ duæ, quę ab antiquo eam gubernarunt, & principatū in ea obtinēt, adeò ut populi ſtudia in utraſq;

† Podolia.

Philippus Mediol. dux Genuæ Dominus.

Doria fam. *Spinula.*

quaſi æqua lance conferantur. una, de Auria ſiue Doria nominatur: & altera, Spinula. In has familias ſtudia populi diuiſa cũ ſint, accidit plerunq; ut pars Doriam, pars Spinulam eligant. Hi igitur regentes populũ, de ſuo corpore duces conſtituere non audẽt, nec etiam populus permittit. Sed extant aliæ familiæ duę, quæ de populi corpore habent. una ad optimates, altera ad populum ſtudijs inclinat. Vni nomen Adorni eſt, alteri Phregoſij appellantur. *Phregoſi.* Ex his familijs dux ciuitati, ab ea parte optimatũ quæ uincit, datur. Adorni familiaritate iũcti ſunt Spinulis. at familia Phregoſiorũ neceſsitudinis iure deuincta eſt Dorijs, & ab his in principatum prouehitur. Duci, ubi primùm creatus eſt, permittitur, in cõſilium adhibitis optimatib. quibuſdam, agere ſecundũ leges, quæ maximè reipub. cõducere cenſuerit. Vectigalia & urbis redditus ordinat ad eum modũ, quo iudicauerit plurimũ opib. urbis acceſſurũ. De bello & pace populus in mediũ procedens conſultat, & ex ſua ſentẽtia iſta ꝓcurat. Si aũt bellũ aduerſus aliquẽ hoſtem decreuerint ſuſcipiendũ, duci belli adminiſtrationẽ cõcedunt, ut ſedulò caueat ne quam calamitatẽ ſiue damnũ reſpublica capiat. Quantũ attinet ad urbanã iuriſdictionẽ, iudices conſtituunt, qui petuntur à prædominante familia, & per ſe iudicant. Si aũt non ſecundũ leges, iudicarint, prouocatio ad populũ eſt. Cum aũt inteſtinis diſcordijs duæ illæ familiæ, Spinula & Doria, arderent, urbem in maxima præcipitarunt pericula: tyrannos cũ introduxerunt in rempub. & alia nefanda in eam cõmiſerunt. Familia quæ Ligures & Italos ſtudijs ꝓſequebatur, eligebat Italos, eosq; in belli ſocietatẽ adducebat. Altera familia Gallorũ regis auxilium implorabat, quem ſibi ſociũ faciebant. Contigit ergo, ut ciuitas illa in grauiſsima deuolueretur pericula, dũ utraq; factio adduceret in urbẽ eos qui ſummo urbis odio laborabant. Poſtmodum reſpublica in acerbam neceſsitatem redacta eſt, quia legib. patrijs amplius non regebatur. Tandem igit̃ malis uicti animi, cum iterum coaleſcerent mutua concordia, eos iudices ſiue principes qui minus idonei uidebantur, ui ejiciunt. Præterea cum ſępius Gallorum regem aduocaſſent, eiq; urbis regimẽ commiſiſſent, tandẽ coniuratione facta, eum ſæpius ui expulerunt, haud æquis animis tyrãnidem tolerantes. Populus enim libertatis cupidus, nouis rebus inhiabat: eiectisq; tyrãnis, duces de corpore ſuo creabant, & patrio more legibusq; rempublicam porrò gubernabant.

Genuenſes Tarraconenſib. infeſti.

Sunt autem Ianuenſes iam ab antiquo Tarraconnenſibus admodum infeſti, bellúmque multis generationibus cõtra eos geſſere. Publicè priuatim'que diſcordias & inimicitias hoſtiles exercuere, adeò ut ſi alicubi alius alij occurreret, in mutuas cædes ruerent. Inimicitiæ cum Tarraconnenſibus implacabiles perpetuæ fuerunt Ianuenſibus. Etiam Venetos iam olim odio proſequebantur, propter Lesbum & Chium inſulas in Aegæo mari ſitas: necnon propter Ligurum ducem, quem ſibi principem præfecerant. Cum autem inteſtina ſeditione laborarent, alijs quibuſdam urbis gubernacula mandarunt: ipſi uerò bellum cum Venetis & Tarraconnenſium rege gerere auſpicabantur. Naues militibus, contra Venetos quas ducant, complent. Vrbes uerſus Ionium adnauigantes, grauiter affligebant: nec abſtinebant ab ijs quæ in Aegæo mari habitantur. Hæc autem magno animo peragebant, ut Venetos ulciſcerentur propter Ligurum tyrannum nomine Philippum. Præterea ignem inijcientes in Corcyram, ſuburbana incenderunt, quæ concremata ſunt. & latius ſæuijſſet incendium, ſi res, ut animo agitarunt, eueniſſet. Poſtea prælium commiſere, cum inimicitiæ hoſtiles interueniſſent cum Alphonſo Tarraconnenſium rege, ad Gaeten ſiue Caietam Italiæ urbem. huc enim regis Alphonſi naues appulerant maximæ. Quod ubi cognorunt Ianuenſes, uidelicet regis claſſem eò collectam ſtare comparatam aduerſum ſeſe, ciues armatos naues maximas, quas huc mercium gratia ueniſſe comperimus, conſcendere iubent: ſoluentesq; ab urbe, curſum contra Tarraconnenſes dirigebant. Cum autem Tarraconnenſium regem aſſequuti eſſent in portu † Gaetes, tempore longo certarunt. *† Caietæ* Rex eo tempore intra mœnia exiſtens, prælium ſpectabat: & admodum dolebat, quòd ſui, qui plures numero erant, hoſtes ſuperare nõ poſſent. Ingreſſus igitur ipſe naues, ſuos cohortando ad prælium accendere nitebatur. Cõmiſſo itaque prælio magno, capta nauis eſt, quæ uehebat regem Tarraconnenſium. Rex ſimul quoq; in poteſtatem uenit. † Scriba autem Doriæ nauem cæpit, qui in prælio iſto nauali Ianuenſium dux erat. *† Blaſius autem Axaretus ſcriba prætoriam nauem, &c.* Qui cum uictores prælio exceſsiſſent, regem captiuum uehentes, domum reuerſi ſunt. Naues igit̃ cum appropinquaſſent Ianuæ, priuſquam urbem iniret dux, nauigauit ad Ligurũ ducis regionem, ut ei captiuũ Alphonſum traderet, ſperans ſe inde haud parum cõmodi accepturũ. Ingreſſus itaq; Ligurũ ducis regionẽ, regem captiuũ ad eum perduxit. Dux Mediolani honorificè & magnificè regẽ excepit, & tandem incolumem ſuo regno reſtituit. At Ianuenſes rei indignitate permoti, ab illo defecerunt, & ducem expulerunt. Deinde pergentes contra arcem, eam pactionibus in poteſtatem acceperunt: & deinceps ritu patrio urbem adminiſtrarunt, promouentes ad principatus honorem iuxta antiquas ſuas leges aliquem de ciuium numero. Alfonſus dimiſſus ad ſuos à Mediolani duce, beneficij memor hunc ſemper coluit: nec ei gratificari quibuſcunque in rebus potuit, cun-

Alphonſus Mediolanenſiũ duci traditus.

ctatus

ctatus eſt, quandiu dux ſuperſtes manſit. Hic Tarraconneſium rex imperio temperans Valentiam, Tarraconem, Sardiniam inſulam, Cyrnum & Barcenona Iberiæ urbem opulentam, primùm in Siciliam appulit, poſtea uenit in Italiam & Parthenopen, quæ & Neapolis. Regnumq́ in hunc modum occupauit. Neapolis quondam Italiæ ſubiecta, translata eſt ad Gallorum regem, qui de ſua familia ſemper regem & principem huic præficiebat. Regnum autem hoc incipit ab Iapygia ſumma, & Meſapia: & in longum progrediens uerſus Ionicum ſinum, dextra ambit regionem Vares ſiue Barum dictam. Regio iſta planè regaliſsima, & regio nomine digna eſt. Poſt Gepanum (ſiue Brutios, Terram laboris) ſic nominatim extendit ſe uſq; † Gaeten & Diam urbem Romanorum regioni finitimam. Et hic quidem terminus eſt occidentalis. Verſus Orientem attingit Gonium. Qua autem ſpectat Siciliam, regionem habet antiquitùs Græciam, nunc uerò Calabriam nuncupatam. Vbi primùm in ditionem regis Gallorum iſtud regnum cõceſsit, accepit regem propinquum genere regi Gallorum. Qui ut peruenit in regnum, (nomen eius erat † Lantilaus) regioni iſti uniuerſæ imperauit. Cum iam opibus reliquáque potentia plurimùm polleret, arma cæpit aduerſus Tyrrhenorum regnum, atque adeò contra reliquam Italiam, ubique præclara facinora deſignans. Et quidem mouens exercitum contra Tyrrhenorum urbem Florentiam, eámque obſidens expugnare nitebatur. Cum autem in longum urbis obſidio extraheretur tempus, & obſeſsi iam ad extremam ueniſſent neceſsitatem, ferũt eos in colloquium ueniſſe cum rege, petentes pacem: promittentes interim ſe promptos & paratos eſſe facere quęcunq; imperaſſet, ſaltẽ pacẽ daret petentibus. Quorũ precibus uictus, poſtulauit ciuis cuiuſdam filiam forma excellentem omnes quæ tum in ea urbe formoſæ habebantur. Hanc cum accepiſſet formæ elegantia omnes ſuperare, (fert enim urbs iſta mulieres in primis forma præſtantes, uirgineſq; uenuſtiſsimas) eam petijt ſibi uxorem dari, cum in colloquium cum Tyrrhenis ſuper pace iungenda ueniſſet. Erat eñ rex ille cæterà intemperans & libidinoſiſsimus, & tantum non inſaniebat amore mulierum. Iuſſerunt itaque Tyrrheni, ut pater uirginis eam quàm pulcherrimè exornatam regi traderet. Aiunt, puellæ patrem fuiſſe medicum inſignem, adeò ut facilè omnes ea facultate ſuperaret. Cum igitur multa tentaret, nec tamen poſſet ulla ratione ſibi conſulere, quin filiam regi daret, commiſcuit cicutam quàm potuit efficaciſsimam. In iſta namque Italiæ urbe cicutam cõmiſcere ſolent efficaciorem, quàm in reliquis urbibus. Accepit & pannum, quẽ cicutę immerſit, ut uenenũ imbiberet. Quo facto, pannũ ueneno imbutũ filiæ dedit: monẽs, ut ubi rex cum ea concubuiſſet, ipſa panno iſto mentulã eius quàm decentiſsimè abſtergeret. Hunc igitur cum accepiſſet pannũ auro exornatum, ſpectaculoq́ dignum, eum diligenter cuſtodiuit, ut regi, ſicuti pater præceperat, poſt concubitũ inſeruire poſſet. Ducẽtes igitur uirginem iſtam, obtulerunt eam regi. qui ea uiſa, formæ pulchritudine captus, obſtupuit: amoreq́ ardens, cum ea Veneris fœdus inijt. Puella autem iuſſa patris faciens, multis blandimentis adhibitis, panno regis mẽtulam abſterſit. Quo cum eſſet tactus rex, in humorẽ nonnihil reſolutus, in febrim incidit acutiſsimã, & cõtinuò expirauit. Etiã puellã eſſe mortuã tradunt, cum etiã ipſam cicuta per humorem diffuſa contagio infeciſſet. Regis exercitus, ubi primùm ipſe mortẽ obijt, dilapſus domũ redijt: & Florentia obſidione liberata eſt. Quidam Itali perhibent, non patrem pannũ infectum ueneno puellę tribuiſſe, uerùm ſenatũ urbis eam exornaſſe quàm pulcherrimo ornatu, ut formoſiſsima regi appareret: eundem etiam ſenatum pannum dediſſe. Hinc ad coitum mirè alliciebaẽ rex. Sed hæc hactenus, quia turpia ſunt, dixiſſe ſufficiat. Poſt obitum regis Lantilai, cum uxor eius admodum inquietaretur propter regnũ ab Italis, necnon regionis duces ipſi plurima negocia faceſſerent, nupſit † Rhainerio Prouinciæ regi, Gallorum regis patrueli, eiq; regnum Neapolitanum tradidit. Accepimus autem hanc fuiſſe filiam Tarenti & Iapygiæ ducis, qui ortus ex familia Vrſinorũ, ſiue (ut Græcè dicam) Arctiorum, quiq; plurimùm pollebat opibus & potentia in regione Parthenopes. Rhainerius annis regnauit duodecim. Interea Alphonſus natus de familia Medinorum, rex Tarraconnenſium, Sardinię & Valẽtiæ, claſſem adornabat maximam. Qua inſtructus, cum Sicelio tæ remiges ſtrenuam operam locarent, in Siciliam delatus eſt: quã ſubegit, & poſtmodum imperio rexit. Hinc deinde profectus, Parthenopes arcem mediterraneam occupauit. Parthenope arces habet maritimas duas, & unam mediterraneã. Adducens igitur Alphonſus copias, urbem eam oppugnabat: & admouens machinas muro omnigenas, eam ſui iuris facere conabatur. Ibi tum Alphonſi frater bombardę globo ictus occubuit. Nec multo pòſt urbs in manus uenit. Hinc copias ad maritimã & mediterraneam mouit. Mediterraneam fame expugnauit. maritimã cæpit, cum eam dederẽt milites qui in ea erant: cui & præſidium impoſuit. Vxor autem regis obſidione urgebaẽ in arce, quæ ſita eſt in portu prope urbẽ. Maritus uerò clàm egreſſus, nauigabat in Prouinciam, inde adducturus exercitum, quo munitus uxori obſeſſæ ſuppetias ferret. Interea regina, cum obſidione premeretur, accerſens Sphortiam Marchiæ principem, qui ea tempe-

Neapolitanum regnũ.

† Caietam & Agnaniã

Siue Rhegiũ, uel Daunã.

† Ladislaus Neapolitanus rex ex Vngaris.

Idem Bonf. lib. 2. dec. 3.

Ladislaus iſte Caroli F. nõ è Gallis, ſed ex Vngariæ regibus originem habuit. Bonf. dec. 3. lib. 2. Bob. hiſt. lib. 25. Sab. En. 9. lib. 9. Idq; actum 1417.

Venenum in coitu oblatũ

† Renato Andegauẽſi Prouinciæ regi.

Hic error eſt ex nomine Ioãnæ. nam prima eius nominis fuit Roberti Calabriæ ducis filia. Secunda uerò, quæ Renato nupſit, & Alphonſum adoptauit, fuit filia Caroli, Ludouici Panoniæ regis F.

Sphortia Marchiæ princeps.

Digitized by Google

tempeſtate dux belli peritiſsimus habebatur, Alphonſum expulit, urbem'que adiuta ab Sphortia recuperauit. Cum autem regina iam rerum ſumma potiretur, arcem mediterraneam in monte ſitam obſidione circundat: quam cum ui capere non poſſet, fame expugnauit. Poſtea non longo tempore interiecto, cum Sphortia domeſticis diſtineretur bellis, Alphonſus Tarraconnenſium rex ex † Cilicia p̃fectus, Calabriam primò ſubegit: poſtmodum comparato exercitu, iterũ Parthenopen acceſsit, eamq; occupauit. Regina autem † Rhainerij ex arce clàm effugiens, cõtendit ad filium ſuũ, Tarenti & Iapygię principem. Nam nupſerat poſt* Lantilai mortem Iapygiæ principi: ex qua filium hunc Iapygię principem tulit. Alphonſus, urbe capta, & regione quæ Gepanum nominatur ſubacta, bello perſequi aggreſſus eſt Iapygiæ principem, Mariæ reginę filium. Accedens igitur copijs quàm plurimis inſtructus, regionem ſubijciebat. Princeps igitur Iapygiæ neceſsitate motus, legatos miſit qui pacem orarent: quam cõſequutus eſt. Paci aſit iunxerunt affinitatem. nam rex filio ſuo notho, cuius nomẽ erat † Imphernandus, in matrimonium collocauit conſobrinam principis Iapygię, filiam uerò principis qui* Venozam rexerat. Peracto fœdere, in quo tenebatur, ut in poſterum & hoſpites regiq; obedientes eſſent, Iapygię princeps Parthenopen uocabatur. Eò cum ueniſſent, admodum metuebat ut caperetur ab rege. Propter hunc metum, qui adeò magnus erat, phreneſi laborare creditus eſt. Hoc modo in Italiam ab Tarracone profectus Alphonſus, Sicilia & Neapolitano regno potitus eſt. Cum ueniſſet in Italiam, ibi moratus eſt, nunc cum Venetis, nunc cum Tyrrhenis bella gerens, & fœdera pangens. Rex † Rhainerius Ianuenſium claſſe magna ad urbem acceſsit. Cum autem conarentur milites exponere nauibus in urbem, nec cœpta ſuccederent, re infecta domos rediere. Alphonſus Ligurum & Tarraconnis regionem fratri ſuo regi † Nabaris cõmiſit. Hunc enim Nabaris regionis incolæ petentes, ab Tarracone, q; regis filiam uxorem duxiſſet, ſibi regẽ, iuxta patriã conſuetudinẽ, ordinarunt. Nam maxima pars occidentaliũ tributa quidẽ pendunt, nec tamen licet cuiq̃ urbibus eorũ principes dare, & præſidiũ imponere: uerùm indigenæ magiſtratus creant, & ſuis pręſidijs, non externis, regionẽ defendunt. Nec etiam regi licet eos cogere, ut præter patrię ſuæ morem reſpublicas adminiſtrent. Ea quidẽ tempeſtate, cum ciues earum urbium quas Nabares regio cõplectitur, ſibi conſtituiſſent regem, fratrem Alphonſi, contigit ut ei naſceretur filius ex uxore. Qui educatus, attigit annum duodecimum. Hunc igitur aſſumentes regionis incolæ, regem dimiſerunt, dicentes: Non amplius ei concedi, cum filium habeat,

† Al. Sicilia Neapolis iterum occupata.
† Renati.
* Ladiſlai.
† Al. Ferdinãdus, Dõ Fernandus
* Venuſiam
† Ludouicus Andegauenſis.
† Nauarræ.
Regnũ Nauarræ, & eius inſtituta.

regnum tractare: ſed filio regni adminiſtrationem nunc competere. Hæc quidem haud multo pòſt acciderunt. Alphonſus cum in Italiam perueniſſet, fratri regionem ſuam mandauit. Hæc autem initium ſumit ab Valentiæ regione. Valentia urbs magna eſt, & opulenta: Valentiæq; rex eam regni ſui ſedem tenet. Sita eſt ea urbs ex aduerſo Sardiniæ, recedẽs ab Herculis columnarum traiectu ſeptingentis ſtadijs. Huic ſuccedit regio, quam † Tarraconnenſem appellant, quæ porrigitur uſque Barcenonem. Huic contermina eſt Tarraconis regio, & patet uſque ad Barcenonem uerſus Prouinciam Galliæ. Verùm dicere nos oportet regionis limites. Verſus Orientẽ, Prouincia Galliæ: uerſus Occidentem, terminatur Iberia ſiue Hiſpania. Septẽtrionalis limes eſt, Nauarrę regio. Barcenone urbs Occidentem ſpectãs, diuitijs potentiaq; excellit. Adminiſtratur plerunque in ariſtocratiam conuerſa. Permittitur ei ab Tarraconnenſium rege, ſuo iure uiuere. E regionẽ huius urbis ſita eſt Cyrnus (quæ & Corſica) inſula opulenta & populoſa: cuius ambitus complectitur duo millia ſtadiorum. Nec procul abeſt alia inſula quæ Maiorica, (ſeu Minorica potius) dicitur, quę & ipſa ſubiecta eſt Tarraconnenſium regi, & ab eodẽ principem accipit. Sardinia, quæ inſula maxima exiſtit, cuius ambitus continet quinq; millia ſtadiorum, Tarracõnenſiũ quoq; regi obtemperat, & ſub eius ditione agit. Sunt in hac inſula urbes duę opibus florentes † Oreſtilia & Sagera: quarũ una uerſus Orientem, altera uerſus Meridiem inſulæ ſita eſt. Piſcatores huius inſulæ plurimũ lucri ex eo mari ferunt. Hinc in alium orbem peruenitur. Iberia, quà initium ſumit ab Gallia, habet finitimos Celtiberos. quibus annexa eſt † Gaſconia regio, ſub Gallorum rege degens. Poſtea ſuccedit * Peſcainorum regio, uerſus Orientem in Iberiam tendens. Iberia, quæ poſt Galliam maxima regio inter Occidentales eſt, uerſus Occidentem in Oceanum excurrit. Ab Oriente Nauarram & Galliam habet. Verſus Meridiem panditur † in Turtugannam, quæ maritima regio eſt, & ad Oceanum ſe extendit: etiam regione Granata, quæ ſub Pœnorum ſiue Maurorum imperio eſt, terminatur. Intra hanc Iacobi ſepulchrum uiſitur. Hinc Portugalia regio Hiſpaniæ ſubit, quæ ſe extendit ad mare, quod intra traiectum eſt, quo uenitur ad Granatam regionem. Iberia cum regio ſit maxima & ditiſsima, urbes habet regias, Dibitinam urbem magnam & populoſam, Cordubam, Morſicam, necnon Ludum, & Salamancam. Etiam ſepulchrum Iacobi in ea regione, iuxta Oceanum & mare externum, celebre eſt. Ad mare uerò internum Iberorum quoq; regis terra porrigitur. Portugalia ſita eſt iuxta traiectum, à Granata incipiens, uſq; ad traiectum & internum mare excur-

Valentiæ regnum.
† Arragonii
Corſica.
Sardinia.
† Oreſtangi & Calleris.
Hiſpania.
† Vaſconia, quæ Aquitania.
* Biſcaiorũ
Granata.
† Al. Turritania. al. Portugaliã ſiue Mauritaniam ac fretum Gaditanum.
Portugalia.

Digitized by Google

excurrens, uergit in Iberiam. Granata, quę regio mediterranea eſt, in Iberiam & Galliam procurrit, nec multum uel interno, uel externo Oceano utitur. Iberorum rex in iſtis duabus regionibus plurimùm poteſt: qui cum ſit ortus de familia † Almenij Galliæ, Granatę regionem, quæ Pœnorum eſt, ferens atq; agẽs, haud ceſſat bellum gerere. Rex Pœnorum, Granatam qui regit, ubi pax compoſita fuerit, Iberorũ regi tributum pendit, qui interdũ accurrens urbem obſidet, & regionẽ populatur. Ea aũt regio montana eſt, & à monte qui à mari interno initium ſumit, panditur in Oceanũ, & ad Portugaliæ regionẽ. Hi reges ſępius inter ſe diſsidentes, bella geſſerunt. Interdũ copijs coniunctis, molem belli omnem in barbarũ auerterunt. Inter cætera etiam bello laceſsiuit Alphonſus Tarraconẽſium rex regem Iberorũ, priuſq; in Italiam ueniſſet. Belli autem eius hæc aſsignatur cauſa. Ipſe quidẽ captus eſt ab Iberorum regis duce, quem † Albarum appellabant. Vterque tamen uulnera accepit. Itaque contractis copijs, & aſſumpto fratre Nabaris rege, bellum mouit contra Iberorum regem, cum adiuuaretur opera quorundam Iberorum nobilium, qui Albarum incitatiſsimo odio proſequebantur.

† Aleucorij

Alphonſi cõtra Iohannẽ Caſtellæ regem bellum.

† Aluarum à luna, Caſtiliæ præfectum.

Hunc enim, cum humili genere in Tarraconenſium regione foret natus, & priuatam ſequeretur uitam, tandem uirtute nobilitatũ, & ab omnibus plurimùm honoratum declarauit regionis ſuæ Imperatorem. Qui Imperator creatus, quocunque bellum uertiſſet, ſemper gloria coruſcans, & re bene geſta redibat. Itaque cum ab Iberorum rege contra Alphonſum eſſet miſſus, haud ſocordiæ locum fore ratus Alphonſus, cum exercitu Albaro in regione occurrit, quaſi prælij poteſtatem facturus. Poſtea Alphonſus adhibito in auxilium fratre, in Iberiam ingreſſus eſt, ut contra regem decertaret. Obuiam autem procedens Albarus, miſſo præcone iuſsit eum excedere, ſi ſapiat, quàm celerrimè ex ſua regione. Cum autem Alphonſus reſpõderet, ſe nõ accedere ut patris eius aſinos in paſcua duceret, ſed ſe adeſſe ut acie dimicet, copias in aciẽ deduxit: & cum utroque fratre confligens, uictoria potitus eſt. Cum autem prælium committeretur atrox, Albarus Tarracõnenſes terga uertere coegit: & fugientes perſequutus, fratres ambos comprehendit, magnaq; Tarraconneſium ſtrages facta eſt. Vt reges ambo ad Iberorum regem ſunt adducti, nihil mali ſunt paſsi. Verùm iuramenti religione fides accepta eſt, ne quid poſtea noui in ſua regione molirentur: & impunè dimiſsi ſunt ad ſua. Poſtea Alphonſus, ut ſuprà dedimus, in Italiam & in Siciliã uenit: qui ab iiſdem captus, ad Mediolani ducem, ut antea docuimus, ductus, ab eodẽ inuiolatus & incolumis ad ſua remiſſus eſt. Vxorem ſuam Alphonſus in Tarracõne reliquit, nec multis annis interiectis, eò reuerſus eſt, ut eam uiſeret. Nam in Italia & Sicilia uerſabatur, plerunque aut amori, aut rei militari operam dans. Quomodo ei in Italia res ſucceſſerint, deinceps dicetur.

Caſtellanorum & Arragonenſiũ bellum.

Alphonſus bis captus.

Regi Iberorum, de quo ſuprà uerba feci, bellum fuit cum Granatæ rege Pœno. Pœni iam olim traijcientes, † Mareliam Europæ urbem, quæ diſtabat à Libya ſtadijs ducentis quinquaginta, occuparunt. Hinc progreſsi, Iberiã ſuo imperio iunxerunt. poſtea, cum memorabilia ubique facta ederent, etiam contra Galliam bellum promouerunt, mirum in modũ res ſuas augentes. Nec etiam ab Tarraconne & Valentia abſtinuere. Galli igitur adiuncti Iberiæ regibus, contra Pœnos bellum ſuſceperunt, eoſq; in urbem munitam ſe recipere compulerunt: urbem uerò poſtea expugnarunt. Adhuc hodie ad urbem hanc accedunt, hoſtiliter incurſionem facientes, & exercitũ interdum adducentes. Et ſanè Iberorum rex Dominus Ioannes, ut antea ſignificauimus, contra eos profectus eſt, præmiſſo Albaro duce, qui regem ad delendos Pœnos inflammabat, & copias urbi admouit. Cum autem grauiſsima obſidione premerentur Pœni, fameſq; intolerãda foret, dubij quid agerent, huiuſmodi quid excogitarunt. Mulis duodecim ficorum onera imponunt. Ficis onuſti, ad hoſtium caſtra feruntur. Ficos autem diuidentes, ſingulis aureum nummum iniecerunt, diuiſoſq; deinde iterum coiunxerunt. Nummus uerò aureus Hiſpanorũ, duobus aureis Venetorum ualet. Hos igitur ficos cum impoſuiſſent mulis, profecti ſunt ad Albari tentorium. Qui uiſo auro, quod ficis conditum erat, agaſonem interrogauit: Quid ſibi uult aurum ficis incluſum? Agaſo reſpondit: Rex aurum quod in urbe eſt collegit omne, dicens, ſiue ceperis, ſiue non ceperis urbem, plus auri quàm allatũ eſt, haud inuenies. Et ſi urbem captam deſtruxeris, multum auri, quod ex Libya tibi & nobis afferretur, amittes: ſin autem urbem non dirueris, poteris in poſterum quæcunq; ex Libya ad nos deuenerunt, quaſi theſaurũ huc collecta acquirere. Hæc cum accepiſſet Albarus, acceptos ficos detulit in conſpectum regis, quos diducẽs & aperiens, inquit: Arborem iſtam, quæ hunc producit fructum, non cenſeo excindendam eſſe. Nam deinceps nõ amplius fructu iſto poſſemus frui: & nunc ſaturati, in poſterum non amplius iſta felicitate uti poſſemus. Nam cernis uinitores uineas putare, amputantes tantum inutilia & ſuperflua, ut fructum tandem uberiorem reddant. Quòd ſi eas penitùs eruerint, nequeunt earum fructu, cum neceſſe fuerit, amplius recreari. His auditis rex, quia probabilia dicere uidebatur Albarus, iuſsit eum abducere exercitum. Huic, cum duxiſſet regis Portugalię filiam in uxorem, natus eſt filius nomine † Ciricus, uir rei militaris peritiſsimus. Qui matrimo-

† Gibelterram.

Sarracenorum in Europam irruptio 712.

Stratagema.

Aureus Hiſpanicus.

Simile.

† Chericus, Henricus.

nium contraxit cũ Granatæ regis filia: quam, quia nõ poterat cum ea concũbere, repudiatã dimiſit. Vxorẽ alterã aſſumpſit cõſobrinã regis Portugaliæ, quæ formæ uenuſtate oẽs, quotquot in iſtis regionib. agebant, anteibat. Hanc ſibi aſſociauit cõſilio optimatũ, qui cõſulebant fore, ſi aliã uxorem duxiſſet, ꝙ poſſet cum ea concũbere ſicuti matrimoniũ poſtulat. Filiam regis Nauarræ coegit habitum Nazaræarum ſiue monacharũ aſſumere, eiq; opes ad iſtud uitæ inſtitutum aſsignauit. Rex Portugaliæ ortus eſt ex familia Galliæ † regum. Arbitror autem Gallorum reges belligerantes aduerſus Pœnos, quondam regionem iſtã ſubegiſſe, & ad poſteros ſuos tranſmiſiſſe. Itaque Nauarræ regnum putatur pertinere ad familiam regum Galliæ, nec niſi ex iſtã familia nato licere regnum iſtud ſuſcipere. Nam Carolus Imperator, & qui ſucceſſerunt reges, exiſtimantur regionem illam ſubieciſſe, & nepotibus ſuis reliquiſſe. Alphonſi autem fratrem tali conditione in regnum admiſerunt. Si ei natus eſſet filius ex uxore, quam duxerat propinquam genere Galliæ regibus, ipſe deberet regno excedere, & filiũ ſibi relinquere regem. Quòd ſi nullum filium ex uxore ſua tuliſſet, regnum pateretur recidere poſt obitum ſuum ad Galliarum regem. Qui hac conditione Nauarræ regnum accepit: & cum nactus eſſet ex uxore filium, patrem dimiſerunt, filiumq; † regem communi conſenſu declararunt, quia deſcendebat ex familia, quantum ad maternum genus attinet, regum Galliæ. Hæc quidem annotata ſint mihi, ſequenti totius hiſtoriæ propoſitũ. Nunc unde digreſſus huc uſq; ſermonem traxi, reuertor.

† Lutzelburgica.

Nauarræ regnum.

† Carolum

LIBER SEXTVS.

Amurathis expeditio in Aſiam.

† Draculę

AMVRATES Mechmetis filius poſt expeditionem quam contra Caramanum ſumpſerat, bellum Dacis intulit, uolens † Draculis filium ſuo reſtituere principatui. Egreſſus autem regia copijs inſtructus, accepit Caramanũ nouarũ rerum cupidũ defectionem animo agitare: ad idq; negocium adhibere ducẽ † Candylori, & alios Aſiæ principes. cũq; ſperaret Pannones breui magna manu ſubſidio uẽturos, ſpe externi auxilij illectus, reliquos Aſiæ principes ad defectionem ſolicitabat. Amurates igiť Mechmetis filius, ubi id parari animaduertit, mutato conſilio cœptam expeditionem omiſit, & bellum omne in Caramanum auertit. Turachanem Theſſaliæ præfectum iuſsit exercitum contra Peloponneſi Iſthmum ducere, eumq; in poteſtatem redigere: deinde regionẽ Pelopõneſi, q̃ ſub Grǽcis eſt, incurſionibus uexare. Quibus peractis, cum inde abire iuſſerat, Turachanes quoq; ac cepto Theſſaliç & † Pereſbię, quę ſtagno adiacet, exercitu, ad Iſthmum perrexit. quem deſertum ab hoſtibus inueniens, occupauit: & hinc incurſionem faciens in Pelopõneſi regionem, uaſtitatem maximam reddidit. Etiã Spartam adijt, Laconiæq; regionem populatus eſt. Quibus omnibus, quemadmodum præceperat rex, expeditis, abijt. Rex Amurates in Aſiam tranſuectus, cõtra Caramanum exercitum ductabat, & ſecundò eius regionem euaſtatã ſubigebat. Ea tempeſtate, qua hæc agebãtur, Georgius Tryballorum princeps in colloquium uenit cum † Iango & cũ Pannonum rege: prehenſanſq; ſingulos Pannoniæ proceres, perſuaſit ut contra Amuratẽ arma caperent. Opes aũt plurimas immenſamq; pecuniæ uim Pannonibus ad eam expeditionem pollicebatur. Nec ſolùm promiſit, uerùm pecuniam Pannonibus, ut eos experiretur auxiliares, tradidit. Vſus eſt plurimum opera ad eam rem Iangi, qui Græcis familiariter iunctus erat. Ioanni Byzantij regi bellum cum Ianuenſibus erat propter commercia Galli cuiuſdam. Ianuenſes implebant naues quas habebant maximas, nec non triremes tredecim. Quibus impoſuerunt ſuorum octo millia armatorum, & properabant contra Byzantium, uolentes urbem eam capere. Eodem tempore etiam Scythis (qui & Tatari) bellum inferebant Ianuenſes. Scythę namq; qui circa Boſphorum colunt, inimicitijs moti, quas cum Caphenſibus gerebant, † Capham urbem egerunt & tulerũt. Propter quę miſerãt legatos ad regem Scytharũ Atzika rem, petitũ pacem: hac tñ cõditione, ut ſua reciperent. Cũ nihil eorũ quę petijſſent, impetrare potuiſſent Caphenſes, urbẽ ad Italiã reduxere, cũ Ianuenſes iniquis animis paterenť urbẽ ſuã ab Scythis adeò grauiter diuexari. Eodem tẽpore ijs diſcordia cum Grǽcis fuit. Parabãt itaq; contra utroſq; ſimul rem gerere, & utroſq; armis domare. Appulerũt itaq; Byzantiũ, indicentes Byzantijs bellũ: & inde legentes Euxinũ pontum, uenere Capham. ibi igiť egreſsi nauib. in Cherſoneſum, rectã pergebant contra Scythas, non multum in urbe morati. Scythæ audientes hoſtes accedere ſine ordine palantes, plenos cõtemptu, & ipſi arma arripiunt. Nam præterita die affuſi fluuio cuidam, in ea regione caſtra poſuerant, nec ſolitas ordinarant uigilias. Putabant enim Scythas nunquam eò audaciæ progreſſuros, ut ſecum ex acie dimicare ſuſtinerent. Ibi igitur cum primi non expectaſſent eos, qui agminis poſtremi erant, ut in unum & in iuſtam aciem collecti, prælium inirent, uerùm pedetentim & palantes incedentes pergebant contra hoſtes, extenuato maximẽ agmine. Scythæ igitur, ubi compererunt hoſtes appropinquare, cõfeſtim eis obuiam progrediuntur, agminis'que incompoſiti primos aggreſsi fuderunt, & in fugam coniece-

† Cãdelori.

† Perrœbię

Georgius Seruiæ Deſpota.

† Ioanne Huniade, qui & Coruinus, & Chonistes, & Cãdidus

Tatari Præcopienſes.

† Cembalũ habet Iuſtinianus.

Capha Genuenſium colonia expugnata à Tataris. 1434.

Genuenſiũ infelix pugna.

coniecerunt. Fugientes acerrimè perſequuti ſunt. Ianuenſes fuga ad ſuos delati, etiã eos fugæ ſocios traxerunt. Tandem prælium ad extremos uenit, quos terga dare cogentes, cęciderunt impigre, nulli quemcunque nacti erant parcentes. Pauci quidam fuga euaſere incolumens in urbem. Liberati igitur bello ꝗd geſſere parũ feliciter cum Scythis in Boſphoro habitantibus, nauigarũt uerſus Byzantiũ, ueneruntq; Galatiam (quæ & Pera) urbem, quæ ſita eſt eregionè Byzantij in Europa. Ibi conſultarunt communiter, quomodo Byzantium occupare poſſent.

Conſtantinopolis à Genuenſibus obſeſſa.

Militibus naues complent, & reliqua armamenta expediunt: nauesq; ad murum iuxta portum appellũt, quaſi nauibus urbem expugnaturi. At Byzantij reſiſtebant fortiter, & ex muro in hoſtem pugnabant magna gloria. Ianuenſes cum conarentur ex nauibus aſcendere in mœnia, nihil efficiebant: Byzantij enim hoſtes magna fortitudine repellebant. Cum igitur cœpta parum ſuccederẽt, omnesq; conatus irriti caderẽt, in diſſenſionem adducti, rediere in Italiam. uerùm Galatia Ianuenſium urbs longo tempore bellũ geſsit cum Byzantijs, cum utrinq; tam Byzantij quàm Galatæ bombardis rem gererẽt.

Ioan. Leontares.

At Leontares Ioãnes magno impetu in Galatiæ mœnia irruẽs, eam undiq; quaſi indagine cinctam omni commeatu reliquisq; neceſſarijs interclusit: plurimos quoq; Ianuenſes cæpit, cum feliciter & fortiter in eorum naues irrumperet. Hos uinctos adduxit ad regem Ioannem, qui ea tempeſtate agebat in Xyllæ † domicilio.

† palatio.

Fuerunt autem captiui numero trecenti, quos omnes in Galatię uallo nactus erat. Poſtea legatos ultrò citroq; mittentes ſuper cõmercijs & uineis, quæ extra Galatiã erant, Ianuenſes grato animo excipiebant quæcunq; ſtatuiſſet de illis rex. Cogebantur quoq; numerare regi aureos mille propter turrim regiam, quã tempore obſidionis bombardis diſiecerant: nec non propter officinas quæ in medio poſitæ erant, deſtructas, ut potiri poſſent imagine ſiue ſigno regis Græcorum. Bellum inter Byzantios & Ianuenſes huiuſmodi exitum habuit.

Ioannis Paleologi ad Eugenium IIII. legatio.

Bello iſto finito, Ioãnes Græcorum rex, legatos ire iubet ad Romanum Pontificem Eugenium nomine, petentes ut conciliũ celebraretur, quo inter utroſq; religionis contentionem decenter componerent. Tentabat eo modo Occidentalium animos, num plurimi facerent concordiam conſtabiliri cum Græcis in religionis controuerſia. Legati in Germaniam uenere. Ea tempeſtate Germani Baſileæ erant congregati, diſsidentes ſententijs contra Eugeniũ Pontificem: quem reprobantes, crearunt Pontificem nomine Felicem, uirum inter ipſos in primis ſpectatę probitatis. Hunc concilij conſenſu Pontificẽ declararũt.

Concilium Baſilienſe.

Felix Papa.

Ambo igitur Pontifices triremes inſtruunt, & Ioannem Byzantij regem accerſebant. Vterq; enim ſub ſe concilium agitari, & religionis controuerſiam, quæ cum Græcis interceſſerat, finiri uolebat. Cum ab utroque ueniſſent triremes, rex quidem benignis uerbis & placidè concilij Baſilienſis legationem dimittebat: dicens, ſe cum Romanis & Venetis, & cum reliqua Italia iam ante colloquutum, qui omnes ſe Romam proficiſci iubeant. Aſſumens itaque Byzantij ſacerdotes, & Græcorum ſapientiſsimos & doctiſsimos, nauigabat in Italiam.

Ioãnes Imp. in Italiam.

Cum ueniſſet ad Venetos, inde ſoluens ferebatur Ferrariam, ubi morari Põtificem Eugenium acceperat. Hæc urbs diſtat ab Venetijs ſtadijs ferè trecentis. Duces & principes habet qui ſunt de familia Eſtenſium. opibus hominumq; multitudine excellit. Pado fluuio alluitur. Subiecta eſt Romano pontifici. Duces ſeu principes, quos modò diximus, accipit.

Ferraria.

Eſtenſes duces.

Vir ille † qui tum temporis in urbe rerum ſumma potiebatur, æquitatis ſtudioſus, nec cæterà imprudens erat. Huiuſmodi autem ei accidit calamitas. Vxorem habebat filiam ducis † Monferrariæ, pulchritudine formęq; elegãtia prętantem. Mores mulieris, antequam id contigiſſet, modeſtia inſigni coruſcabant.

† Borſius.

† Montisferrati.

Hæc inſaniebat amore priuigni, qui filius ducis erat nothus. Qui cũ ſerius ad eam ueniret, quàm moris eſt eorum qui in Italia lautius uiuunt, iuuenem inter ludẽdum ad amorem prouocat. Hic intelligens ſe à muliere amari, & ipſe mulieris amore exarſit, & aliquanto tempore ſtupri conſuetudinem cum nouerca ſua habuit. Ancilla autem quædam ut cognouit amorem illorum, amatori ſuo rem omnem enarrat.

Priuigni & nouercæ amor. Accidit factum hoc circa annũ 1400. ſub Nicolao pontif. uxor ea fuit Zibela, Fran. Carrarienſis filia.

Is uerò duci admodum charus erat, & ab eo honorificè admodum tractabatur. Is igitur ubi rem cognouit indicio ancillæ, nec non ipſe eandem exploraſſet, accedit dominum, inquiens: O' domine, mihi contingat magis terræ hiatu contegi, quàm ut diutius cernam in ædibus tuis adeò nefanda ſcelera committi. Nam uxorem tuam rem habere cũ filio tuo notho, impijſsima perpetrantes, uidi. Proinde da operã ab iſta muliere libereris, nec amplius cũ ipſa conuerſeris. Filiũ ꝗq; fac aliquò ab leges. His auditis, dux obſtupuit. Deinde percunctatus eſt, quomodo rem iſtã cognouiſſet. Dixit quoq;, ſe uelle eam rem explorare, & præſentẽ rei illius fore ſpectatorẽ. Faciẽs itaq; ſupra lectum foramẽ haud perinde magnum, ne deprehenderet̃ ab amantibus, per id ſpectabat filium ſuũ nothum concumbere cum uxore in lecto. Deſcendens igitur, ambos opprimit inopinatò, & uxorem in hũc modũ alloquit̃: O' mulier, quis dæmõ eò demẽtię te adegit, ut cõmiſcereris turpiter filio meo, impijſsima omniũ quas nouimus? Qua ratione id noſtro matrimonio honeſtum fore arbitrata es? Quæ reſpondens ait: Quòd talia fecerim matrimonij fidem uiolans, non eo inficias: uerùm culpam agnoſco.

Eiusque rei impiæ ego ſola caput & origo ſum. Ego ſcelerata opera animo concipiens, ui maiore coacta, neſcio quo modo ad iſtam impietatem conceſſerim, & adoleſcentē inuitum in iſtud nefarium opus traxerim. Meritò igitur ego pœnas pendo. Rogo tamē, in adoleſcentem, cuius nulla culpa eſt, ne ſæuire uelis. Deinde filium uocauit, interrogans: An iuſta hæc ſint, quæ fecerit in ipſo opere deprehenſus? Adoleſcens attonitus cum negare non poſſet, ad petendam ueniam conuertebatur. Sequutus eſt uir amoris iſtius nefandi conſcius, qui utriſq; operam, ut cupitis potirentur, locauerat indefeſſam. Erat autem † mimus, qui ab initio adoleſcentem in iſtum amorem impulerat. Et hunc acerſens interrogabat dominus: Quid cauſſæ fuit, quare adeò impium in me patraris facinus? Hic reſpondit: Quia tu rapuiſti amicam filij tui, & cum ea concubuiſti. quapropter meritò iſta contigere tuo. Nam ducis filius amabat mulierem eius urbis, necdum tamen cū ea coierat. Pater igitur cum intellexiſſet, eam eſſe forma præditam ſupra modum uenuſta, ui eam opprimens, Veneris gaudiū ei abſtulit. Mimus igitur huius amoris cauſſam omnem in iſtud facinus reijciebat. Hæc ſigillatim cum audiſſet, adoleſcentem, deinde mulierem, poſtremò mimum capite truncari iuſsit. Hæc eſt calamitas, quæ Ferrariæ principem ea tempeſtate oppreſſerat. Nec multo pòſt † Ligurum principis filiam uxorem duxit: & miſsis ſerijs, plerunque iocis ſe tradens, fortunam aduerſam leuabat. Rex Græcorum cum ueniſſet Ferrariam ad Romanum Pontificem Eugenium IIII, qui ibi uerſabatur, cum eò ab urbe Roma eſſet profectus (erat enim Venetus) precibus fatigabatur à Pontifice, ut ſe iuuaret in contentione, quæ interueniſſet ſibi cum Germanis. Et cum in colloquium ueniſſent, plurima de contentione illa differuerunt, rationem ineuntes qua utrique res pulchrius & felicius ſuccederent. Hinc profecti, uenere Florentiam Tyrrhenorum (ſiue Hetruriæ) metropolim, urbem magnam & opulentam, quæ pulchritudine omnes Italiæ urbes exuperat. Tyrrhenia (quæ & Hetruria) incipit ab urbe Peruſio, & dextra tenens Bononiam urbem opulentam, pertingit uſque Lucam. Luca autem & Peruſium ſunt ciuitates liberę, & in democratiam uerſę reguntur. Florentia, extra Venetorū urbem, Italiæ urbs opulentiſsima eſt, ciueſq; ad agriculturam & mercaturam extrudit. Hi intelligentia reliquos excellere uidentur: optimeq; efficitur quicquid uiri iſti fuerint aggreſsi. Reſpub. hoc modo adminiſtratur. Eſt in ea conſilium quingentorum uirorum, qui de ciuitatis rebus conſultant, de bello, de pace, de legatis ſententiam ferentes. Habent uiros duos † peregrinos, quos acerſentes plurimum uenerantur. Vnum criminum capitalium iudicem conſtituunt, alterum reliquas urbis controuerſias iudicare iubent. Ciues autem reliqua reipublicæ munia obeunt. Peregrinos autem propterea adſciſcunt, ne ciues fauore aut odio adducti, in alterutram partem ius dicentes abducerentur. Ducem ſeu principem reipub. creant, quem ſigniferum nuncupant: qui trimeſtre tempus magiſtratum gerit, ad quem uniuerſæ ciuitatis redditus & tributa referuntur. Si qui hunc adeūt, pacem aut bellum afferentes, ſtatim deducuntur ad quingentorum conſilium. Magiſtratus legunt de populo populares, & quorundam artificiorum præſides. Licet cuilibet eius urbis fieri ciui, ſi ſtatutum precium intulerit. conſilium illud ſi quid decreuerit, id ut executionem ſortiatur, ducibus mandant. Hæc reipub. forma penè omnium Tyrrheniæ urbium eſt. Nam iuxta hanc gubernantur Peruſium, Luca, Aretium, & Senæ. Huc cum perueniſſent Græci, multa diu egere cum pontifice in religionis negocio, uolentes id ad optimum deducere finem. Poſtremò eò uentum eſt, ut inter ſe conſentirent, & concordiam inter ſe conglutinarent. Itaque in hanc ſententiam euntes, decreuerunt in poſterum nihil in religionis negocio innouare. Et ut iſta rata manerēt, ſcriptis & ſanctorum obteſtatione ſanxerūt, ſe deinceps unanimes in religionis negocio fore. Hinc Rom. pontifex allegit in Cardinalium ordinem (qui primus apud Pontificem eſt) uiros duos Græcorū nobiliſsimos, eoſq; ſibi familiaritate iunxit. Vocantur enim Cardinales, quaſi religionis duces & antiſtites. Hos enim honore ſibi proximos triginta eligit Pontifex, iiſq; ſocijs & conſiliarijs utitur. Suppeditat his redditus ſufficiētes, aſsignās iiſdem regiones, unde opes ſufficientes accipiāt. Hic quidem minores, alius maiores acquirit opes, ſecundum regiones quas ſinguli ſortiuntur. In horum igitur album retulit Pōtifex uiros duos Græcorum, Beſſarionē Trapezuntium Nicææ epiſcopum, & Iſidorum Sarmatiæ (quæ & Ruſsia) epiſcopum. Nam horum opera plurimùm adiutus eſt in concordia cum Græcis ineunda. De Beſſarione quæ accepi, diligenter annotabo. Beſſarion tanto erat inſtructus à natura intellectu, ut præſtantiſsimos Græcorum non dico æquaret, uerùm ſuperaret. Iudicio in re qualibet plurimùm pollebat. Græcarum Latinarumq; literarum tanta peritia huic uiro inerat, ut facilè eruditiōis palmam inter omnes caperet. Nicolaus, qui Eugenio ſucceſsit, uirum hunc coluit plurimùm. Quapropter Bononię urbi opulentę eum pręfecit, ut eam tutaretur. Cum autem ea urbs uſq; ſeditionum procellis iactaretur, & ſeditioſi uſq; inter ſe contendere non ceſſarent, planè inter iſtos tumultus uir ille diuinus apparuit. Vrbs iſta opibus & reliqua felicitate nihil cedit uel præcipuis Italię oppidis: literarum ſtudio pręſtātiſsimis

Italiæ

† paraſitus.

† Rizardā, Marchioñis Saluciarum F.

Peruſium, Luca, Florētia. Florentię reſpub. qualis.

† eos prętores ſiue poteſtates uocant.

Florentina Synodus.

Beſſarion Card. Trapezuntius. Iſidorus Ruthenus.

Bononia.

Digitized by Google

Italię urbibus connumeratur. Iſidorum uirũ prudentem, patriæq; amantem, cum Byzãtij pro patria pugnaret, à barbaris captum eſſe conſtat. Pontifex Eugenius hunc uirum, cum eius auctoritas maxima apud Græcos haberetur, elegit, putans eum rebus ſuis plurimũ momenti allaturum in concordia cum Grę-cis iungẽda: quod & euenit.

Græcorũ et Latinorum concordia.

Rex Græcorum cum pręſidium ad retinendum Byzantiũ peteret, Pontifex reſpondit promittens, ſibi in poſterum & regnum illud Græcosq; curę fore: pręterea ſe non ceſſaturum Pannones & Germanos incitare, ut arma contra Turcos capiant, quatenus Græcis & alijs bonum uideatur. His ita compoſitis, rex Byzantiũ proficiſcitur.

Græci à pacto recedũt.

Græci domum reuerſi, nõ amplius his quæ conuenerãt in Italia, ſtare uoluerunt: uerùm apprehendentes ſententiam diuerſam, noluerunt amplius in religionis negocio adhærere Romanis. Hinc motus Pontifex Romanus, uiros quoſdam doctos Byzãtium ad Græcos miſit, ut cum his in colloquium uenirent: qui quidem ſynodum & concordiam in Italia factã non admittebãt. Nam Marcus Epheſi epiſcopus, & Scholarius Græcorum doctiſsimus, ne quidem ab initio Latinorum dogmati cõſenſum præſtare uoluerunt. Vbi ad colloquium & ad diſputationem uentum eſt, Romani nihil efficere potuerunt: uerùm re infecta domũ reuerſi ſunt. Eugenius haud multò pòſt Romam rediјt, adiutus à Venetis, qui ea tempeſtate admodum feliciter bellum gerebant cum Ligurũ tyranno. Nam Veneti belli ducem crearunt uirum patria Ligurem, qui antea fuerat amicus & affinis Ligurum tyranni.

Franciſcus Carminiola.

Nomen ducis Carminiola fuit: eiq; exercitum commiſerunt. Qui ut exercitum accepit, & naues tot quot militibus implere Venetos iuſſerat, itinere pedeſtri et per Eridanum proficiſcebatur, habens naues ligneis propugnaculis & turribus pulchrè inſtructas, quæ numero erant ſeptuaginta. His copijs munitus pergebat contra Mediolani tyrannum nomine Philippum. Carmaniolæ legatus erat Nicolaus cognomento † Brachius, uir militaris rei peritiſsimus, qui ad ſummam bellicarum rerum gloriam euaſerat.

†Picininus

Veneti in eo bello uictores tempore longo fuere. Pręliabantur diu, cum præſidio ad lacus cuſtodiam poſito. Nicolaus † Brachius Brixiam cum exercitu uenit, eamq; capere nitebatur.

†Picininus

Brixia obſeſſa.

uerùm oppidani obſidionem longo tolerarunt tempore: eoq; neceſsitatis uentũ eſt, ut mures feles'que ederent, & duriſsima quęq; ſuſtinerent potius, quàm ut hoſti cederent. Factio Guelphorũ, quæ in urbe erat, adeò fortiter repugnauit.

Guelphorũ & Gibellinorum factiones.

Vniuerſa Italia in duas factiones diuiſa eſt, in Guelphorum ſcilicet, & Gibellinorum. Quomodo autem urbes totius Italiæ in has factiones abierint, & inter ſe ſemper diſsidentes animis pugnent, & unde diſsidendi initium exortum ſit, ex nemine unquam audiui quicquam, ut ueri aliquid de ijs determinare poſsim: nec ipſe coniecturam faciens, poſsim quid certi de ijs tradere. Ligurũ & Ianuenſiũ regio Gibellinorũ factionem ſectatur. Veneti & Romani, nec non Marchia, Guelphis adhærent. Tyrrhenę & Reginę regio quę ad Iapygiã in longitudinem patet, utriſq; fauet. Quidam enĩ horũ in Guelphorũ, quidã in Gibellinorũ factionem diſcreti ſunt. Etiã in una eadẽq; urbe utraſq; iſtas factiones inter ſe diſsidentes & pugnantes cernere eſt. Hinc plerunq; ſeditiones Italiam colentib. accidere puto.

Marſilius Carrarienſis dux Patauinus.

Patauium.

Accidit interea ut etiã Patauini adducerẽt ſuos duces, inter quos erat & Marſilius, natus ex familia Carariorũ, qui parabat Carminiolę ꝓdere urbem. Eſt aũt ea urbs magna & opulenta, in ambitu cõtinens ſtadia ſeptuaginta. fluuius nomine Brenta eam ſecat: quo cũ undiq; alluatur, munitiſsima redditur. Hunc igitur Marſiliũ cum adduxiſſent, conſtituerunt diem, ad quẽ proditio perageretur. Verùm eo die maxima ingruit tempeſtas, qua inhibitus nequiuit ad præſtitutum cõparere diem. Quidam proditionis conſcius, anxius admodum ne aliquis præueniret, & proditionem patefaceret, adueniens ipſe proditionis conſilia aperit. Qui ut rem cognouere, urbem firmauerunt cuſtodijs: ſubornarunt quoque inſidias Marſilio, quà uolebat exire ad hoſtes. Accedentem igitur cæperunt unà cum centũ ciuibus, quos unà cum uxoribus necarunt, trucidato etiam Marſilio.

Carminiola proditor cæſus.

Hæc cum ſub idem bellum acciderent Venetis, effectum eſt ut duci Carminiolæ imperium prorogaretur. At poſtmodum cum proditionis argueretur Carminiola, & in ipſo opere eſſet deprehenſus, inſidias urbi ſtruens, interfectus eſt. Dicitur autem, cum duceretur ad ſupplicium, in eum locum ubi capite truncandus erat, uelato & obſtructo ore inceſsiſſe, ne poſſet compellare & obteſtari eos qui ad ſpectandum ſupplicium conuenerant.

Fran. Sphortia.

Poſt huius uiri obitum uocauerunt Franciſcum Sphortiã cognomine, quẽ ducem pronunciantes ei cõmiſerunt bellum quod gereret cũ Ligurię principe. Tandem eò res uenit, cum impigrè adiuuaret ab Venetis, ut nõ multo tẽpore interiecto, dux Mediolani eligeretur. Cum autem Venetorum eſſet Imperator, plurimùmque ob eam rem commendaretur, † Lodiam uſque, quæ Mediolano proxima eſt, acceſsit, Pergami regionem, & alia quædam oppidula Liguriæ ultra † Adam flumen ſubigens.

† Laudem.

Bergomum.

† Abduam.

Blanca Philippi F. Sfortiæ nupta.

Deinde cum bellum inter Venetos & Ligures eſſet compoſitum, paceq; ſopitum, filiam Ducis illegitimam uxorem duxit: & cum quaſi medius eſſet inter utroſque, ceſſauit Nicolaum bello perſequi. Is, cum pax conueniſſet, uenit Parthenopen ſiue Neapolim ad Tarraconenſiũ regẽ, uolens eum adiuuare, ſi opera ſua indigeret, in bello q̃d parabat inferre Tyrrhenis.

Cum

Digitized by Google

Cum autem nihil iſthic inueniſſet ſuis rebus accommodum, ad Mediolani ducem reuerſus eſt. Nec multo pòſt expirauit Nicolaus, cum fuiſſet belli dux optimus, ducendi exercitus pugnandíq; peritiſsimus. Cum autem longo tempore renum dolore fuiſſet excruciatus, tandem mortuus eſt: relinquens ſui per uniuerſam Italiam memoriam honeſtiſsimam. Fuit enim genere Peruſinus Frãciſcus non multo pòſt, cum defunctus eſſet Mediolani dux, cum Venetis inimicitias ſuſcepit, animum in Mediolani tyrannidem intendẽs. Nam Veneti Philippo mortuo, adiungebãtur Mediolanenſibus, hortantes & adiuuantes eos, ut ariſtocratiam reciperent. Equidẽ urbs illa aliquandiu ariſtocratiam ſectabaẽ, magiſtratus creans ex optimatibus urbis. Verùm cum ad æqualitatem reſpiceret, admodum tenuiter res gerebat, ſi quando exercitus aliquò miſiſſet. Quapropter ad tyrannidem ciuitas inclinauit. Vocant igitur ciues ducem Franciſcum. Quidam reluctabantur. Franciſcus igitur conſcripto exercitu, quàm celerrimè profectus eſt cõtra Venetos, in eũ locum in quem caſtra ſua ponere iam antea animis deſtinarunt. Accedens igitur, caſtra ponit ſtadijs ab urbe centum, eamq; obſidet. Cum itaque inhiaret tyrannidi, ut eam ſibi pararet, uiros elegit idoneos. Etiam neceſſarijs ſuis permittebat ingredi in urbem, ut oppidanos obſidione preſſos ad pacẽ & ad fœdera incitarent. Nolebat tamen quàm proximè ad urbem copias ducere, timens urbis populum, qui maximus eſt omniũ Italiæ urbiũ: etiam numero ſuum exercitum ſuperabat. Potuiſſet quoque exercitum ualidiſsimum ſternere. Expectabatur quoque Venetorum exercitus, qui urbi auxilio ueniret. Verùm Franciſcus in ijs caſtris, quæ ab initio cõmunierat, manſit: ſedulò ea agens, ne inde poſſet depelli. Vbi allatum eſt, exercitum Venetorum appropinquare, ut urbi ſuppetias ferret, prior exoriens, occurrit Venetis quàm celerrimè, & caſtra locauit ſtadijs ab Mediolano quinquaginta. Ex aduerſo caſtra metatus erat Venetorũ dux nomine † Cudunidas, qui caſtra admodũ diligenter emuniebat, uolens expectare ibi exercitum Mediolanenſem, ut coniunctis copijs præliũ inirent. Franciſcus ut ex ſpeculatoribus cognouit, Mediolanenſes urbe egreſſos, pergere ad Venetos, nocte ignes plurimos in caſtris faciebat, ut nihil eorum quæ inſtituebat, hoſtis ſuſpicaretur: armanſq; ſuos, citato agmine contendit obuiã Medolanenſibus. Quos aggreſſus, prelio grauiter afflixit, interfectis plurimis, ut pauci ex Mediolanẽſium exercitu ſupereſſent. Victoria igitur illuſtri potitus, in caſtra reuerſus eſt. nec mora, manus conſerit cũ Venetis. Quos prælio atroci commiſſo in fugam egit, captis ſexies mille equitibus, uictoriamq; conſequutus eſt inſignem. Tandem redijt in caſtra, quę non multum ab urbe locauerat. Nec multo pòſt ingreſſus urbem, pacem pangit, quam ſuadebat quidam Nazaręus ſiue monachus. Deinde filium ſuum mittens ad Venetos, ijs deinceps placidum ſe exhibuit. At hæc haud multo pòſt contigere. Quum Græci domos ſuas eſſent reuerſi, Pontifex Eugenius nihil auxilij ſatis digni, quemadmodũ promiſerat, Gręcis miſit. Proinde à Pontifice auertebantur, eosq; pœnitebat concordiæ quam cum Pontifice feciſſent. Verùm Pontifex nihil auxilij Græcis tali de cauſſa miſit. Nam erat ei bellum in Italia contra Tyrrhenos propter regionis diſſenſionem. Habens autem exercitum & ſumptus ad id bellum, nec non genere ſibi propinquũ ducem, qui patriarchę partes agebat, uirum prudentem, non ceſſabat rem gerere nunc quidem cum Tyrrhenis, nũc uerò cum Vrbini duce. Ea enim tempeſtate Tyrrhenorum metropolis uidebatur ſtare à partibus Philippi Ligurum principis, ꝓ quo fortiter pugnabant. Quapropter reſiſtebant etiam pontifici, qui Venetus erat, exortus ex familia Condelmariorũ, quã petente Pontifice ſenatoria dignitate honorarunt, uidelicet ut ea familia quoque in ſenatum allegeretur. Cum autem bellum inter Venetos Mediolaniq; ducem Philippum arderet, quædam Italiæ pars huic, quædam Venetis adhæſit. Hi autem principatus ſiue tyrannides per Italiã diſperſæ ſunt. Tyrannis Ferrariæ, quæ eſt de familia Eſtenſium, Arimino Marchiæq; pręſunt Malateſtę. Huc adde tyrannos Vrbini, Mantuæ, Mediolani, Romæ, Neapolis, Iapygiæ. Vt autem Ferrarię, Medolani & Iapygię principes ſe gerant, necnon de Mantua dictũ eſt ſatis, quantum facit ad pręſentem hiſtoriã. De Vrbini tyrannis hæc ſcio. Tyranni ſiue principes Vrbini ex antiquiſsimo genere deſcendere uidentur, & Malateſtę dicuntur. Multis annis Marchię imperarunt regentes Ariminũ, & alias iſthic urbes inſignes. Hinc progreſsi, duces eorum facti ſunt, qui in Italia rem iudiciariam tractabant. Etiam Veneti hos ſibi duces conſtituerunt. Poſtea Tyrrheni eos quoq; ſibi duces petierunt, & inde ad Mantuæ ducatum emerſere. Nunc reuertar unde digreſſus ſum, ut ſcribam de Romano Pontifice. Vbi pimùm pontifex aliquis mortuus fuerit, in domum quandam congregantur Cardinales, ac calculos ferentes eligunt de familia † Coloniorum & Vrſinorum, quos huic muneri idoneos putarint. Sunt autem hæ familiæ longè reliquarum familiarũ Romæ & maximæ, & potẽtiſsimæ. Nunc quidem fauor ad hos, nunc ad illos inclinat. Plerunque autem cum ſententiæ haud congruunt, peregrinos neutrò propendentes fauore Pontifices deſignant. Vbi autem ſuffragia collegerũt, & Pontifex fuerit declaratus, domi eum continent, explorantes num & reliquis placeat electio. Pontificem pronunciatum

Fr. Sfortiæ incrementa.

Philippi morte omnia Mediolani confuſa, donec ſucceſſit Sfortia.

†al. Coleo. Sigiſmundus Malateſta. Barptol. Coleo Bergomas. Sabell. En. 1. lib. 5.

Sfortiæ uictoria.

Græci non ſtant pactis.

Italiæ principatus.

Vrbinatium tyranni.

Papæ electio & ſtatus.

† Columnenſium.

Digitized by Google

tum inſidere iubent ſedili foramen habenti, ut teſtes ex eo propendentes, aliquis, cui hoc muneris iniunctum eſt, tangat, qui appareat Pontificem uirum eſſe.

Ioannes VIII. Papa femina.

Nam conſtat mulierem quondam in pōtificatum eſſe ſubuectā: quia ſexus ignorabatur. nam Italię Occidentales penè omnes barbas radunt. Cum autē illa mulier grauida eſſet facta, & ad feſtum, ſiue ſacrificium prodijſſet, peperit infantem inter ſacrificium in conſpectu uniuerſi populi. Quapropter ne decipiantur iterum, ſed rem cognoſcant, neq; ambigant, Pontificis creati uirilia tangūt.

Virilia Papæ eligendo cur tangi ſoleãt.

Et is qui tangit, acclamat: Mas nobis dominus eſt. Nomina autem poſt electionem illicò commutant, quaſi iam diuinioris quàm antea ſint naturæ, & planiſsimè mutati. Calculi autem, quos ponunt, nomina pontificum inſcripta tenent. Pontificem plurimùm honorant Italiæ principes, & reliqui occidentales populi.

Cardinales.

Cardinales ſunt, numero circiter quinquaginta. Nam Italiæ principes plerunq; diuidentes principatus ſuos in partes duas, ſi habuerint filios, partem unam filio uni, alteram uerò filio alteri attribuūt ad ſacerdotium, ne diſcordiæ & controuerſię inter ipſos ſuper hæreditate exoriantur. Hinc plurimùm honoris conſequuntur apud Romanū Pontificem: etiam Pontificem omnes charum habent, plurimumq; uenerantur.

Ioachimi Abbatis Calabri prophetia.

De Pontificib. quidem Ioachim Abbas, uir uaticinandi peritus, inter doctos Italiæ cōnumeratus, prædixit multa, quomodo ſinguli ad Pontificatū eſſent peruenturi, & in eo uicturi. Et quemadmodū uaticinatus eſt, ita accidit. Etiam alia miraculo digna de hoc uiro cō memorantur. Nam cum eſſet idiota, nec uel modicum eruditionis haberet, ianitor in quodam Italiæ monaſterio † Nazaræorū ſiue monachorū fuit, & quondā in hortū egreſſo apparuit uir forma pulcherrimus.

† Floriaci.

Qui aſsiſtens ad Ioachim, manuq; amphorā tenens, inquit: Ioachim, cape, bibe uinū hoc: eſt em̃ optimū. Qui dicto audiens, bibit ad ſatietatē uſq;, amphorāq; reddidit, inquiens ſe ſatis bibiſſe. cui uir reſpondit: O Ioachim, ſi totum hauſiſſes uinū, nulla te ſcientia fugiſſet. Deinde in colloquiū & diſputationē ueniens cum uiris ea tempeſtate doctiſsimis, planè diuinus quātū ad ſciētiā attinet, apparuit. Hinc factus abbas etiā de pontificatus dignitate magna quædā uaticinatus eſt futura: quę omnia tandē euentus confirmauit. Nam quæcunq; prædixit, eueniſſe conſtat, licet ubiq; miracula eius per Italiā obuia ſint. De Italię principibus nō admodum magnis exiſtentib. & Pontifici ſubiectis, ſimul cum Mediolani duce, necnon de reliquis Siciliæ, Calabriæ, Iapygiæ, & cæteræ regionis principibus, qui ſubditi ſunt Parthenopes regi, diſſerere, quoniā non eſt operæprecium, omittam.

Reſpublicæ liberæ in Italia quæ.

Politiæ autem quæ ad Italiam ſpectant, ſunt: Venetorum urbs, Bononia, & omnes Tarracōnenſes urbes, quæ Florentiam ſequuntur, & eandem cum ipſa reipublicę formam tenent. Huc adde & Ianuenſium urbem. Sed de his ſuprà commemorauimus. Hi ſunt totius Italiæ, quos habet, principatus, interdum Venetis, interdum uerò Mediolani principi auxilium ferentes. Reuertor nunc eò, unde digreſſus ſum. Græci in patriā ſuam reuerſi, mittentes legatos ad regem Amuratem, orabant pacem, uolentes cum ipſo fœdus pangere.

Conſtātinus VIII. Græcorum Imp.

Nec multo pòſt Conſtantinus, pficiſcitur in Peloponneſum, fratremq; ad regni ſucceſsionē hortat̃: atq; inde nauigare inſtituit Byzātium. Cum aūt appuliſſet in Lemnum, Lesbi ducis filiam uxorem duxit. Eo tempore Mechmetis claſsis aduenit, Conſtātinumq; † Gotzini, quę Lemni urbs eſt, obſedit.

† Gortynę. Lemnos obſeſſa.

Mechmetes aūt exponens copias nauales in terram, inſulam magna populatione ingreſſus eſt, regiſq; fratrem obſidione uigintiſeptem dierū preſsit. Sternēs aūt murū bombardis, nō potuit ſuos impellere, ut in urbem uellent irrumpere. Cum ea urbe potiri non poſſet, claſſem abducens, domū reuerſus eſt. Cōſtantinus cum ueniſſet Byzantium, & rex ſententiam ſuā declararet, iuſſus eſt redire in Peloponneſum. Ipſum aūt & fratrem Theodorum oportebat relinquentes Peloponneſum, abire Byzantium. De his quidem hactenus.

Fraterna diſcordia.

Frater horū iunior, nomine Demetrius, inimicitias ſuſcepit cū fratre Imperatore Græcorū, à quo maxima regiōis ſpoliabatur parte. Cum multis ultro citroq; actis nihil æqui impetrare poſſet, legatos, odio fraterno impulſus, ad Amuratem miſit: à quo accipiens exercitum, profectus eſt Byzantiū, urbemq; obſidione circūdedit. Nec multo pòſt ſibi cōciliauit Aſanem generum ſuum, cuius auctoritas & potentia Byzantij maxima erat. Is Demetrium adiuuare uidebatur, ſi quo modo regnum acquirere poſſet. Tandem cum obſidendo nihil efficeret, exercitū dimiſit. Deinde haud multo tempore interiecto, cum legationem ire iuſsiſſet ad fratrem regem, Byzantium uenit: nec admodum multo pòſt captus eſt à rege Ioanne, unà cum uxoris ſuæ fratre. Cum autem ſeparatus ab uxoris fratre in carcere aſſeruaretur, ſuadente Aſane noctu è carcere profugit Galatiam, urbem è regione Byzantij ſitam. Poſtea legatis miſsis pacem aſſequutus eſt, & redijt ad Euxini maris principatum.

Belli Vngarici cū Turcis occaſio.

Etiam uxoris frater uinculis à rege exemptus eſt. Rex fœdere inito cum Amurate Mechmetis filio, haud ceſſabat conſilia agere cum Eugenio Romano Pontifice, mittens ad hunc legationem: nec non ad Pannonum regem Vladiſlaum, qui nuper admodum ad regni gubernacula acceſſerat. Incitabat eum uel in primis ad iſta conſilia Georgius Bucus, qui regno ſiue principatu ſuo deturbatus, magnam pecuniæ uim in eam expeditionem conferebat.

Georgius Bulcus Raſciæ Deſpotes.

Videtur etiam Ioannes Choniates ſiue

Ioan. Huniades.

ſiue Huniades ea tempeſtate plurimùm potentia pollens, & militari gloria excellens, quia fœliciter aduerſus Turcos præliari cõſueuerat, inſtigaſſe Pannonum regem, ut arma contra Amuratem Mechmetis filium caperet. Comparauit itaque quàm potuit exercitum maximum: & in belli ſocietatem adhibuit Draculem Dacorum principem, & Tryballorum principem Georgium, qui itineris dux erat. Poſtquam autem traiecto Iſtro, in regis regionem uentum eſt, quocunq; ſe uertiſſent, omnia in ditionem acceperunt, uicos incendebant, etiam Sophiæ † urbi ignem inijcientes, omnia fœdè diripiebant. Amurates ut accepit Pannones magna manu accedere populabundos, uniuerſos Aſię & Europę exercitus contrahens, obuiam, ut qui ex acie eſſet dimicaturus, hoſti procedebat. Amurates ut uenit in regionem quæ Baſilitza uocatur, Pannones in ea caſtra poſuiſſe, † deprehendit. Præmiſit quoque ſuorum manum haud exiguam, quos iuſſit obſeruare Pannonum exercitum, & explorare ubi ſe teneat, & deinde explorata ad ſe referre. Iiſdem præcepit ut montis anguſtias, quæ in regis regione ſunt, præoccuparent: & arboribus cæſis eas obſtruerent, quo minus hoſtes eas ſuperare poſſent. Qui iuſſa facientes, ſtrenuè hoſtem aditu prohibebant. Et ſanè Pannones conabantur irrumpere per Thraciam. Verùm Amurates caſtra locauerat in montem qui pertingit uſque ad prædictas anguſtias, & congregauit optimates ſuos, quorum gloria in re militari erat maxima, † Theſeten Brenezis filium, Turachanem Theſſalię præfectũ, Cumulien, Chaſanem Europæ ducem (qui & Baſſa Europæus, & Romaniæ Baſſa) & Scopiorum principem Iſaac. Hos, cum exciti uoce præconis ueniſſent, & conſediſſent, in hũc modum alloquutus eſt: Viri Muſulmani, uidetis in quam neceſsitatem res noſtræ deuenerint. Pannones enim hi, adhibitis Dacis & Tryballis, contra nos bellum mouent. Nunc tempus eſt, ſi quis quid nouit quod belli uictoriam largiatur, expromere, nec id nos in præſentiarum celare. Mihi enim, ut ſententiã meam proferam, pugnandum eſſe uidetur: & omni mora poſita, quàm celerrimè prælium inire. Nam facilè nos uictoria potituros arbitror, cũ hoſtes nobis numero ſint pauciores. Sic igitur agendum cenſeo: uidelicet ut continuo arma arripiamus, manusq; cum hoſte conſerere nihil cunctemur. Cum rex dicendi in hunc modum finem feciſſet, Chaſanes Europæ dux, quo magis regem ad capeſſendũ prælium accenderet, huiuſcemodi orationẽ habuit: O rex, non eſt qui non laudibus uehat orationem tuam, quam modò in mediũ adduxiſti. Eſt enim rege magno & Otomani de digna, qui hoſtibus uiliſsimis nihil ſit ceſſurus, uerùm regionem ſuam ſeruare ſumma ope conetur. Niſi enim pugnare inſtituerimus, fortitudo noſtra peribit, impedita timore regis: hoſtibus uerò fortitudo creſcet, eorumq; res uſquè incrementa ſument. Ex mora uereor ut nihil utilitatis, uerùm plurimùm periculi capiamus. Etiam proxima pugnæ mora, quæ mihi admodũ diſplicuit, cum decerneretur ut montis anguſtiæ arboribus cæſis clauderentur, nonnihil incommodi nobis attulit, dum nos timore perculſos, prælio abſtinere hoſtes crederent. Talis fama nequaquam per noſtrum exercitum eſt ſpargenda: nec uolo ut timiditatis ullo modo ab hoſte argui poſsimus: uerùm cenſeo confeſtim prælium eſſe occipiendum, & præliando regionem defendendam. hoſti ne cedamus queſo. Etiam ipſe præliũ capeſſe, ſi hoſtium populationes ulciſci uelis. Sin autem ipſe diſcrimen ſubire nolueris, tu hîc ſede: ego eos uictos dabo, & ſic adfligam, ut nec Pannones, nec Occidentales alij in poſterum te bello laceſſere auſint. Hæc dixit Chaſanes Mazalis filius. Tacentibus autem reliquis, ut qui non auderent contrariam regi ſententiam proferre, metu ſubacti, Turachanes Theſſaliæ dux in hũc modum loquutus eſt: Oportet quidẽ, ô rex, ſingulos quid ſentiant, nihil tuam ſententiam reueritos, dicere: & tanto magis, quanto maiora pericula oſtentare res uidentur. Multo igitur magis æquum eſt, ut nos quę ſapimus, in præſenti exponamus domino noſtro, in primis, cum etiam nos idem periculum attingat. Ego ſanè tua uolucri ſimilia eſſe aſſeuero. Si uolucri alam unam ademeris, haud poteris ea ad quancunque aliam rem commodè uti, ſi quando neceſsitas poſtularet. Sin & alteram abſtuleris, corpus ſolum relinquis, nec amplius uolare, uerùm tantum incedere nouerit. Quid igitur faciet auis, ſi ad uictum quærendum, aut ad aliud quippiam conuertitur? Huic ſimilitudini res tuas confero. Ianuas corpus eſſe autumo, & in his refugium & receptaculum relinqui nobis tutiſsimum. Aſiæ exercitum alæ aſsimilo, ſimiliter & Europæ exercitum. Si prælium auſpicati fuerimus, neuter exercitus ad prælij finem ſtabit. Aſianus enim exercitus refugiet dimicare cũ armatis & haſtatis. Europę exercitus qdem prælium non detrectabit: uerùm ſi uiderit abire Aſianum exercitum, nec ipſe ad prælij finem manebit, ſed ſibi fuga conſulet. Reliqui igitur tibi ſoli erunt Ianuæ milites, & peregrini. Nequeo itaque conijcere, quo pacto prę ſentibus commodè utaris, cum præliando nihil efficere poſsis. Sed enim meum conſilium depromam. Cenſeo pugnandum eſſe: uerùm ut paulatim retro cedamus, domantes omne quicquid obſtiterit. Nec uolo, ut deſinamus retrocedere tam diu, donec & ipſi fame preſſi, perſequi deſierint: & retrò unde uenerunt, ire perrexerint. Cedentes deinde perſequemur, & in anguſtijs conſtitutos adoriemur totis uiribus. In hunc modum cum hoſtibus iuxta

Margin notes:

† quę nunc Scopia. Vide Bonfin. Dec. 3.

Vladislai infelix in Turcicam expeditio.

† ad fl. Slatitzã, Bonfin.

† al. Ieſſen.

Amuratis oratio.

Chaſanis Baſſæ ſententia.

Turachanis conſilium.

iuxta animi ſententiam agere poterimus. Huic ſententiæ, quia prædicta melior & tutior erat, etiam reliqui qui præſtò erant, calculum addidere. Ieſſe autem Brenezis filius huiuſcemodi orationem exorſus eſt: Ego quidem, ô rex, exiſtimo parum utilitatis nos capturos, imò nihil, etiam ſi deuicerimus hoſtes. Nam nullum emolumentum inde affulgere uideo. Etenim Paiazites † Lælaps, auus tuus, quōdam Gallos Burgundiones & Pannones fudit, uerùm nihil commodi inde percepit. Nam in ſuam regionem contendentes, ſemetipſos & regionem ſeruarunt. Verùm ſi contrarium, abſit omen, accidat, & uincamur, quibus pericula immineant, omnibus perſpectum eſſe arbitror. Satius autem eſſe reor, ſemper eligere tutiora conſilia, ne in terrorem aliquē incidamus, & uincamur: uerùm ut uictoriam hoſtib. extorqueamus, niſi res non ex animi ſentētia ſuccedet. Cum igitur duplex electio ſit propoſita, una periculoſa, & altera magis tuta, arripiendam tutiorem quis ambigit? Quis ſanæ mentis compos non tutiora magis ſequeretur conſilia? Proinde retrò pergere, & cedere hoſti, nec te decet, rex, nec etiam ſuaſerim. Fugere enim uideremur, animiq́ hoſtibus creſcerent, nobis uerò minuerentur: nec etiam amplius Aſianos & pedeſtrem exercitum retinere poſſemus. Sed nec pugnæ ſummam rerum committēdam conſulo. Verùm conſultius exiſtimo, ut anguſtias diligenter præcludamus: & tam diu ſedeamus, hic tempus terentes, donec hoſti retrocedendi neceſsitas inijciatur. Deinde cedentibus inſtandum eſſe iudico, uniuerſum equitatum in eos immittentes, eosq́ quàm maximè poſſumus affligentes. Huic ſententiæ, quia præcedente tutior & melior erat, etiam reliqui qui aderant, conſenſum præſtare haud ſunt cunctati. Decretum igitur eſt, neq́ pugnare, neq́ cedere uelle: magis placebat, tempus cunctando trahere, deinde hoſtibus abeuntib. inhærere. Europæ itaq́ exercitū miſerūt, ut aditu hoſtes ꝗ acerrimè prohiberet. Hæc ubi uiſa ſunt, ſumma ui anguſtias defenderunt, ne hoſtis intrare poſſet. Conabantur ſæpius Pannones irrumpere, & Turcos ex cuſtodia deturbare: uerùm nihil promouebant. nam eò loci ubi perrumpere nitebantur, fortiter reſiſtebant Turci, & utrinque pellebantur: uerùm Turci pulſis Pannonibus, quàm fortiſsimè obſiſtebant. Cum multum temporis tandem interceſsiſſet, nec quicquam Pannones efficerent, fame coacti, neceſſariò retrò quà uenerant, pedem ferre compellebantur. Nocte igitur, collectis impedimentis, ex caſtris proficiſcuntur. Vt aurora illuxit, hoſtes abſceſsiſſe noctu cognoſcentes Turci, pauliſper ſubſtiterunt. Rex deinde eligens de ſuo exercitu omnes quotquot manſerant, & ad prælīū inſtructi erāt, eos Europę duci tradidit, ut perſequeretur hoſtes. Turachanē uerò ſubſequi iuſsit cum Theſſalię exercitu. Ille igit̃ aſſumptis ijs quos rex dederat, citatiſsimo curſu hoſtes inſequitur. Ioannes autem Huniades cum prænouiſſet Turcos cedentibus inhæſuros, delegit & ipſe Pannonum robuſtiſsimos, quos in inſidias locauit, quaſi repugnaturus fortiſsimè uenientibus Turcis. Europæ dux cum per patentes campos iter acceleraret, inſequēs hoſtes, Turachanes eius frater occurrens, fratrem ſic compellat: Tu'ne per patentes campos proficiſceris, ducens tantum exercitum? ſcito tuam profectionē haud ſatis tutam eſſe. Nam Pannones non ferent ſuos à noſtris perſequutionem pati. Nec ſanè à prælio abſtinebunt, fuga ſibi conſulentes, cum tanto tempore nos prouocauerint, ut cum ipſis pręlium iniremus. Et quidem, ut apparet, pugnæ ſunt cupidiſsimi. Etiam dudum, ut opinor, frendebant, quòd nolebamus in planiciem deſcendere, & decernere ferro. Suadeo igitur, ut per radices montis huius hoſtes, quantum ſatis eſt, perſequamur: & ſic, quæ opportuna uiſa fuerint, ijs dare poterimus. Hęc dicens, Chaſani non perſuaſit. Ipſe autem cum Theſſaliæ exercitu auertebat̃, inſtructoq́ agmine per montis radicem profectionem faciebat. Chaſanes cum exercitu Europæ per campum feſtinabat, & Pannones qui fugam ſimulabant perſequebatur. Cum autem tractus eſſet ad locum inſidiarum, & Choniates tempus eſſe ratus incurrere in hoſtem, ex inſidijs Turcos inuadit cū ſuis: Barbaros multos necarunt, & multos uiuos cæperunt. Plurimi Turci in hoc pręlio deſiderati ſunt, † Chatitis frater Carambes Priami filius à Pannonibus captus eſt. Reliqui Turci in fuga capiebantur, Chaſanes confugit in regis caſtra, paucos de ſuo exercitu ſecum habens. Veniens autem in conſpectum regis, talia dixiſſe fertur: O'rex, qualia perpeſsi ſumus à uiro quem nouimus eſſe ſceleratiſsimum, qui tuos hoſti prodidit planiſsimè. nam uerè proditor eſt. Hoſti noſtra conſilia enunciauit, & acie inſtructus ire mecum noluit. Georgio autem Buco amico ſuo ſingula indicauit, quomodo eſſemus ipſos oppreſſuri. In hūc ſanè modū res tuæ periere, & pauci incolumes fuga euaſimus. Ibi tum † Chatites filius Priami infeſtus uiro propter fratrem, regem exaſperauit contra Turachanem. Rex cum graue eſſe iudicaret, Turachanem non eſſe profectum cum Europæ duce: uerùm auerſum aliud iter ingreſſum, prodentem Europæ exercitum, eum cæpit, & uinctum in Aſiam, ut aſſeruaretur in uinculis in urbe Tochata, miſit. Chatites non ceſſabat iram regis augere, in memoriam redigens, Turachanem, cum ageret in magna Bidina, princeps exiſtens regionis finitimę Iſtro, uſum eſſe Buco Tryballorum duce, & amico & familiari. Hac amicicia motū aiebat Turachanem,

Ioſuæ conſiliarij ſententia.

† turbo.

Pannones Turcis formidabiles.

Vngarorum diſceſſus.

Ioannis Huniadis Strategema.

Pannonum & Turcorum pugna.

† Chalilęs frater, Carambi, qui & Carambeius, filius, à Pan.

† Chaliles F. Imbraimi Vide Bonfin. dec. 3. lib. 6. qui Chaliten etiā Halibegum uocat, aliàs etiam Halibeſſa.

uoluiſſe illum, quacunque in re poſſet, iuuare. Nam acceptis à Buco muneribus, promiſerat ſe ei operam ſuam locaturum indefeſſam, quacunque in re uoluiſſet. His fidem dans dictis rex, Turachani uincula iniecit, & in Aſiam uinctum deduci iuſsit, ut ibi in carcerem conijceretur. Theſſaliam alij adminiſtrandam commiſit. Hoc modo carcere conditus eſt Turachanes. Georgius Tryballorum dux, cum parum auxilij ſentiret ab Pannonibus in recuperando principatu, legatum miſit in Ianuas regis, ut eius animum exploraret, num ſibi reſtituere uellet principatum. Quod ſi faceret, promittebat ſe ipſi tributarium fore: & dimidium tributi, quod regio penderet, ipſi quotannis numeraturum. His conditionib. ſe fœdus accipere uelle memorabat. Quin & Pannonibus ſe perſuaſurum pollicebatur, ut cum ipſo fœdus, ſi modò uellet, ferirent. Hæc cum legatus audiente rege recenſuiſſet, promiſit ſe ei & filio redditurum principatum: uerùm ut deinceps in fide maneant, amicitiamq́ ſuã bona fide colant. Ibi tum † Bulcus Pannonũ animos ſibi concilians, etiã regẽ Vladislaũ eò adduxit, ut fœdus cũ Amurate faceret. At Vladislaũ in hũc modum alloquutus eſt: O rex, rex Amurates te ad fœdus hortatur: nec hoc ſolùm, uerùm regionem reſtituere pollicetur. Si igitur me audias, fœdus pãges. Nam hoc pacto res tuæ ad bellũ melius erunt inſtructæ: & ſi deinde ſecundò acceſſeris hoſtiliter, facile uinces. Hæc ubi eſſet elocutus, ſtatim in ſententiam ſuã perduxit regem. Qui deinde ex ſententia Bulci, aut quemadmodũ Bulco promiſerat, nuncium miſit in Ianuas regis, aduocãs regios legatos, quaſi his præſentibus fœdus percuſſurus, & regionẽ recepturus. Amurates igitur legatos ire iubet, quorũ auctoritate fœdera fiebant, quib. cauebatur, ut Georgius regionem ſuam teneret, & eius regionis tributi partem dimidiam regi quotannis ſolueret. Iuſiurandum quoq; exigebatur, ne Pannones deinceps popularentur regis regionem, néue Turci tranſirent Iſtrum ad uaſtandam Pannonũ regionem: uerùm fides iureiurando utrinq; accepta eſt, ut ex eo tempore ſint inter ſe hoſpites & amici: quod tamẽ abſque dolo fraudeq́; utrorumq; fiat. Dacis imperatur, ut ſint regis tributarij, quemadmodũ regio fœdere, quod iam antè interceſſerat, cõtinebatur. Præterea ut pertinerent, quemadmodum hactenus, ad Pannones. His ita compoſitis, Amurates continuò expeditionem contra Caramanum ſumpſit. Nam hic, ubi primùm cognouerat Pannones bellum inferre Amurati, traiectóque Iſtro regis regionem euaſtare, haud incommodum ſibi fore ſuis'que rebus ratus, ſi regis in Aſia regionem ſubigeret, cum impetu in eam irruebat, omnia ſubijciens, & in ſeruitutem redigens, quócunque ſe uertiſſet. Caramanus namque cum audiſſet Pannones petere bello Amuratem, & ipſe hoſtili animo contra ipſum profectus eſt. Itaque cum ab utraque regione hoſtis accederet, Amuratis exercitus diſtrahebatur, & infirmior reddebatur. Quum igitur maximum impenderet Amurati bellum, ſibi utile fore ratus, fœdus cum Pannonibus pepigit: omnem'que belli tempeſtatem in Caramanum auertit. Caramanus ne uim regis experiretur, miſit legatos petitum pacem: quibus mandarat ut dicerent, ſe paratum eſſe ſeruire Amurati, quandocunque ſua opera indiguiſſet. Sin promiſſis parum fidei haberet, ſe obſidibus & cæteris, ne quid dubitaret, cauturum. Hæc quidem Amurati in Aſia acciderunt. In Europa uerò à Peloponneſiacis principibus quid in regione eius geſtum ſit, nunc dicetur. Vt enim Theodorus, qui poſtea rex electus eſt, uenit Byzantium in regnum ſuum, Conſtantinus cognomento † Dragoſis in Peloponneſum adueniens: & aſſumens fratris regionem, inter cætera & Spartam quæ uergit ad montem Taygetum, & propemodum uniuerſam Peloponneſum, preter Thomæ, qui frater erat regis, regionem obtinuit. Etiam Iſthmum muro includere parabat: nec ceſſabat regis regionem, quæ extra Peloponneſum eſt, ad defectionem ſollicitare: Bœotiam & Thebanorum urbem, uniuerſamq́; Bœotiam in ditionem redegit. Atticæ tyrannus ſiue princeps † nolebat cum eo pugnare: uerùm tributum ſe quotannis ipſi penſurum promittebat. Hinc fœdere icto, in amicitiam receptus eſt. Pindum quoque (quem hodie Mezzono appellãt) occupauit. Hunc montem † Blaci incolunt, quibus eadem cum Dacis eſt lingua: nec quicquam ab Dacis, qui Iſtrum accolunt, differre cognoſcuntur. Aduenientes igitur ad iſtum ducem, ſemetipſos ei dediderunt, & deinceps bellum gerebant cum Turcis in Theſſalia habitantibus, accipientes ducem ab Peloponneſiaco principe. Leodoricium oppidulum in Locrenſium regione ſitum, & Pindo adhærens uerſus Phandrium urbem, principem à rege accipit. Hunc montem, qua ſe in Achaiam porrigit, inhabitant Arabæi uiri Albani, quibus permiſſum eſt ab rege patriam ſuam regere regionem. Hi quoque ad Græcos deficiebant. Contrahens igitur uniuerſam Peloponneſum in Iſthmum, muro eum cingere inſtituit. Opus autem iſtud maturauit accerſito fratre, qui & ipſe regionem ſub ſe habebat. Vniuerſos igitur huc congregans, murum diuiſit, & ſingulis tantam, quantam breui extruere poſſent, partem aſsignauit. Murus Iſthmi quum iam eſſet abſolutus, exercitum miſit, qui regis regionem popularetur, & ex profeſſò quum rege bellum gerebat. Nec multo pòſt † Amures Turachanis filius aſſumpto Theſſa-

Georg. Deſpotes.

Pannonum fœdus cum Turca.

† Bucus.

Amuratis noua expeditio in Caramanum.

Peloponneſi res.

† Dragaſis.

† Neriusi

† Valachi.

Iſthmi murus refectus.

† Homures

Theſſaliæ exercitu,impetũ in Thebas & Atticam dedit. Quibus uaſtatis,reuerſus eſt magna præda onuſtus. Nerius Athenienſium princeps,ut uidit Turcorum res denuò exoriri, & priſtinam felicitatis formam recipere, legatos miſit in Ianuas, petitum pacem, ut qui uelit cum eo fœdus inire, & tributum, quemadmodum antea, quotannis ſoluere. Rex Amurates legationem benignè audiuit,fœdusq́ & pacem dedit,hac conditione, ut quotannis,quemadmodum antea,ſibi tributũ ferret.

Nerius Acciolus.

Nerius iſte à Florentia, quę Tyrrhenorum eſt metropolis, ad Atticæ principatum hoc modo proceſsit. Antonius namque Rainerij filius, hunc ſimul & fratrem accerſens à Florentia, propinquos & cognatos ſuos, ſecum eos habuit, uictum eis & neceſſaria miniſtrans. Poſtquam autem Antonius apoplexia in ſomno ictus expirauit, uxor eius miſit legationem ad regem Amuratem,ut ſibi & ei qui in ea ciuitate erat optimus, principatum committeret.

LAONICI Chalcocondylæ patria & genus.

Is erat mulieri propinquus genere, & meus pater: quem miſit ad regem cum immenſa pecunię ui,ut ſibi principatũ Atticę regionis & Bœotiæ traderet. Vt autẽ egreſſus urbe iter ad regem ingrediebatur,qui in urbe erant potentiſsimi,odio Chalcocondylis moti, uxorem Antonij dolo deduxerunt ex arce: & Antonij propinquos in principatum promouerunt: uxoriſq́ genus urbe expellentes, ipſi ciuitatem tenuere. Affinitatem uerò iungentes cum uxore Antonij in filio adoptiuo, uiro haud improbo,in arcem redierunt. Nec tamen multo pòſt expellentes mulierem, Acropolim occuparunt, & rempublicam obtinuere, expulſa noſtra familia. Chalcocondyles ut uenit ad regem,captus & in carcerem coniectus eſt, iuſſus reddere regionem. Cum autem polliceretur triginta millia aureorum, nec ſic quidẽ efficere quicquã potuit. Acceperat interea,regem exercitum miſiſſe contra Bœotiam,ut Thebas urbem occuparet. Ipſe interim haud ceſſabat ſedulò agere, ſicubi fugæ daretur occaſio, ut aufugeret Byzantium. Quæ ubi primùm oblata eſt, relicto tabernaculo & iumentis, profugit Byzantium: ibique conſcendens nauim, ſoluit in Peloponneſum. Naues igitur Atticæ regionis principum per mare oberrantes, nauem fugientis capiunt, & ipſum Chalcocondylen uinctum perduxerunt ad regem. Rex ei delictorum ueniam dedit, nihil eum propter delicta culpans. Cum autem ipſi poſcerentur triginta mille aureos, reſponderunt ſe eos nequaquam poſſe ſoluere. Hinc regio eorum populationibus grauiter diuexata eſt ab Turcis, qui in Theſſalia morabantur. Nerius autem princeps cum iam ab initio foret imbellis & effœminatior, per inſidias à fratre Antonio principatu deturbatus eſt. Mortuo tandem Antonio,Nerius Florentiam ueniens, in principatum reſtitutus eſt. Ea tempeſtate, quia ſocia arma iunxerat Nerius Græcis, ipſius regio ab Theſſaliæ duce euaſtabatur. Cum autem grauiſsimè populationibus urgeretur, tandem neceſsitate ſubigente pacem cum rege fecit.

Græcorum inter ſe diſcordia.

Græci audientes pacem inter Atticę principem & regem conueniſſe,continuò arma contra Athenienſes capiunt. Princeps nuncio miſſo indicauit regi in quanto periculo hæreret, uidelicet Græcos urbem obſidere,eamq́ ſumma ui,ut capiant,niti. Turachanes igitur Theſſaliæ præfectus mittens nuncios ad regem,eum hortabatur ut bello Peloponneſum laceſſeret.Sed hæc longo tempore demum contigere. Verùm ea tempeſtate ab duce Peloponneſi regis fratre, quemadmodum diximus,in ſeruitutem redactus eſt. Inter Græcos & in Peloponneſo hæc acta ſunt.

Legati Græcor. Imp. ad Papam.

Quid uerò egerit rex Conſtantinopolitanus,in ſequentibus declarabitur. Nam hic ut accepit Pannones abijſſe, & fœdera, impulſu Georgij, cum Amurate ſanxiſſe,legatos miſit ad Romanum pontificem, conſulentes, quòd ſi triremes & naues aduentarent in Helleſpontum,quibus pręcluderetur Amurati in Europam tranſitus, Amuratem facilè debellari poſſe. Si enim Europæ exercitus ſolus apud Amuratem relictus fuerit, haud pugnare aduerſus Pannones uolet.Legati ire iuſſi ſunt ad Gallos & Burgundiæ ducem,in memoriam reuocãtes cladem, quam perpeſſi ſunt ſub Paiazite imprudẽtia Sigiſmũdi.eam cladẽ, ſi modò uelint, Turcis reddi poſſe.

Claſsis Chriſtiana in Helleſpontum.

Adiuerunt itaq́ Romanũ pontificẽ, & triremes impleuerunt decem, quas in Helleſpontum miſere. Etiam Pontifex decem triremes inſtruxit, & militibus compleuit, & ad regem Ioannem miſit,quaſi facturus quę rex imperaſſet. Venientes igitur in Helleſpontum, prohibuerunt Europæ acceſſu Amuratem.Hęc autem acciderunt iuxta maritimam Macedoniæ regionem,uerſus Ionium.

Pannonum apparatus Turcis formidabilis.

Cum fama uolaret,Pannones in armis eſſe, & aduenire in Europam,ut inde eijcerent Turcos & Amuratem, iamq́ omnes bellum expectarent haud dubiè imminens,quia longe lateq́ rumor increbeſcebat, Pannones exercitum conſcribere, & Helleſpontum iam ab Occidentalibus eſſe occupatum: ſinguli animum intendebant ad recuperandam patriam regionem,quaſi eam nacturi, utcunque tamen alea belli cecidiſſet.

Zenempiſas à Turcis deficit.

Zenempiſas igit̃ ab Macedonia proficiſcens, aſſumptis qui iſthic habitabant Albanis, pergebat per Argyropolichnen, & planiciem eam Caſtoriam uſque ſubegit. Therizes Berrhœæ princeps colligens Azatinis Scythas, nec non Turcos regis,attractis etiam plurimis ex Therma & Limna † Perræorum: quibus fretus,Zenempiſæ obuiam progreſſus eſt. Feſtinãs autem,imparatos hoſtes,cum adhuc in Caſtoriæ regi-

† Perrhœborum.

ne uerſarentur, oppreſsit. Albanorum plurimos necauit: Zenempiſam ducem peremit, & alios complures. Hæc quidem in Europa euenerunt. Et ubiq; tumultus erat, cum ſinguli ad ſua recipienda properarent. Turcos magna inceſſerat formido, putantes ſe perituros Pannonum & finitimarum gentium Marte. Vbicunq; igitur poterant, mœnia & muros firmabant, expectantes quem' nam præſens tumultus exitum eſſet habiturus. Legatus, qui uenerat à Pontifice Romano, Iulianus nomine, cæterùm Cardinalis & uir bonus, & Romanæ eruditionis admodum peritus, Pannones ad bellum ſuſcipiendum aduerſus Turcos cohortabatur: & iuſiurãdum, quod maximum erat in fœdere, ex Pontificis mandato ſoluebat, quod & coram omnibus legebatur. Deinde impetu quodam ferebantur aduerſus Europam, putantes ſe ipſam deſtitutam auxilio, Amurate abſente, & in Aſia moras nectente, occupaturos. Pontificis namq; triremes in Helleſponto erant, nec ſinebant Amuratem in Europam tranſire. Præterea Græcorum rex nunciabat, Amuratem non poſſe traijcere in Europam, etiamſi omnia conaret, omnemq; lapidẽ moueret. Pannones etiam pacem fecere cum Boemis, propter eam diſſenſionem qua moti fœdus cum Amurate inierant. Boemi igitur & ipſi accingebantur ad præſens bellum. Nam propterea pax conuenerat, quia pulchrum uidebatur, ut in præſentiarum diſcordias ponerent, & ſimul iunctis copijs bellum Europæ inferrent. Adhibuerunt in belli ſocietatem Dacos & Draculem, Myrxis ſiue Marci filium, qui ipſe aderat promptus & auxiliaris ad id bellum, offerens decem millia equitum. Georgium Tryballorum ducem ad belli ſocietatem incitabant: uerùm monitionib. non acquieuit, dicens eos impia & nefanda patrare, fœderum religionem uiolantes, & priores iniuriari incipientes. Sperabat ſe ſatiſfacturum regi Pannonum, quòd non in belli ſocietatem ueniſſet, pecuniaria mulcta. Indicauit tamen regi, eumq; diligenter monuit, ne bellum moueret contra Turcos, quorum magna potentia eſſet: eos haud facilè à Pannonibus ſubigi poſſe. Cernebat namq; Georgius, non eum eſſe belli apparatum, ut Europam obtinere poſſent. Plurimi namq; in ea agebant Turci, in caſtris tantum non educati, quiq; plerunq; non aliunde quàm ex bellis uictum pararent. Genus autem hoc hominũ, cum ad deſperationem adactum fuerit, uirtutem memorabilem ubiq; oſtendere ſolet. Præterea oſtendit Vladiſlao, Turcos plurimùm rebus bellicis reliquas gentes excellere. Vladiſlaus his nihil perſuaſus, ab † Ardelio ſiue Tranſylurania profectus, Iſtrum traiecit, & copias omnes tranſportauit in regis regionem, & ibi caſtra metatus eſt iuxta Euxini maritimã Dobrodiciam, Bulgarorum regionem. Hinc caſtra mouẽtes, Calliacren & Barnem ſiue Varnam urbes obſidere & oppugnare aggreſsi ſunt. Barne pactionibus in ditionem accepta eſt. Calliacre uerò ui capta eſt, Pannonibus aſcendẽtibus impigrè murum, & impetu in eam irruentibus. Hanc ubi occupaſſent, & diruiſſent, nec non fœdè diripuiſſent, plurimis abductis mancipijs, profecti ſunt rectà ad Byzantij & Oreſtiadis regionem. Hæc quidem egerunt Pannones. Amurates Mechmetis filius bello petens Caramanum, eius regionem populatus eſt: & iumentorum pecoriſq; prædas agens, Conij arcem obſidione preſsit. Caramanus ad montes regionis confugiens, ibi morabatur, uolens, ſi hoſtis accederet, eum fortiter repellere. Tandem legationem miſit ad Amuratem, promittens obſides, nec nõ filium ſuum, quem in Ianuas regis mittere uellet. Addebat, ſe duplo maius, quàm hactenus, regi tributum quotannis perſoluturum. Caramanus cum his conditionibus pacem peteret, fortè aduenit ad regem nuncius ab Tryballorum duce miſſus, referens Pannones tranſgreſſos eſſe Iſtrũ. Hoc igitur nuncio nonnihil territus, petitionem Caramani admiſit, & cũ eo fœdus inijt: acceptiſq; obſidibus & filio, exercitum abduxit. Cum intelligeret Helleſpontum teneri ab nauibus Italorum & Occidentalium, anxius animi erat, cum haud ſatis conſtaret quo pacto in præſentiarum in Europã tranſuehi poſſet. Nec tamen exercitum, ſumma celeritate adhibita, ad Helleſpontum ducere omiſit, ut naues hoſtium, ſi adnauigarẽt, bombardis & reliquis tormentis abigeret. Eſt autem iſte locus Propontidis anguſtiſsimus: & turris ibi eſt in Aſiam recedens, quæ Sacra nominatur: ut neutrò ſic coeat, ut ab continente ſubmoueatur. Cum igitur huc ueniſſet, in animo agitans Europæ & Aſiæ exercitum in Europam tranſmittere, triremes non amplius inuenit. Nam uentus, qui coortus erat admodum ualidus, haud ſinebat naues in Propontida nauigare. Is uentus multis regnauit diebus, nec naues ullo modo contra ipſum niti poterant. Amurates igitur cum hoſtium triremes non amplius adeſſent, per ocium ipſe ſimul cum uniuerſis copijs in Europam tranſportatus eſt. Cum tranſuectus eſſet cum copijs ſuis, ad Byzantij regem nuncium miſit, qui diceret ſe ſaluum & incolumem cum uniuerſo exercitu tranſuectum eſſe in Europam, & pergere contra hoſtes. Proinde ne cunctetur quàm celerrimè conſcripto exercitu ſubſidio uenire.

Iulianus Cæſarinus Card.

Vngaricum bellum rege Vladislao duce.

Dracula.

Bonfin. 4000. dicit.

Hoſtis in deſperatione fortior.

† Erdelio

Dobroitis. Calliacre. Varna, olim Dionyſiopolis.

Turcorum res in Aſia.

Turris ſacra in Propontide.

Amurates in Europam.

Digitized by Google

LIBER SEPTIMVS.

GRAECORVM rex, ut audiuit quæ adferebat nũcius Amuratis, dolebat animo, quemadmodum uerisimile eſt, quòd eum tranſitu prohibere nequiuiſſet, uerùm abſq; prælio tranſijſſet, & per ocium copias traduxiſſet omnes. Hæc quidem moleſto ferebat animo.

Græcorum deliberatio.

Deliberabat, quid in præſenti rerum ſtatu potiſsimùm ageret, bellum'ne ſiue pacem Amurati nunciaret. Nam ſi pacẽ cum Amurate retinere inſtituiſſet, fore ut ei per Ponti regionem exercitus ductãti, cogeretur commeatum & neceſſaria præſtare. quare ſe maximè offenſurum Pannones iudicabat: & hinc maximum ſibi imminere periculum à Pannonibus, ſi Amuratem deuiciſſent. Videbatur igitur eo tempore conſultiſsimũ fore, ſequi Pannonum partes, & bellũ Amurati inferre.

† Chaliles Imbraimi F. al. Carambi.

† Chatites Priami filius Amuratẽ non omnium, quemadmodum eius literę indicant, certiorem reddidiſſe uidetur. Amicus etiamnum ea tempeſtate erat Græcis, & uolebat hos quàm minimè ex aperto bellum gerere cum rege, priuſquam ſatis exploraſſent, quónam bellum eſſet erupturum.

Caſtrametatio et pugna ad Varnam 10. Nouemb. 1444.

Amurates igitur, cum contra ipſum rectà pergerent hoſtes, arma bene inſtructus capiebat: & exercitum Europæ uniuerſum congregatum accipiens, ſingulos ad bellum fortiter ſuſcipiendum cohortabatur. Sequutus igitur Pannonum exercitum, noctu eò loci caſtra muniebat, ubi hoſtes pręterita die caſtra poſuerant. Similiter cum dies illuxiſſet, haud longè ab Pannonum caſtris & ſua locabat. Hoc faciebat per dies quatuor, ut poſſet contemplari hoſtium multitudinem, necnon quis eorum eſſet ad id bellum animorum habitus: An eſſent formidoloſi, & proinde citò omiſſuri eam expeditionem: an audacia freti, nihil metuentes, profectionem facerent: præterea an omnia in caſtris eorum ordine gererentur: abundarent'ne commeatuum copia, uel ſecus. Hæc omnia quis facilè explorare poteſt, ſi ſubinde hoſtilem ſequatur exercitum. Exactiſsimè etiam cognoſcat hoc modo, audaces'ne an timidi ſint: præterea an inter ſe cõſentiant, ſi agmen ſit iter ingreſſurum, aut ingrediatur. Hæc quidem per quatriduũ explorare haud ceſſabat Amurates. Quinto autem die Ioannes Choniates ut ſenſit ſubſequi regis exercitum, deliberat, adhibito in conſiliũ & Pannonum rege, num ibi uelint prælij aleam experiri, & ſic ulterius pficiſci: aut prælium detrectantes, ulterius progredi, hoſtilẽ regionem occupantes. Decreto igitur facto, pugnandum eſſe, hoſtium aduentum expectarunt. Amurates igitur adueniens, caſtra in eodem cõmunit campo. Peregrinos primò locauit, qui per circuitum ferramenta magna defigebant: & in hunc modum ab Ianuis quaſi circulo ambiebatur rex. Ferramenta illa, quocunque cum exercitu proficiſcitur rex, portant cameli, necnon peregrinorum arma. Si prælium occipiendum eſt, arma inter milites diſtribuit. Poſt hos ſcuta collocauit, & ante ſcuta camelos ſuos conſtituit. Hic ordo Ianuarum eſt. In medio autem conſiſtunt ipſe rex, & Aulæ eius duces, nec non quotquot ſibi de Ianuis in exercitu præſtò ſunt.

Turcorum acies.

In proximo ſtatuitur Europæ exercitus: cui præeſt dux inſignis nomine Carazies. Is autem exercitus diſtribuebatur per manipulos, qui paruis interſtitijs dirimebantur. Aſiæ quoque exercitus in aciem educebatur, & à fronte locabatur in manipulos ſegregatus, ut ſe mutuò adiuuare poſsint, ſi quid periculi ab hoſte ingruiſſet. Nam equeſtres copiæ non niſi in turmas ſeparatæ, hoſti opponi poſſunt, cum interim pedeſtres pulchrè in cornua aptari poſsint, equites uerò minimè. Pannones interim haud ocio torpebant: uerùm & ipſi aciem exornabant per turmas, & trib. ſuas. Pannones in dextro, Daci in ſiniſtro curabant cornu. Ioannes Choniates habens Phazen, id eſt eos qui Bitaxides uocantur, proficiſcebatur contra Aſiæ ducem. Plurimi Aſiani haud ſuſtinentes Pannonum impetũ, antequã ad manus uentum eſſet, fugam arripiebant.

Fuga Turcorum inſidioſa.

Fugientes perſequebantur Pannones: tandémque diſperſi fugientibus inhærentes, Aſiæ exercitum terga dare coegerunt. Regi relinquebatur Europæus exercitus, q adhuc ſtabat, nec quóquã fugerat, expectans hoſtem. Manifeſtum enim eſſe reor, quantiſper manſerit rex, tantiſper etiam Europæ exercitum conſiſtere. Qui etſi hoſtibus non reſtiterit, uerùm in fugam abierit, attamen in regia caſtra reuertitur. Nam iſtud hominum genus nouimus poſt Scythas paſtores maximè fugere, ſeq; in fuga facillimè colligere, & prælium redintegrare. In fugã uerò uerſi facilè ſeruantur.

Valachi Turcorum res diripiunt extra ordines.

Daci inter pugnæ tumultum cum cernerent Albanos in fugam effuſos, nec ſibi temperarunt: uerùm in regios theſauros conuerſi, eos & regni opes diripuerunt, necnon regium cubiculum, interfectis camelis, cum ſeſe mutuò ad iſtam rem uſque cohortarentur. Occupati iſto opere cum forent, prædandiq; iam obrepſiſſet ſatietas, haud in prælium redibãt, nec ulli parẽre uolebant, ſed in caſtra ſua reuertebantur.

Huniadæ in pugna ſolertia & conſilium.

Ioannes cum fugaſſet Aſianum exercitum, accedebat ad regem Vladiſlaum, eumq; diligenter monebat, ut eo loci cum ſuis militibus ſubſiſteret, nec eos quoquam abire pateretur, ut ſibi redeunti in pugnam contra Amuratem, ſi quid periculoſius ingruiſſet, refugium tutiſsimum, quò ſe reciperet, eſſet. Præcepit quoque Vladiſlao, ut obteſtaretur milites qui ſecum erant, ne ſe loco mòuerent: uerùm in iiſdem ueſtigijs hærentes expecta-

Digitized by Google

rent, donec fuſo, fugato, uictóque Europæ exercitu, uictor reuerteretur: & donec prælium, quod nunc ſolum cum Ianuis reliquum ſit, conficiat. Hæc cum dixiſſet, confeſtim accingebatur, ut pręliū committeret cum Europæ exercitu, qui ad ſiniſtram regis inſtructus ſtabat: & manus conferens, aliquandiu pugnabat. Pugnæ autem hæc facies erat. Cum uentum eſſet ad manus, Pannones Turcos fugabant, eosq́ uſque ad caſtra perſequebantur. Turci conuerſi, deinde Pannones inſequebantur: nec à perſequutione ceſſarunt prius, quàm & eoſdem ad caſtra compuliſſent. Si quando Pannones uictoria fruebantur, Turcos perſequebantur acerrimè, plurimi'que cadebant, obtriti à Pannonibus. Etiam Pannones aliquando, quamuis plurimi forent, cum rubore retrò gradum ferebant. Cecidit ibidem Carazies Europæ dux, Pannonico gladio transfixus. Solent enim Pannonici gladij uulnera dare, quæ nihil differunt ab iſtis quę facere conſueuerunt haſtæ. Gladij namq́ Pannonum & Germanorum longi ſunt, & acuti, nec librato ictu feriunt, quemadmodum barbarici & Italici. Barbarici gladij (& eiuſmodi utuntur Turci) ponderoſi ſunt admodum, unáque tantum parte ſcindunt. Nec ſcio gladios quorum acies altius in corpora penetret. His comparantur gladij Italici, qui quondam Græcis in uſu fuere. Germanici & Pannonici gladij longi & rotundi, necnon interdum quadrati ſunt: aciem habent acutam, & in mucronem oblongum deſinunt. Vulnera infligunt, ſi quis ijs utatur inſidens equo, talia, qualia haſta dari ſolet. Pannonico gladio transfoſſus expirauit Carazies. Nunc quid penes Vladiſlaum regem Pannonum acciderit, dicetur. Erant apud hunc regem uiri complures, qui inuidebant Ioanni Huniadi, eiúsque uirtutem ęgris ferebant animis. Videntes igitur eum pulchrè & decenter bellum adminiſtrare, & in fugam egiſſe Aſiæ exercitum uniuerſum, nec non generoſiſsimè dimicare contra Europæ exercitum, cuius ducem Carazíem nomine peremerat, ſic alloquuti ſunt regem: O' rex, quid hic conſiſtimus, & expectamus Ioannem, eique quaſi ſolus uir ſit, permittimus hoſtes uincere, & reliqua omnia perficere? Infamiam maximam nobis importat, dum hic ocio ſi tempus terimus: ſeruū uerò tuum ſinimus feſtinare & pugnare contra hoſtes. Oportebat ſanè regem nobis adiunctum militaria facta edere, quæ plurimùm laudis merentur apud uxores noſtras, & apud eos qui urbes noſtras inhabitant, nec non apud Turcos. Verùm ille in fugam uertens tantam hominum multitudinem, gloria potitur immortali: tibi autem hic ſtanti, & ſingula ſpectanti, ignominia relinquitur: quam etiam ad poſteros tranſmittes. Nec enim eſt ut uereare, Ianitarum milites nos accedentes fortiter ſuſcepturos, cum ab Ioanne adeò facilè Aſianus exercitus fugatus ſit: uerùm fugam, ne dubites, inibunt. Agè igitur contra Ianuas regis pergamus. Cum enim ſis rex, ut cum rege cōgrediaris honeſtum eſt. Hæc cum audiuiſſet rex adoleſcens, (magna enim iſta oratio polli-cebatur) quàm citatiſsimo agmine contendit ad Ianuas, ubi Amurates ſtabat paratus ad prælium: & foſſa munitus expectabat, quis prælij euentus eſſet futurus. Pannones adorti ſunt peregrinorum coronam, qui & ipſi fortiter inter caſtra prælium pro Amurate ciebant. Ibi equus, quo uehebatur Pannonum rex, ſecuri feritur, & pedes uulneratus corruit unà cum ſeſſore. At qui proximè ſteterant (tantus prælij tumultus erat) non ſenſerunt caſum regis. Peregrini uictoria potiuntur, caputq́ Pannonum regis retulerunt ad Amuratem. Nomen autem peregrini, qui id facinus memorabile ediderat, erat Therizes, qui inſigne uirtutis præmium apud regem conſequutus eſt, eumq́ in maximo honore habuit. Ferunt, Amuratem, cum Pannones irruerent, & fortiter dimicarent, fugā inire ſtatuiſſe. Antequā fugā arriperet, uiſum eſſe à uiro id moliri regē: qui regē cōuicijs lacerans, ut qui nequaquam honeſtè ageret, ſi fuga ſibi conſuleret, eum retinuit. Nec multo poſt caput regis Pannonum abſciſſum, allatum eſt in caſtra ad regem Muſulmanorum. Pannones cum cederent, regem ſuum quæritabant. quum autem comperiſſent eum in acie cecidiſſe, & obtruncatum eſſe, in prælium redeunt, uolentes mortui corpus tollere: nec tamen Turcos uincere quiuerunt. Hic rumor ut deuenit ad Choniatem, & ad reliquos qui hunc comitabantur, exceſſerunt prælio. Cum autem retro cederent, & palantes nullo ornatu iter facerent, omnia exactè expiſcabantur. Rebus omnibus cognitis, non ad caſtra properabant, uerùm rectà ad Iſtrum contendebant Choniates & Daci. Etiam Pannones qui regem ſequuti fuerāt, fugam arripuere, cedentes nullo ordine. In hoc diſceſſu interfectus eſt ab Turcis Iulianus Cardinalis, uir optimus. Ceciderunt ibidem & alij boni uiri complures. Daci etiā aliquot deſiderati ſunt. Ioannes Huniades cum ad Iſtrum ueniſſet, exercitusq́ traduxiſſet, diſperſi ſunt milites. Cum ipſe ſtipatus paucis incederet, captus eſt ab ſuo hoſte Dracule Dacorum principe. Nam Choniates antea huic inter Pannones aduerſatus erat, in conſpectu regis Vladiſlai: & iter faciens ex Dacia, & Iſtrum tranſiens cum copijs, urbes eius diripiebat. Præterea detulit eum apud regem Vladiſlaum, quaſi faueret Turcis, & res Amuratis ſedulò adiuuaret, ſubinde Pānonū conſilia ijs ſignificando. Verùm Dracules in eum irruit ira percitus, quaſi eum interfecturus. Sed pecunia tantum effecit ut incolumis dimitteretur, & inuiolatus. Quum autem iret

Gladij Turcorum, Vngarorum, et aliarum nationum, quales.

Inuidia calamitatis cauſa.

Vngarorum audacia intempeſtiua.

Vladiſlaus temerè Ianizaros aggreſſus, cadit.

Amurates à gregario correptus.

Pannonum fugam.

Iuliani cædes.

Huniades à Dracula captus.

iret per Daciam, captus eſt ab Dracule, à quo in carcerem coniectus eſt, eum ulciſci in animum cum induxiſſet. Pannones in patriam reuerſi, cum accepiſſent Ioannem eſſe captum, id graue & intolerandum iudicabant. Haud enim ferendum cenſebatur, ut uir Pannonius & in dignitate collocatus, ab Dracule caperetur. Quapropter miſerunt legatos, qui iuberent, ut dimitteret Ioannem. Sin minus, ſciat nos eum pro hoſte habituros, & cum uniuerſis copijs noſtris contra ipſum profecturos. Hæc cum nunciarentur à Pannonibus, ſibi ſuiſq; metuens Dracules, ne quid furioſius conſultarent, & hoſtiliter accedentes uirum ui eriperent, Choniatem dimittere decreuit. Benigneq; eum tractans, haud ceſſauit eum comitari per Praſobum, Ardelium uſque ad Panniones. Draculem autem haud multo pòſt Choniates, cum expeditionem pro Dano Daciæ principe ſuſcepit, unà cum filio peremit. Nam conſcripto exercitu, Danum † Maſarempis filium in Daciam reducere parabat. At Dracules unà cum filio repugnare hoſtibus ſtatuebat, & præparabantur ambo ad prælium. Et iam ille deſcenderat in aciem. Cumq; acies utrinque inſtructæ conſtitiſſent & poſcerent prælium, Daci relicto Myrxæ filio, ad Danum ex acie transfugerant. Qui ubi uidit, ſe relicto, Dacos tranſire ad Danum, fugam inibat: quem fuga ſibi conſulentem Danus quàm fortiſsimè perſequutus eſt, comprehendenſq; Draculem unà cum filio utrunque trucidauit. In hunc modum rebus geſtis, redibat domum. Nec multo pòſt eum ducem & rerum gubernatorē crearunt, cum bello peterentur à Germanis & Boemis, eiq; res adminiſtrare pro ſuo arbitrio permiſere. Comparans igitur exercitum, profectus eſt contra Boemos, & longo tempore cum his bellum geſsit. Tandem collatis ſignis pugnans cum † Iſcra, uiro in re militari cōſpicuo, uictus eſt. Verùm cum denuò cum iſto congrederetur, uictoriam recepit. Amurates caput regis Vladiſlai haſtæ præfixum cum hinc inde miſiſſet, & exercitibus ſuis oſtentaſſet, collectis omnibus domum reuerſus eſt. In eo prælio Turcorum, quemadmodum ab his accepimus, ceciderūt ſex millia. Verùm Pānones aliquāto cęſi ſunt plures. In diſceſſu etiam plurimi Daci amiſsi ſunt. Hunc finem Turcica expeditio ſortita eſt. Rerum ſumma redijt ad Amuratem, cum eos qui in Europa erant, cœptorum admodum puderet. Therizen, qui Vladiſlaum obtruncauerat, eiuſq; caput in caſtra attulerat, Amurates regionibus & opibus plurimis donauit, eumq; præfectum conſtituit. Corpus Caraizis ferens Adrianopolim, magnificè ſepeliri curauit, ipſeq; exequias honorificè duxit. In huius locum ſubſtituit Scuram uirum Albanum, ut Aſiæ dux eſſet, quem captum abduxit ex Albanorum regione, eum'que in ſua domo educauit. Primùm declarauit eum prefectū, poſtea eum Aſiæ ducē deſignauit. Phatumā uerò honore ſiue dignitate ſua priuans (erat enim regiæ domus iudex) Saraxiē uirum Græcum genere, in eius locum ſubrogauit. Potentiam autem maximam tenebat † Chatites Priami filius, quo in Ianuis regis uir prudentior non erat. Nec multo pòſt Amurates Phatumam comprehendi iuſsit, opeſq; omnes ei ademit, quarum numerus cōplectebatur circiter quinquaginta centum myriades auri: argenti autem circiter quadraginta millia librarum. Græcorum rex in fœdus redijt cum Amurate, idq; nec amplius uiolatum eſt. Nam quietem amplexus eſt, regemq; Amuratem muneribus coluit, ut nihil mali contra ipſum amplius moliri institueret. Fœda autem contentio erat inter regem Græcorum & fratrem Theodorum coorta, qui Byzantiū uenerat, ut regnū à fratre ſuſciperet. Is ſe pro rege gerebat, fratriq; reſiſtebat. Poſtremò ex aperto inter ſe hoſtiles inimicitias geſſere. Nam expeditionem ſumpſit aduerſus Byzantij regem Theodorus frater, cui Selybria & regio finitima cōmiſſa erat. Cum enim peteret redditus ſufficientes, quibus uitam ſuam commodè ſuſtinere poſſet, repulſam paſſus eſt. Hinc bellum inter ipſum & fratrem eſt exortū. Prius tamen quàm quicquam bellando profeciſſet, uitā ſuam ærumnoſam relinquens mortuus eſt. Duce autem Peloponneſi incurſionem faciente in regionem regis, ſuæq; ditioni Pindum, Bœotiam, Locros qui Ozolæ dicuntur iungente, neq; ab Attica etiam abſtinente: ea ubi accepit Amurates, haud diutius cunctandum ſibi ratus, pręcepit ut Aſianus & Europęus exercitus ad ſe Pherras, relicta Adrianopoli, uenirent. Incitauit autem eum Nerius Athenarum princeps, necnon Turachanes Theſſaliæ præfectus, ut exercitum rectà ad Peloponneſum ductaret. Conſtantinus Iſthmum muro includens, eundem etiam præſidijs emuniens, plerunque ibi uerſabatur. Vbi intellexit Amuratem hoſtiliter cum exercitu accedere, omnes quotquot in Peloponneſo erant, accerſiuit, nec non fratrem ſuum, qui eo tempore nuptias filiæ ſuæ concelebrabat. Nam eam elocauerat Tryballorum principis filio Eleazari. Hi igitur accerſiti in Iſthmum adueniunt, murùmque firmant, ut eſſet propugnaculum munitiſsimum ad propulſandos hoſtes. Amurates accedebat, & non ceſſabat copias ſuas augere, aſſumens ex omnibus regionibus, quas permeabat, milites. Venit igitur Thebas, quò uenerat cum exercitu Nerius Athenienſis, ut iuuaret eum aduerſus Pelopōneſiacos. Cum itaque perueniſſet Mingias, caſtrametatus eſt: ibique aliquot diebus moratus eſt, ut bombardas & funes ad præſens bellum pararet. Deinde mouit in

Huniades liberatus.

Danum in Moldauiam reſtitutum, exacto Dracula.

† Mazalempei.

Huniades gubernator Vngariæ.

† Giſcra Bohemus, qui aliàs Ioannes de Braudis. Bonfin. 3. dec. lib. 5.

Scuras Albanus.

Hali Baſſa.

† Chalil et Imbraimi ſiue Carambei F.

Græcorum Impp. diſſenſio.

Amurates in Peloponneſum.

Iſthmus à Turcis obſidetur.

Iſthmum, ubi & caſtra communiuit, quæ utrinque mare, tanta eorum magnitudo erat, attingebant. Speculator Peloponneſiacus cum rediſſet ad ſuos, regis copias, iumenta & camelos annũciauit. Nec ſilentium tenere potuit, uerùm ſic alloquutus eſt principem:

Oratio exploratoris Peloponeſij.

O domine, quantum periculi conciuiſti Peloponneſo bellum ſuſcipiens cum tanto rege, qui Aſiam, uniuerſamq; Europam cõtra nos ducens, nõ ſatis ſpacij ad exercitus locandos inuenire poteſt? Neque hoſtem ſuſtinere poteris, etiam ſi duplici muro Iſthmum amplexus eſſes. Sed quæſo te per Deum immortalem, legatos mitte quamprimùm: & ad pacē pangendam regem hortare, ne infeſtus accedens, nos malos prorſus malè comminuat. His auditis, princeps ira exarſit: iráque incenſus ſpeculatorem in carcerem duci iubet, ut tandem quid euenturum eſſet, audiret. Miſit quoq; legatum ad regem, qui nequaquã nomine principis ſatis moderata petebat. Volebat namque princeps ſibi tradi Iſthmum, & regis regionem quę extra Iſthmum erat, quã armis ſubegerat, uniuerſam habere auebat. Verùm propterea pœnas regi dedit: legatumq; capiens Pherris in uinculis habuit: ipſeq;, cum medium hyemis foret, contra Peloponneſum copias duxit. Legatus ille Chalcocondyles Athenienſis fuit: quem cũ in uincula unà cum miniſtris dediſſet, Pherris contra Peloponneſum perrexit. Amurates cum in Mingijs caſtra poſuiſſet, optimates exercitus, qui numero erant ſex mille, aſſumpſit: & Iſthmum circuiuit, ut uideret murum, numquid pręſidij in eo ſitum eſſet ad reſiſtendũ. Et quidem grauiter ſuccenſebat Turachani, quia cum ipſe cenſuiſſet æſtate bellum inferendum eſſe, is hyeme rem incipiẽdam ſuaſiſſet: quaſi Peloponneſiaci nõ eſſent uim hoſtilem expectaturi, uerùm continuò fugam ingreſſuri, ubi primùm accepiſſent Amuratē hoſtiliter accedere. Diebus etiam aliquot ea gratia cunctatus eſt Amurates, quaſi princeps Peloponneſi illico deditionem eſſet facturus. Verùm cum hæc ſpes fefelliſſet, deſcendens, caſtra ad murum tranſtulit. Die deinde poſtero princeps exercitum bombardis longis petiuit. Sequenti die eos qui murum defenſabant, tentarunt machinas muro admouentes. Quarto die tempore ueſpertino ſinguli iuxta tabernacula ſua ignes fecerunt quã potuere maximos. Nam Turcorum eſt conſuetudo, ut ignes plurimos parent, biduo antè eius diei in quem pugna collata eſt. Hymnum quendam canunt in honorē Dei & Herois, ſignificãtes quòd tertio abhinc die prælium committere uelint. Tunc igitur ignes excitantes quàm potuere plurimos, accingebantur ad oppugnationem muri. Quarto autem die † Sarrachorides, qui inter cęteros inutilis ſunt turba, funib. machinas ad murum traxerunt. Nam præter exercitum qui regem ſequuntur, adſunt & alij complures, qui frumentum à finitimis in caſtra ſubuehunt. Sunt in caſtris & alij ex Aſia oriundi pedites, qui Agiades nominantur, quorum opera rex utitur ad itinera purganda, & ad caſtra communienda, necnon ad alia quibus in caſtris opus eſt. Arbitror autem caſtra huius regis pulcherrimè omnium, quæ nos uidimus & audiuimus, inſtrui, quantum attinet ad copiam frumenti, nec non ad ſitum tabernaculorum. Nam primùm omnium mercatores plurimi comitantur regem iſtum, qui frumentum, equos, mancipiaq; emunt, nec non reliqua quibus indiget exercitus. Hinc rerum omniũ exercitui diues copia eſt. Pręterea magnates qui comitantur regem, ſinguli plurima in expeditionem adducunt iumenta. Quidam adducunt camelos, qui arma, frumentũ & hordeum, ut pabulum ſit iumentis ſufficiens, portant. Quidam equos, quidam mulos, quidam tam equos quàm mulos in expeditionem agunt. Horum autem tantus eſt numerus, ut duplo iumentorum numerus hominum numerum exuperet. Comitantur regem alij plurimi ab ſua regione, quorum uſus in frumentationem maximus eſt. Si neceſsitas aliqua ingruerit exercitui, alimenta in optimates diſtribuit, & ſic proficiſcitur. Tentoriorũ quis cernat in caſtris regis plerunq; decem millia, plus minus ue reſpectu expeditionis. Eo quidem tempore Sarachorides oppoſiti Gręcis eos pugnando tentabant * totamq; noctem ducebant inſomnem, ut ad prælium Græcos incitarent. Vt aurora illuxit, ſigna canere iubet rex: cymbala, cornua, tubæq;, pugnam iam fore, maximo ſono ſignificabant. Turci inſtructi occipiebant murum oppugnare quàm fortiſsimè. Rex & peregrini armati in acie inſtructa ſtabant in medio Iſthmi, ubi caſtra poſuerant. Scalas expediebant, murum ſuffodiebant, fortiterq; prælia bãtur, ut murum occuparent. Huc etiam bombardarios conſiſtere iuſſerat, qui bombardis proſpectum Peloponneſiacis adimebant. Bombarda namq; res eſt admodum uiolenta, nec arma reſiſtere bombardæ impetui poſſunt: uerùm omnia penetrat. tum etiam magis permeat, quando corpus aliquod reſiſtens fuerit nacta. ſiquidem crocum lanamq; non peruadit. Cum peregrini iam tuti ab periculo ſtarent, ſcalaſq; muro addidiſſent, murum ſcandebant eo loci ubi ſpectator oppugnatiõis aderat rex. Primus itaq; in murũ euaſit, eumq; cæpit peregrinorũ de numero † Chiteres, Tryballus genere: eoſq; qui reſiſtebãt, in fugam coniecit. Hi autem ordine relicto abibant, cum metus maximus ab Deo & imperitia ipſis incuteretur. Nam formidine agitati, in fugam effundebantur. Præterea illi qui his proximè ſteterant, neſcij quid mali ſuis accidiſſet, fugientes abibant. Tandem omnes deſerentes murum, ſine ordine fugerũt. Turci irru-

Margin notes (left): *Conſtantini legatio ad Amuratē.* — *Laonici pater captus.* — *Iſthmi oppugnatio.* — *Turcorũ pugnas ineundi mos.* — *† Zarachorida lixa.*

Margin notes (right): *Agiades, Guaſtader, Schaufelpauren.* — *Caſtrorum Turcicorũ inſtructio.* — *Deeſt aliquid.* — *Bombarda duriora penetrat, mollioribus ſuccumbit.* — *† Georgius.* — *Græcorum clades Iſthmo expugnato.*

ci irruentes, quà murus ab Chitere ſuperatus erat, & alij quà murũ ſuffodientes ſtrauerant, necnon per portas irrumpebant. Quidam ad caſtra Græcorũ ferebant, Græcorumq́ ſupellectilem, & reliquam felicitatẽ diripiebant. Quidã uerſi in hoſtes, quoſdã necarũt, quoſdam uiuos cęperũt, & ad mancipiorũ conditionem redegere. Cædes fugientiũ edebatur maxima. Verùm quid Græcorũ ducib. contigerit, audiamus. Hi ubi conſpicati ſunt Græcos fugam arripere, primò eos retinere conabant. Cum aũt in fugam effuſos inhibere nõ poſſent, aufugerunt & ipſi, non tamen Corinthum. Certi enim erant, ſi obſiderent Corinthi, ſe facile expugnatũ iri, cum haud ſufficiẽs eò comportatus eſſet cõmeatus, nec alius etiam belli apparatus. Celeri autem fuga contenderunt ad mediterraneã regionem: iamq́ præuenerãt hoſtes, & in ſumma Laconia Pelopõneſi expectabant quònam profecturus eſſet rex. Decreuerant namq́ in mare profugere, & regione cedere, ſi Amurates cũ exercitu aduentaret. Nouerant namq́, Peloponneſiacorũ res ab rege planiſsimè cõtuſas eſſe. Nec arma, nec uiri, nec quicquã amplius memoratu dignum uel in urbibus, uel in arcibus reliqui erat. Nec ſperabant in poſterum Pelopõneſi principatum ſub ſe futurum, ſed augurabant ſe Peloponneſi res omnes amiſſuros. Amurates ut Iſthmum occupauit, & in Peloponneſum uenit, primùm quidem circiter trecentos captiuos, qui nocturna fuga, in montem ſuprà Cenchreas ſitum, quem Oxi uocant, euaſerant, quaſi indagine circundari iuſsit. Omnes capti ſunt: doloq́ in unum locum abducti, crudeliter occiſi ſunt. Poſtea Amurates emit mancipia numero ſexcenta, quæ ad ſacrificium duxit in honorem patris ſui, uolens eum expiare cædem uirorum occiſorum. His ita peractis, exercitum diuiſit.

Amuratis crudelitas.

Partem exercitus Turachani Theſſaliæ præfecto tradidit, qui rei militaris habebatur peritiſsimus, & plurimùm cõuerſatus erat cum Turcis Peloponneſi. Dedit eidem de numero peregrinorum mille milites, ut his inſtructus, profectionem per mediterraneam regionem faceret. Ipſe quidem rex per Sicyonem iter faciens, rectà in Achaiam contendit. Vrbem eo die, quo Iſthmus in poteſtatẽ uenit, regius exercitus aggreſſus eſt: captãq́ diripuit uniuerſam. Aberant enim oppidani, profecti in Iſthmũ. Nec admodũ in munito loco urbs ſita erat. Quapropter eam cõtinuò diripuere: & maximã Pelopõneſi partẽ peragrantes, perſequuti ſunt bello duces, & reliquos Græcos. Cum autem hoſtium alius aliò, ubi ſe tutum putabat, palantes dilaberentur, urbem defenſoribus uacuam in poteſtatem redigit, obſidioneq́ arcem premere ſtatuit. Erant in ea arce † Mulgerius Græcus, & alij quidam Græci non multi cum liberis & uxoribus. Turci igitur ſuffodiẽtes arcem,

Sicyon, nunc Baſilica, direpta.

† Calagerius.

cum Mulgerius nullam ſalutis ſpem affulgere cerneret, ſemetipſum & arcem Amurati tradidit. Hos quidem cum liberis & uxorib. miſit Angium, urbem opulentam. Ipſe uerò ædificia urbis captæ incendit. Quo facto, ulterius proficiſcens, uenit Patras Achaiæ urbem opibus florentem. Oppidani urbem iſtam deſeruerant, abeuntes in continentem Venetorum, quæ ex oppoſito erat. Remanſere tamen quidam in arce & in regia: ſtulti quidem, cum reliqui ſibi fuga conſulerent, ipſi ſemetipſos in graue diſcrimen præcipitarunt. Erant autem numero quater mille. Viros igitur & mulieres quę in regia erant, pactionibus Amurates in fidem accepit, omneſq́ in mancipiorum album retulit. Hinc arcis oppugnationem auſpicatus eſt. Peregrinoſq́ miſit, ut eã ſubitò caperent. Hi ſumma ui impetum in murum dantes, eumq́ ſuffodientes, in arcem irrupere. Græci reſinam & picem incenſam per foramina iaculantes, peregrinos expulerunt acerrimè repugnantes, arcemq́ & murum reficientes, & optimè munientes: Amurates, ubi aduenit Turachanes, uehens maximam hominum aliarumq́ rerum prædam, cum exercitu diſceſsit: nec multo pòſt pacem cum Græcis fecit. Ex eo inde tempore Peloponneſus, quę prius libera erat, regi tributaria facta eſt. Thebas Thebani, cum hoſtiliter accederet rex, deſeruere: & in Iſthmum ſe contulere, quaſi ibi habitaturi, qui tamen ab Turcis capti ſunt. Exterior autem regio, Pindus uidelicet, & reliqua regio, quamprimùm Iſthmus captus eſt, in regis poteſtatem deuenit. Appetẽte iam ęſtate, Amurates bellum mouit contra Scenderen Ibanis filium (Alexãdrum ſiue Scanderbegum appellatum) qui puer uenit in Ianuas regis, eiuſq́ concubinus factus eſt: tandem effugit in patriam ſuam regionem. Ducta deinde uxore † Arianetis filia, ex profeſſo bellum cum rege gerebat. Nam tributum haud amplius regi pendebãt, nec in Ianuas ibant, parère quoq́ regi detrectabant. Quapropter Amurates conuocans Aſiæ Europæq́ exercitus uniuerſos, Ibanis regionem bello petere ſtatuebat. Veniens igitur in regionẽ, uaſtabat uniuerſam, uicos agroſq́ incẽdebat. Frumentum, omnemq́ cõmeatum comburebat. Omnia quę in ea regione erant, populationibus diſsipabantur. Scenderes igitur ipſe, nec non Albani omnes, in maritimam uerſus Ionium Venetorum regionem, uxores & liberos, quo ab impendenti periculo tuti forent, expoſuerunt. ipſi autem undiq́ per regionẽ obambulantes, ſedulò diſpiciebant, ſicubi urbes ipſorũ auxilio indigerent. Caſtra habuerunt in mõte qui regioni eorũ impẽdet, & in Ioniũ uſq́ porrigitur: & ibi expectarunt belli euentum. Amurates † Sphetiam urbem exercitibus circumſedit: oppidanis que nunciare iuſsit, ſi deditionem facerent, ſe ſingulos ad ſua

Patræ à Turcis occupatæ.

Georgius Caſtriotus, qui & Scanderbegus.

† Donica.

† Sphetiſgradum.

Digitized by Google

ad ſua abire permiſſurum. At hi cõditionem iſtam non admiſerunt. Quapropter cum peregrinorũ cohorte murum ſubit: & cum impetu in † urbem irrumpens, ea potitur, prædãq; totam exponit. Viros omnes trucidari iuſsit. Deinde copias duxit cõtra Getiam, quam pactionibus in ditionem accepit. Captis autem oppidanis, exercitum † Cruam urbem Albanorum primariam mouit. Vrbs hæc ſita eſt in loco munitiſsimo. Hanc obſidione cinxit, murumq; bombardis concuſſit, eiusq; non modicam partem ſtrauit. Deinde per loca ruinis patentia cum peregrinis irrumpere quærebat, quaſi ui eam capturus. Cœpta autem omnia cum irrita caderent, exercitũ abduxit omnem, quia æſtatis iam extremum erat, & frigus hybernum grauiter exercitum adfligebat. Filium ſuum Mechmetem iam pubeſcentem per caſtra circumduxit, regnoq; præfecit. Sic autem iſta euenere. Cum pugnaret aduerſus Pannones Varnæ, & exercitus ſuos ad fugam inclinare cerneret, ualde timuit, putans ſe mox cum ſuis periturum. In hac grauiſsima neceſsitate conſtitutus, uouit, ſi incolumis euaderet præſens periculum, & uictoria potiretur, ſe ceſſurum regno, & id commiſſurum filio, & abiturum in Aſiam, ut ibi uitam traducat, admixtus ſacerdotibus & Nazaręis: & culturum frequẽter Heroem, eiq; immolaturum. Cum igitur Pannonibus uictoriam extorſiſſet, rege eorũ perempto, domum redijt, filiumq; iuniorem accerſiuit ad regni gubernacula. Nam filius eius Aladines natu maximus haud amplius ſuperſtes erat, ſed naturę debitũ exoluerat, pręcipitatus ex equo in uenatione, cum perſequeretur ceruum. Is quidem in hunc modum occubuit. Mechmetem autem iuniorẽ ad regni moderamen uocauit. Cum autem ueniſſet uocatus, regnum & Ianuas, necnon peregrinos pater eius fidei committens, ipſe ꝓfectus eſt Pruſam, ubi Aſiæ ſedes regia eſt. Abdicato igitur regno, cũ Zichidis, qui Turcorum Nazaræi ſiue monachi ſunt, & cum Seitidis, necnon cum reliquis doctis conuerſatus eſt. Nec multo pòſt pœnituit uirum, quòd regno relicto, nunc priuatam ſequeretur uitam. Cum autem præſentem uitæ conditionem haud ferre poſſet, conſilia agitauit, qua ratione citra tumultum regiam dignitatem reciperet. Sedulò enim præcauebat, ne ſi filius ſentiret quid ipſe moliretur, bellũ exoriretur, cuius ipſe auctor ab Turcis haberetur. Quæ quidem facere inſtituit, ad finem deduxit, uidelicet ut rediret ad regnum opera & induſtria † Chatitis filij Priami, quo familiariter utebatur, & cum quo ei arctiſsima interceſſerat neceſsitudo. Chatites ergo ubi ſententiam Amuratis ſatis intellexit, puerum Mechmetem uenatum ire iubet, ut ſe quàm pulcherrimè ex equo exerceret. Qui dicto audiens, uenatum abijt. Interea Chatites

† Dibram.

† Croiam.

Amuratis uotum.

Amuratis ſeceſſus.

† Chalilis F. Caribi.

nuncium mittit ad patrem, quem ſubitò dicta die nihil ueritum in urbis regiam uenire, & ius dicere ut regem ciuibus iubet. Amurates quemadmodum iuſſus erat, filio uenatione occupato, ad præſtitutam diem aduenit. Adueniens regnum inuaſit: ciuib. Ianuisq;, ut regem decet, ius dixit. Filius, ut accepit patrem mutata uoluntate regnum recepiſſe, neſciens quid ageret in præſenti negocio, tamen acceſsit, patrẽmque regem adorauit: eumq; ſequutus eſt, quocunq; militatum abijſſet. Nec latuit Mechmetem, opera Chatitis patrem quàm maximè adiutum iſta egiſſe. & quamuis Chatiti meritò iraſceretur, iram tamen oſtendere noluit, ueritus uiri potẽtiam, qua plurimùm pollebat apud patrem Amuratem. In hunc modum eo tempore, ꝓpter patris in regnum reditum, filius affectus erat. Poſtquam autem exercitum abduxit ab Macedonia, quæ uerſus Ionium patet, quæ Albanorum regio eſt, per eum annũ in Europæ regia quietẽ agens manſit. Ineunte deinde anno iterum expeditionem ſumpſit contra Scenderem Ibanis filium, & contra eam quæ iſthic ſita eſt Albanorum regionem, cum iuſsiſſet uniuerſos exercitus inſtructos & paratos præſtò eſſe. Plenus igitur irarum proficiſcebatur uerſus † Cruam, quaſi eam ui expugnaturus. Præterea in animo habebat expoſtulare cum Venetis, ut Scenderem traderent. Quod ſi facere omitterent, ſe obſeſſurum urbem quamcunque Scenderes fugiens intraſſet. Vt regionem hoſtilem eſt ingreſſus, rectà contra Cruam properabat, & in eam regionis partem, quam antea intactam & inuiolatam ab populationibus reliquerat, ſuos milites incurſionem facere iubet. Qui dicto audientes, incendijs omnia, ignem inijcientes, miſcuere. Et hanc regionẽ miſerè uaſtarunt uſq; ad flumen * Verùm regionem ultra flumen ſitam populari nequiuere, quia regijs equitibus haud erat peruia. Albani autem uxores & liberos in munita Venetorum loca ablegantes, colligebantur in montem, qui Cruæ urbi imminet. Hinc Scenderes educens uxores & liberos, deponebat eos in urbes Venetorum. Viri uerò relinquebantur in urbe, ut reſiſterent hoſti, mœniaq; defenſarẽt. & hi potiſsimùm huic negocio deſtinabantur, qui uolentes, non coacti, prelium ſubire cupiebant. Amurates bombardas expediebat, aſsidens ut murum diijceret: & deinde cum peregrinis irrumpens, urbem ſui iuris faceret. Omnibus autem, quemadmodum oppugnatio requirebat, comparatis, murum bombardis feriebat, eiusq; partem deſtruxit maximam. Scenderes ignes in monte fecit, eosq; ſuis, qui intra urbem erant, oſtendit, ut ſcirent, quandocunq; neceſsitas poſtularet, ſe affuturum auxiliarem. Cum regij quidã aſcenderent montem, Scenderes eos aggreſſus eſt, prȩliabaturq;,

Hal. Baſſæ conſilio Amurates imperium recuperat.

Amurates contra Scanderbegum.

† Croiam.

* *Deeſt aliquid.*

Scanderbegi apparatus.

Digitized by Google

turcꝗ,opera memorabilia edens.Cum autem regi uideretur murum ſatis eſſe ſtratum, uniuerſis copijs oppugnationem occipit. Peregrini eò loci urbem capere parabant, ubi murus diſiectus erat.Nec tamen ſuperare potuerunt oppidanos, qui præter ſpem fortiſsimè pugnabant,cum deſperatio animos feciſſet. Deinde cum fame urbem perdomare ſtatuiſſet,denuò copias uniuerſas contra urbem in aciem eduxit.

Hu..iades Amuratem terret.

Interea nuncius uenit ab Georgio Tryballorũ duce, qui nunciabat Ioannẽ Choniatem,cõgregatis Pannonib.plurimis, traijcere Iſtrũ, & contra ipſum hoſtili animo pergere.His auditis,Amurates cõtinuò omnib. impedimentis & ſarcinis collectis, urbe quã obſidebat digreſſus eſt, obuiamꝗ hoſti ꝓceſsit,quã eum uenturũ cognouerat. Miſit quoꝗ Amurates prçconẽ in Europã, qui ediceret, ut Turci omnes ad regẽ cõuenirent. Qui ubi primùm regis uolũtatẽ intellexere, citiſsimè aduenerũt,cum ſinguli conarenẽ in tempore adeſſe,ut pro rege certarent. Hinc cum uniuerſo exercitu profectus eſt in quandam Myſiæ regionem,per regionem Tryballorum.Ea autem regio eſt, quam alluit † Morabas fluuius,& in Iſtrum effunditur. Hinc ſe fundit regis regio ad octingenta ſtadia, uſꝗ ad † Neſium urbem regis: ad dexteram procedenti Nobopyrum ſiue Bopyrum uſꝗ, ad montem magnum Tryballorũ principis colitur.

† Morauus, qui & Schitniza.

† Nyſſum.

Huc cum ueniſſet Amurates,inuenit Ioannem Choniatem cum Pannonum exercitu hoſtili animo aduerſum ſe pergere. In caſtris Choniatis erant quadraginta millia peditum,tam ab Pannonibus quàm ab Dacis allecti. Septem millia equitum erant, & curribus uehebantur alij, quorum numerus erat bis mille. In his arma & neceſſaria ad expeditionem ſubuehebantur. In ſingulis duo uiri ſtabant, ſcutifer & bombardarius. In ijſdem uehebantur bombardæ plurimæ, quas Zarobotanas nominant. In hunc modum armati & inſtructi, Iſtrum tranſgreſsi ſunt.

Huniadis exercitus,consilia,conatus.

At Tryballorum dux cernens Pannonum exercitum non adeò eſſe ualidum, ut copias regis uincere poſſet, magiſque metuens Amuratẽ,quàm Pannones alienigenas,à quib. multa mala eſſet perpeſſus: & quamuis eſſet admodum cupidus ulciſcendi Amuratem, qui filios eius oculis priuarat: attamen haud uolenti animo iſtam expeditionem adiunctus Pannonibus ſubibat, immò eam prorſus recuſabat. Haud enim Pannones ſatis firmi uidebantur ad debellandas copias regis. Hæc cum Pannonibus reſpondiſſet,Ioannes eo reſponſo irritatus, graues minas in Tryballorum ducem iactauit.

Georgij Deſpotæ perfidia.

Nec tamen omittens cœptam expeditionem, copias in regis regionem infeſtas induxit: progreſſusque Priſtinum uſque, caſtra in † Coſobo campo communiuit, ubi olim Amurates Orchanis filius, cum Eleazaro Seruiæ Deſpota manus conſerens, eum'que interficiens, ipſe quoque occubuit, interfectus à uiro Tryballo.

† Ambsfeld

Cauſſa quæ Ioannem ad iſtud bellum traxerat,hæc erat. Quum uidiſſet in eo certamine, quod Varnæ commiſſum erat, Turcos, ubi primùm ad manus ueniſſent, ceſsiſſe,& fugam arripuiſſe: putauit Turcos facilè uinci potuiſſe,ni obſtitiſſet Vladislai regis imprudentia.Nec nunc quidem difficile & laborioſum dicebat Turcos bello domare.Animo igitur agitabat,maiorem cõparare exercitum,ut Amuratem copijs perterritum uinceret.Hæc adeò procliuia & facilia factu putabat, ut ne quidem dubitaret, quin, quemadmodum animo concepiſſet, omnia eſſent euentura.Miſsis legatis ad Scenderem & Arianitem,utrumꝗ in Europam progredi,& ſibi coniungi iubebat. His ſic præceptum eſt.

Huniadis audacia.

Amurates ut in campum Coſobum uenit, ibi caſtrametatos eſſe cognoſcit Pannones. Proinde & ipſe caſtra munit. Amurates autem in armis dicitur habuiſſe quindecim mille myriades hominum. Poſtero die confeſtim accingebatur ad prælium.Iuxta eum inſtruebatur acies. In dextrum cornu aptabatur exercitus Aſianus, cui præerat dux nomine Scuras. Siniſtrum cornu tenebat exercitus ab Europa conſcriptus, quem regebat dux Carazies. Iuxta utroſque ponebantur equites cum ſuis ducibus. Mediam aciem occupabat rex.Quando autem Amurates caſtrametatur,primò caſtra uallo firmat. Deinde camelos locat: dein ſcuta defigit, deinceps peregrinos cum bombardarijs,necnon reliquis collocat.

Amuratiſ acies.

Rex ubi aciem exornauerat, etiam Choniates ſuos in aciem educit, eámque hoc pacto inſtruit. Dextrum cornu tenuere Pannonum præfecti, necnon patrueles Choniatis,† Secules, & Eiloces, Megaluſes'que. Mediam aciem curabat Choniates cum Bitezidis militibus, & Ardelij exercitu. Siniſtro cornu præfuit Danus Choniatis amicus,quem in Daciæ principatũ produxit odio Draculis:quem Dacię principatu deturbauit, & in eius locũ ſubſtituit Danum, cui Dacos parère iuſsit. Hunc in id bellum ſequuta erant octo millia Dacorum.

† Zecules.

Ardelij, Trãſſyluani, Sibenbürger.

Quum autem utrinꝗ acies inſtructę ſtetiſſent,iamꝗ prælium poſcere uiderẽtur, ibi Bitezes, unus è numero Choniatis militum, in medium procurſans,& equo inſidens,prouocabat ad ſingulare certamen unum è Turcis, antequam acies concurrerent. Turci ubi explorarunt uirum iſtum proceſsiſſe, ut certamen ſingulare committeretur, conſtitere & ipſi.

Bitezidæ, quos Huſſarones appellamus.

Hinc continuò ab Turcorum exercitu proficiſcebatur Eliezes filius † Barizæ, de numero præfectorum Aſiæ uiri illuſtris, & in re militari excellentis, qui quondam dux extiterat peregrinorum in Ianuis regis. Hic, ubi in medium proceſsit, obuiam pergebat Pannoni.

† al. Bariſatagæ.

Duellum ex prouocatione.

Et cum

Digitized by Google

Et cum haſtis infeſtis concurrerent,haſtæ fractæ ſunt. Et Bitezes unà cum equo in terram corruit. Eliezes conſciſſo pectorali, & zona cum ephippio ſoluta, poſtremæ æqui parti inſidens uehebatur. Huius enim equus longè melior erat altero,nec tamen lapſum Pannonem perimere quiuit:quia ipſe quoque ægrè & difficulter equo portabatur. Pannone in terram ex equo effuſo, clamorem maximũ ſuſtulit Amuratis exercitus, cum bonum id quaſi omen rei gerendę ducerent.Cum uterque ad ſuum exercitũ eſſet digreſſus, ibi tum Amurates Eliezem ad ſe uocatũ in hunc modum alloquutus eſt:

Imp. colloquium cum Elieze.

O puer, ex quibus initijs tantam rei militaris nactus es ſcientiam, cum certò conſtet te antehac nulla feciſſe ſtipendia? Nunc autem rerum bellicarum imperitus cum huc acceſſeris, ita pugnaſti in hoſtẽ, quaſi faſtigium rei militaris attigeris. Ibi tum adoleſcens reſpondit: O rex,lepus me hanc docuit fortitudinem. Rex rei nouitate ictus, interrogauit:Et quo tandem,quęſo,pacto,ô adoleſcens, quis ab lepore fortitudinem diſcat? Adoleſcens reſpondit: Ego quidem in Aſia eram, & in ea regione morabar, cui patrem meum præfectum prępoſueras,ibamq́ uenatum. Fortè in nido ſuo leporem reperi. Putabã igitur ſatis eſſe,ne lepus manus meas euaderet, cum ſagitta traiectum interficere. Lepores eñ Attalia habet curſu celerrimos: uerùm Europa optimos. Hęc mihi cogitãti, in promptu erat pharetra quadraginta ſagittis onuſta.Primam itaque ſagittam mittens, aberraui.Secundam uerò ſagittam expediui, quam ſimiliter in leporem iaculatus ſum. Et hæc errore abducta, leporem nihil læſit: uerùm adhuc maximè ſtertebat. Iniquo igitur ferens animo,quòd leporẽ non uulneraſſem, illico ſagittas omnes in leporem torqueo. Cum autẽ nulla amplius ſupereſſet, lepus ex ſomno experrectus,ut primùm ſenſit tumultum,aufugit.Canes modicùm fugiẽtem perſecuti,eum aſſequi non potuere.Experientia igiť didici, cum tot ſagittæ irritæ cecidiſſent, quòd fatum uitam lepori prorogaſſet. Et exinde ea ſententia in animo fixa manſit,ô rex, ut cenſerem neq́ gladium,neq́ haſtam, neq́ ſagittas amplius mihi formidandas eſſe,quaſi ſi fato ſit ordinatum ut diutius uiuam, haſta mihi uitam eripere non poſsit. Quapropter pectore forti,nihil trepidans, contra Pannonem iſtum proceſsi, ſciens, ſi fato ſit decretum ut diutius uiuam,nihil periculi poſſe mihi ab eo ingruere. Hæc audiens, mirum in modum rex delectatus eſt, & adoleſcentem propter ratiocinationem iſtam plurimùm dilexit, eumq́ donauit ueſte Syrio opere auro illito contexta. pręterea patriæ regionis eum principẽ declarauit. Pater namq́ adoleſcentis mortuus erat, aliusq́ regionẽ eam adminiſtrabat ex imperio Regis. Turci quidẽ & omnes quotquot Turcicę ſuperſtitiõi inhęrẽt, plurimùm admodum fato tribuunt.Atq́ hęc in ea monarchia contigere.

Amuratis pugna cum Huniade.

Cum uerò regij exercitus in campo collocati,ſignis collatis præliarentur, Aſianus exercitus quietem duxit.Rex enim uerebatur,ſi Aſiani primam coitionem feciſſent,ut in fugam uerterentur, eorumq́ fuga etiam cæteros traheret. Quapropter maluit exercitum Aſianum ocioſum, & ſpectatorem potius prælij aſsiſtere.

Turcorum uictoria, 1448.

Exercitum Europæum in cohortes diſtribuit: & cum Pannones prælij cupidos accedere conſpicaretur,nec ipſe prælium recuſauit.In hũc modum congreſsi,Europæ exercitus in cohortes ſecretus,præter ſpem, egregiè & memorabiliter pugnabat.Proinde cum Pannones Turcis appropinquare nõ auderent,ſumma ui fugiebant.

Hungarorũ fuga.

Turci Pannonũ equos perſequebantur,& grauiter admodum ea in perſecutione laborabant. Laſsi igitur tandem & fatigati inſequendo,hoſtium equos ſagittis feriunt: Pannonesq́ à tergo adorientes grauiter urgebant. nam Turci numero & equorum generoſitate ſuperabant. Præterea plerunq́ non impetu,uerùm arte in pręlijs utuntur. Quapropter ea tempeſtate Turcorũ res meliore ſtatu,quàm Pannonum,erant.Et quidem primo die multi Pannones in pugna cadebant,necnon plurimi Turci trucidabanť à Pannonibus.Per totum iſtum diem æquo utrinq́ Marte pugnatum eſt. Veſpera autem appetente, relinquentes præliũ, uterq́ exercitus in ſua caſtra colligebatur,quietiq́ ſe dabant.Pannones putabant Turcos noctu abituros, nec amplius in caſtris manſuros. Et equites quidem non pauci iam diſceſſerant. Vbi autem Tryballos inuenere expectantes in anguſtijs hoſtem abeuntem, in caſtra redierunt. Pannones quidem arbitrabantur ſe die craſtino cum parua hoſtilis exercitus manu congreſſuros,quaſi cęteri diffugiſſent,nõ expectantes hoſtem:& ſic uictoria facilè potituros,regisq́ Ianuas debellaturos. Rex uerò Amurates & Turci ſeipſos confirmantes, haud amplius metuebant Pannones.Animis igitur receptis,& plurimùm exhilarati, accingebantur ad prælium,quaſi eo die qui ſequeretur, præliaturi cum hoſtibus,eoſq́ in fugã cõiecturi.Eo die quæ modò memorauimus, contigere.

Pannonum conſultatio.

Iſtam noctem Pannones deliberando conſumpſere:& cum conſultarent, ſinguli ſuam ſententiam, quemadmodum ſibi conſultum uideretur auſpicari prælium, in medium adducebant. Varij multiq́ habebantur ſermones.

Tautis Turci oratio.

Ibi tum conſultantibus Pannonibus, Tautes Sauzis filius, natus ex genere Otomanidarum,qui tum caſtra Vngarorum ſequebatur, Amuratis primi ex Sauze filio nepos,progreſſus in medium, huiuſmodi orationẽ exorſus eſt: Nobis iam ſatis ſuperq́ in Aſia & Europa pugnatum eſt. Necdum etiam animum aduertimus, ut pugnandum ſit contra Amuratem, ut res eius contundamus.

Digitized by Google

mus. Niſi enim peremerimus uiros iſtos, nõ facilè poterimus Amuratem uincere. At mihi uidetur, ſi quis certamẽ ſubeat cum hoſte, eiq́ inſligat letalem ictum, hoſtem deiecit, & reliquo exercitu pro arbitrio uti poterit. Vbi autẽ magis quis letale inſligat uulnus, quàm ſi caput feriat? Tum enim corpus totum dolet. In capite enim quaſi urbs & regimen totius humani corporis ſitum eſt. Sin autem haud dederis letale uulnus, difficile admodũ & laborioſum erit ſuperare hoſtẽ. Et ut meã ſententiam capiatis, ſic audite. Vidiſtis ut Ianuæ regis ſteterint neutrò inclinatæ ad pugnam. Nec etiam periclitari uolunt, quaſi ſalus regis atq; adeò totius exercitus in ipſis ſita ſit: nec prius quàm neceſsitas poſtularit, pugnam capeſſunt. Agite igitur, hunc regis exercitum inuadamus: qui ſi in fugam abierit, nullus nos expectare ſuſtinebit. Cenſeo autem, ut regem aggrediamur cum uniuerſo exercitu, cum curribus quoq;, in quib. bombardæ & bombardarij ſunt: & ut pergamus adhuc hac noctu confeſtim contra Ianuas, nec cunctemur. Et accedentes, bombardarũ globis ſagittisq; petamus Ianuæ milites, ijsq; terrorem maximum inferamus. Satis certò ſcio, eos non manſuros uſque dum illuceſcat dies: ſed hac adhuc nocte lubenti & cupido animo fugam arripient. Quod ſi fuerit factũ, facilè nos rerum potiemur. His dictis, omnes conſenſum præſtitere, & uno ore ſic faciendum eſſe pronunciarunt. Continuò igitur curribus in regis exercitum inuecti ſunt, ſub prima adhuc noctis uigilia.

Hungarorũ pugna noua.

Cum appropinquaſſent Ianuæ militibus, terrorem fecere maximum, bombardarum globis & iaculis ferientes peregrinos. Et quidem uim faciebant caſtris Amuratis. Verùm peregrini ubi rem cognorunt, magno animo Pannonibus reſtitere. Nam bombardas expediebant, bombardariosq; euocabant, & non ceſſabant iaculari Pannones: plurimi in ea nocte utrinq; cadebant, icti bombardarum globis. Poſtquam dies aduenit, & Pannones uidebant regis caſtra in ea regione locata fortiter pugnare, cõſilium cæpere redeundi, unde egreſsi erant, in caſtra: nec expectandum eſſe, donec circũducerentur ab regis militibus ſtantes prope Ianuas. Hæc ſententia ubi placuiſſet, cedebant feſtinantes in eum locum ubi caſtrametati erant. Die exorto iterum ad prælium pręparabatur Choniates, periculum facturus, ſi felicem rerum ſortirentur euẽtum. Pugnans itaq; impetum dabat in Aſianum exercitum, & fortiter congrediebatur cum hoſtibus. Europę dux cum accepiſſet Pannones congreſſos eſſe cum Aſiano exercitu, Turachanem Theſſalię præfectum mittit cum ſuo exercitu, ut à tergo adoriretur Pannones, & q̃ fortiſsimè contra eos præliaretur. Turachanes imperata impigrè faciens, Pannonum plurimos, cum in terga eorũ irruiſſet, in eo prælio ſtrauit. Quidam enim perſequebantur Albanos, à quorum ueſtigijs, quãuis celerrimè fugerant, nuſquã abſtitere. Miniſtri tamen pręfectorum qui ex Europa uenerant, haud fugam inierant.

Valachorũ fuga.

Cum aũt à ſuis eſſent deſtituti, qui fuga ſibi conſulebant, pugnabãt haud ſecus ac Turci, contra Pannones. Præterea contra eos acerrimè præliũ inibant, qui erant ex Europa, & à tergo uim faciebãt. Nam cõuerſi collato pede nũc hîc, nunc alibi, ubi alteri alteros indipiſcebant̃, in eo campo manus conſerebant. Daci cum uidiſſent Turcos impigrè pręter ſpẽ rem gerere, & ſibi hinc plurimũ periculi imminere, huiuſmodi conſiliũ cæperũt. Nã nullã mali liberationẽ cernebãt, etiã ſi incolumes ex eo prælio euaſiſſent. Nec etiã in iuriſiurãdi religione ſpẽ aliquã ponebãt, quo minus regi pœnas luerent, iniuriarũ quib. ipſum affeciſſent, q; in ea expeditione ſocia arma iunxiſſent Pãnonibus. Videbat̃ igitur in præſenti tumultu conſultiſsimũ fore, nũcium mittere ad regẽ Amuratem, & cum eo in gratiam redire. Traditis namq; armis, teſtabant̃ ſe in poſterum regi hoſpites & amicos fore. In hanc ſententiam cũ omnes conceſsiſſent, nuncius ad regẽ miſſus eſt. Hic cum ueniſſet ad Ianuas, huiuſcemodi orationẽ habuit:

Valachorũ caduceatoris oratio.

O' rex, Daci miſerũt me in conſpectũ tuũ, ut pacẽ ueniamq; delictorũ, quæ in te & in regnũ tuũ cõmiſere, orem. Teſtantur quoq; ſe nunq̃ quid nouatũ rerũ ſua ſponte molitos fuiſſe in te & regnũ tuum, niſi Pannones eam neceſsitatem inieciſſent, iubentes, imò cogentes, ut coniunctis copijs expeditionem iſtam ſuſciperent. Nunc igit̃ ſupplices petunt, uelis eos exaudire, & pacem dare. ꝓmittunt ſe tibi bellum pręſens ex animi tui ſententia confecturos: & ꝓfecturos tecum in militiã deinceps, ubicunq; tibi uſui eſſe poterũt. Hæc cum expoſuiſſet nuncius, † Chatites regiæ domus princeps in hunc modum reſpõdit:

† Chaliles. Hali Baſſæ reſponſum.

Sed uos, ô Daci, ſcitis profectò quanta ſit, fueritq; iam ab initio, potentia regis. Et quoniam nunc in neceſsitatis articulo adeſtis, fœduſq; nobiſcum initis citra dolum & fraudẽ, amici eritis in poſterum. Si quid eorum quæ promittitis, feceritis, gratiã referentes regi, ſcitote quòd eum beneficijs nunquã uincere poteritis. Arma aũt, ite, & confeſtim huc tradite. Chatites hæc loquutus eſt, dicẽs ſe ea dicere ex ſententia regis, eumq; dimiſit. Daci, cum reuerſus eſſet nuncius, & quæ mandata accepiſſet à Chatite ex mãdato regis, enarraſſet: cõtinuò defecerũt à Pannonibus, & ab ijs ſeparati uenerunt quàm proximè ad Ianuas regis. Hic cum ocioſi ſtarent, putabant ſe gratiam hanc referre regi, quòd eum in præſenti neceſsitate adiuuarent. Sperabant quoque ſe munera & ueſtes ab rege accepturos propter id beneficium. Rex autem, cum in proximo conſiſterent Daci, putans ne id facerent ex compoſito, pacti prius cum Pãnonibus ut ſibi aliquid

Digitized by Google

mali inferrent, acceſsit Europæ ducem (quẽ Baſſam Romaniæ uocant) habentem milites circiter uiginti mille. Qui ut aduenit quemadmodũ præceptũ erat, iuſſus eſt circundare corona Dacos, omnesq; trucidare, nulli parcẽs. Daci quoq; arma tenentes ad reſiſtendum ac cingebant. Nolebat em̃ rex ut traditis armis inermes interficerentur: uerùm armatos pœnas delictorum dare eos uolebat. In hunc modum miſerabiliter, ut quorũ nulla ratio haberetur, peribant. Pannones cum conſpicati eſſent Dacorum tranſitionem, primò mirabantur quid hæc ſibi uellent. Vt cõpererunt Dacos in hunc modum reconciliatos eſſe regi, grauiter ſuccenſuere, quòd turpiter admodũ deſtituiſſent amicos ſuos. Verùm haud multo pòſt, ubi animaduerterunt uniuerſos, nullo eorum reſpectu habito, crudeliter interire, admiratione figebantur, cogitantes regis ſententiã, uidelicet quòd non deſideraret huiuſmodi ſocios & auxiliares. Proinde plurimi faciebãt, ſi quamprimùm abſcedere poſſent.

Valachi trãſfugæ omnes cæſi.

Ioãnes igiť excedens prælio, pergebat ad currus, & colloquebatur cum ducibus, qui ibi erant, dicens: Se uenire cũ ſuis ab ea hoſtiũ turma in qua ſteterit rex. Itaq; ubi in Ianuas irruperit, & id per nunciũ ſignificarit, ut uno impetu omnes adueniant, atq; in Ianuas irruãt. Hæc [cum] dixiſſet Choniates, circa extremã noctis uigiliam elegit eos qui optimè ad bellũ erant inſtructi, & quos ſibi familiariſsimos ducebat: & illis qui curribus uehebantur, imperat, ut ubi primùm ſignũ dederit, ſumma ui in Ianuas ferantur. Ipſe uerò mutata uoluntate, ad Iſtrũ inſtructo agmine q̃ celerrimè properabat. Cum autem dies illuxiſſet, non amplius apparebat ijs Pannonibus, qui relicti erant cum curribus, non procul ab rege ſubmoti. Turci uidentes caſtra hoſtium eſſe uacua, & paucos admodum cum curribus eſſe relictos, admirabantur quid hoc ſibi uellet. Deinde quidam occurrebat, nunciãs Pannones circa decimã noctis uigiliam fugiſſe trãs Iſtrum. His auditis, peregrini arma capiũt, & curſu ferebantur contra Pannones ad currus relictos. Hi, cum cernerent ſe à ſuis deſertos & proditos, fortiter præliabantur, cum deſperatio uirtutem accenderet aduerſus peregrinos. Nec multo pòſt peregrini currus conſcendunt, & per Pannones uecti omnes trucidarunt. At Pannones per totum diem in conferta hoſtium turba pugnantes, cum forent uiri optimi & fortiſsimi, tandem occubuere. Regem quidem ad perſequẽdos Pannones adhortabantur duces: uerùm is eorum conſilia repulit, cum animo ſecum reputans, quæ'nam paſſus eſſet à Choniate Chaſines filius † Mazaracis, cum perſequeretur Pannones. Volebat itaq; præſenti fortuna melius uti. Cæſi ſunt in iſto prælio, ut accepi (utrinq; em̃ occiſi à Tryballorũ duce, poſtea dinumerati ſunt) Pannonũ & Dacorũ † decem & ſeptem millia, Turcorũ quatuor millia. * Nam facilè dignoſcunť à reliquis Turci, cum omnes ſint circumciſi. Præterea Pãnones admodum decenter capillos nutriunt: Turci uerò radunť, relictis quibuſdam circa tempora capillis. Rex cum exceſsiſſet prælio, tollere iuſſit cadauera occiſorũ. Turcos ſepulturæ mandari curauit, iuxta flumẽ Morabam prope ripam. Ioannes aũt fugiens feſtinabat ad Iſtrũ. Veſperi aduenit † Sbetzaniũ urbem regis. In ambiguo aũt erat quomodo tutius profectionem facere poſſet, ne cognoſcereť à Myſijs, & in periculũ deinde ueniret, ut caperetur à Tryballorũ duce. Haud enim Choniatem fugiebat, Georgium, cum quo ſibi inimiciciæ erant grauiſsimæ, id parare, ut ipſum caperet. Secum autem omnia diligẽtius reputanti & expendẽti uiſum eſt, ut ſegregatus ab reliquo exercitu cũ paucis rectà pergeret Belgradũ. Hoc cum ſtatuiſſet Choniates, ſecunda noctis uigilia amiciſsimos ſuos & familiariſsimos aſſumens, alia gradiebatur uia. Cum in hunc modũ profectionem facerent, putabat ſe magis cognoſci poſſe. Antequam igiť dies adueniret, omnia ſecum in animo uoluẽs deliberabat. Tandem decreuit conſultiſsimum eſſe, ſi incolumis præſens diſcrimen euitare uelit, ut ſolus à ſuis ſeparatus iter ingrederetur. Exorto iam die cum ſolus iter faceret, ex equo deſcendens, pedes peruenit ad collem quendam. Videns autem Turcum hoſtiliter oberrantem, confugit in paludem aqua plenam, quę in longum extendebatur. Deinde cum ex palude proceſsiſſet, peruenit in Georgij regionem. Incidens autem in Tryballos quoſdam, eos ſibi itineris duces parare uolebat, promittens ſe ipſis mercedem daturum. Illi autem, quemadmodum promiſerat Choniates, itineris duces facti, eum in itinere per inſidias truncare nitebantur. Eum igitur quaſi interfecturi, comprehendunt. Qui, ut rem ſenſit, ſtringẽs gladium, Tryballum illicò ſtrauit, cum eum in humerum uulneraſſet. Alter autem fuga ſibi conſulens euaſit. Interea Tryballorum princeps, cum comperiſſet Choniatem ab Amurate uictũ fugã arripuiſſe, miſit præconem, qui ſuis nunciaret, ut nulli Pannoni regionẽ tranſire concederent prius, quàm interrogaſſent quis'nam eſſet, & quò abiret. Reliquos quidem paterentur incolumes & inuiolatos abire. Verùm ſi inueniſſent Choniatẽ, eum capere, & ad ſe adducere iubebantur. Principes itaq; regionis ſuis edicũt, quęcunq; Pannonem nacti fuerint, ad magiſtratus perducant, ut uideãt quisnam ſit. Qui aliter fecerit, & huic edicto non paruerit, eum ignominioſiſsima morte periturum. Choniates igitur fame deficiens, quónam ſe uerteret neſciebat. Venit igitur in quendam Triballorum locum. Ibi cum uideret quoſdam Tryballos terram colere, ad eos iter flectebat, petens ſibi panem dari. Vt conſpicati ſunt

Huniadis ſimulatio & fuga.

Hæc ſub annum 1448. feſto die Lucæ acta feruntur, ut refert Bonfin. ſed aliquantum ab hoc diuerſus.

† Mazaalis

† 100.

* Alij quadraginta millia Turcorum cecidiſſe tradunt: al. 34000.

† Sphetzanium.

Huniadis ſollicita fuga.

Georgij inſidiæ in Huniadem.

agricolæ

agricolæ uirum Pannonem adeſſe, & panem quærere, dixerunt: At, ô hoſpes, panis quidem tibi in promptu eſt: uerùm neceſsitas poſtulat, ut te perducamus ad magiſtratum urbis, qui quis ſis excutiat. Magiſtratus ubi te uiderit, continuò ad regionem tuam te abire ſinet: nec quicquam mali ab eo patieris. Nam (opinor) Choniatem quęrunt. Reliquos Pannones qui huc pergunt, dimittunt, nullum eorum reſpectum agentes. Agricolæ cum hæc dicerent, eum haud dimittebant. Verùm cum fortius comprehendentes, efficiunt ut confiteretur ſeniori, neceſsitate ſubactus, ſe eſſe Ioannem Choniatem. Pollicebaturq́ magna hoſpitalitatis munera, opesq́ & agros ſe daturum dicebat, ſi ductus fuiſſet inuiolatus, & ab nullo Tryballo uiſus, Belgradum. Senior quidem uirum agnouit, eumq́ ſuſcepit traducendum in regionem ſuam illæſum. Fratribus autem ſuis, quis'nam eſſet uir ille indicauit, præcipiens ne quóquã abirent, & quis uir ille eſſet enunciarent. Veſpere facto uirum deduxerunt in eam domum, in qua paleas & iumenta aſſeruabant, & diem craſtinum expectabant, ut Choniatem omnibus apparatis abducerent Belgradum. Eo autem die diſſenſio exorta eſt inter fratres. Hinc unus de numero fratrum commotus, indicauit urbis magiſtratui, ubi'nam eſſet Choniates. Aſſumptis itaque miniſtris, pergebant ad domum, in qua erat Choniates latitans in palearum receptaculis, eumq́ capientes abduxerunt ad urbis magiſtratum. Magiſtratus autem eum uinctum deduci curauit ad pręſidem, ſignificauitq́ eum eſſe deprehenſum latitantem in fœno. Præſes, cum adductus eſſet Choniates, eum in carcerem coniectum, ad tempus aliquod in arce detinuit. At Choniates perſuaſit principi arcis & cuſtodibus, ut ſimul cum ipſo inſurgant hoſtiliter contra præſidem, & urbem occupent. Cum quidam rei, quæ parabatur, conſcius inſidias patefeciſſet, etiam quid cuſtodes ſiue pręſidiarij milites molirentur, cognitum eſt. Verùm hi occiſi ſunt omnes. Ioannes autem affinitatem iungens cum † illo, filiam ſuam filio eius* in matrimonium collocando, remiſſus eſt Budam in regnum ſuum. Et quidem hæc contigere in expeditione quam Pannones ſumpſerunt aduerſus Turcos, duce Choniate: eaq́ expeditio quem diximus finem conſequuta eſt. Amurates reuerſus in regni ſui ſedem, non multo pòſt bellum Byzantio inferebat. Græcorum rege Ioanne defuncto, in Conſtantinum, defuncti fratrem, regni ſucceſsio deuenit. Nã Ioãne mortuo, frater eius Demetrius in regni ſucceſsionem feſtinabat. Verùm prohibitus eſt ab oppidanis, matre, arbitris, & ab Cantacuzeno, † Nataraq́, qui arbitrorum partibus fungebantur. Timebant enim, ſi is aſſequeretur regnum, fore ut Conſtantinus exercitum peregrinum adducat, & ſic regnum regniq́ res interituras. Expectarunt itaq́ Conſtantini aduentum, nec per miſerunt Demetrio ut regnum ſuſciperet. Ea tempeſtate Byzantiũ uenerat & Thomas frater iunior, putans ſe regem adhuc ſuperſtitem inuenturum. Volebat enim quædam cũ eo, in quibus eius opera indigebat, colloqui. Verùm rex mortuus erat, nec eum adhuc uiuentem inuenire potuit. Reperit tamen maximam diſcordiam, quæ exorta erat propter Demetrium, regnum Byzantium affectantem. Conſtantino haud multo pòſt Byzantium aduenіente, Peloponneſum inter ſe diuiſerunt, & iuriſiurandi religio interpoſita eſt ne poſtmodum diuiſionem illam uiolarent. Verùm frater iunior prior naui in Peloponneſum uectus, urbes Peloponneſiacas contra diuiſionis iuſiurandum ad defectionem ſolicitabat: & adhibitis Peloponneſiacis, qui ad ipſum confluxerant, bellum gerebat cum fratre ſuo Demetrio. Qui adducens exercitum regis Turcorum, cum ad eam rem operam ſuam locaret uxoris frater Aſanes, fratrẽ coegit ſecum pacem pangere: cum utrinque rẽ totã permitterẽt arbitrio fratris regis Conſtantinopolitani tranſigendam, obſides fidemq́ inuicem propter regionẽ dantes. Sub idem tempus quo hæc geſta ſunt, Amurates Mechmetis filius mortem obijt, in conuiuio ictus apoplexia, quam nimia uini conciuerat copia. Regnauit autẽ annis trigintaduobus. Regni ſucceſſorem reliquit Mechmetem filium ſuum. Habuit & alterum filium, *quẽ tulit ex uxore ſua † Spenderæ filia Amurates, uir iuſti æquiq́ eximius cultor. Vſus eſt fortunæ aura non admodũ aduerſa. Prouocatus, ut ſe defenderet, bella occipiebat. Laceſsitus, confeſtim in armis erat: non autẽ iniurijs iritatus, bellum ægrè ſuſcipiebat. Nec id ignauiæ adſcripſeris. nam ſi uis hoſtilis propulſanda erat, nec etiam hyeme cũctabatur per loca aſperrima incedere, nec penſi quicquã facere uel labores uel pericula. Hoc autem defuncto, regni moderamen nactus eſt Mechmetes. At quamprimùm mortem Amuratis acceperunt peregrini* qui Adrianopoli erant, inter ſe coniurarunt, ut urbem eam caperent. In unum autem locum extra urbem collecti deliberabant, ubi uel quo modo urbem aggrederentur, ut hinc opes plurimas colligerent. Verùm Chatites † Priamiſi filius, reliquos Ianuarum milites arma capere iubet: & illis minatur, ni continuò arma ponerent, exitium. Quum autem arma depoſuiſſent, concionem dimiſit, dicens eos nequaquam ex bona cauſſa iſtud moliri. Nec multo pòſt ex Aſia aduenіens Mechmetes Amuratis filius ad regni gubernacula, rebus eam formam induxit, quam in præſentiarum utiliſsimam fore rebatur. Cum Gręcis fœdera ſanxit, ijsq́ maritimam Aſiæ regionem cõceſsit. Etiam cum Tryballorum principe pacem

Margin notes:

Huniadis pericula.

Huniades à Seruiæ Deſpota captus.

Huniades dimittitur. 1448.

† Deſpota.
* Mathiæ.

Cõſtantinus VIII. Græcorum Imp.

† Notaraq́

Palæologorum diſcordia.

Amuratis mors. 1450.

* Calapinum, qui Chriſto initiatus Calixtus Othomanus dictus eſt.
† al. Sponderbei, uel Sphenderbei filia.

MECHMET XII. Turc. rex. 1440.
* nempe Ianizari.

† Carambi.

Mechmetis cum Græcis fœdus.

cem fecit, cui filiam, Amuratis uxorem, ipſius uerò nouercam remiſit, putans ſe ei rem gratam facere. Regionem eidem, quantam antea contribuit. Fratrem ſuum, cum regni moderamen ſuſcepiſſet, peremit, cum aqua infuſa ſpiritum eius intercluſiſſet. Hunc autem interfecit regis pincerna nomine Saraptares, qui haud multo pòſt fato functus eſt. Fratrem ſuum in hunc modum è medio ſuſtulit. Amuratis alteram uxorem Spenderæ filiam in matrimonium collocauit uiro in Ianuis potentiſsimo, quem Iſaacum nominabant. Hunc plurimùm diligebat, eúmque Aſiæ ducem declarauit. Fœdus percuſsit quoque cum legatis, qui ab Peloponneſo aduenerant. Mortuo Amurate, Caramanus Haliſurius, qui iam antea non ceſſabat Aſianos incitare ut deficerent ab Turcis, & contra Otomanidas quoq; bellum ſuſciperent, ſperans eo modo ſe maximam potentiam nacturum, etiam eo tempore Aſianos plurimùm ad defectionem accendebat. Ingreſſus itaque cum exercitu regis, regionem eam populabatur, & iumentorum prædas agebat. Mechmetes ut audiuit Caramanum ſuam uaſtare regionem, rei indignitatem non ferens, illicò arma cæpit. Et relinquens Saraziem Ianuarum principem, cum quo ſibi arctiſsima interuenerat familiaritas, tranſgreſſus eſt in Aſiam, bellúmque Caramano indixit, eiúſque regionem euaſtauit. Caramanus regionem deſerens, in montium cacumina, quemadmodum antea conſueuerat, ſe recepit. Verùm poſtea legatos miſit ad regem, ſuadente Chatite filio † Priami, dicens: Si pacem daret, ſe, ubicunque uſui eſſe poſsit, ipſi miniſtraturum. Præterea ſe paratum eſſe confitebatur, reſtituere Candelorum. Quæ ubi intellexit rex, eum in fœdus admiſit. Reuerſus deinde, æquum ueniſſet Calliopolim, peregrinorum numerum, qui non in eam expeditionem uenerant, inquirebat. Ducem autem eorum, cui nomen erat Hagiapaſes, flagellis cæſum, dignitate iſta ſpoliauit. Hagiapaſes pœnas iſtas propterea dederat, quòd regi contra Caramanum pergenti non indicaſſet, qui nam adeſſent, qui ue abeſſent. Septem millia uirorum erant, qui curabant accipitres regios, quos iſto ex ordine deturbauit, & milites eſſe iuſsit. Etiam canum curatores ab iſto officio mouit: inquiens ſibi ſufficere centum uiros, qui canes: & quingentos, qui accipitres curent. Nec ſe eò ſtulticiæ proceſſurum, ut uelit alere hominum tantam multitudinem, propter rem quandam uanam & nouam. Adiuuit Demetrium Peloponneſiacum principem in eo bello quod cum fratre geſsit, cui regione c edere recuſabat. Miſit ei auxilio Turacha nem, ut Iſthmum penitùs deſtrueret, Thomas quidem in gratiam rediјt cum fratre, ut in poſterum inter ſe amici & hoſpites forent. Vrbem Calamatam ei dedit pro Scortorum regione, quam fratri ademptam poſsidebat. Hęc quidem hactenus. Tzaniſes Cariaſuphis filius, legationem miſit ad regem, petens ne regionem Sebaſtiæ finitimam popularetur. * butyri, & mille camelos. Cæterùm omiſit bello eum petere, quamuis prior bellum indixiſſet hoſtis. Tzaniſes autem ille pertinet, ut ſuprà memorauimus, ad nigros Mauroprobatantes dictos, qui Cariaſuphis filios priuans † Dabriza, compulit eos in Samatiam urbem: quos profectus à Pagdacia Babylone, obſidione premebat. Deinde ſubiugans Armeniam, exercitum mouit contra † Erzeganam Armenorum regiam ſedem, eámque occupauit, habens in ſuo exercitu circiter octo myriades hominum. Hinc mouens, ingreſſus eſt in Aſiam, & Mechmetis regionem uaſtare aggreſſus eſt. Qui circa Sebaſtiam colebant, ne ipſorum regio uaſtaretur, butyri magna onera portabant, & ſuam regionem à populationibus illæſam retinebant. Tzokies unus de numero Temiris nepotum, profectus ad Semarchanda, eam Cariaſuphis filiј regionem ſubegit. Præterea Pagdaciam Babylonis urbem, ut ſuprà edocuimus, obſidione cinxit. Chaſanem cognomento Longum in inferiorem Aſiam & Armeniam mittens, omnia quæ ad iſtam regionem pertinebant, in poteſtatem accepit. Hæc quidem hactenus.

Saraxies. — † *Carambei* — * *Deeſt aliquid.* — † *Brizia.* — † *Erzingà.*

LIBER OCTAVVS.

APPETENTE iam æſtate, Mechmetes Amuratis filius præparans in Aſia plurimùm calcis, condere inſtituebat in Europa, iuxta Propontidem in Boſphoro, quà uia ad transfretandum ex Aſia arctiſsima eſt, urbem Læmocopiam nuncupatam. Vniuerſos qui in Europa & Aſia erant, ad id opus perficiendum euocabat. Qui quum impigrè aduenissent, ædificare auſpicati ſunt, cum prius in ſingulos duces & præfectos opus uniuerſum fuiſſet diſtributum. Cauſſa, quæ regem ad eam urbem extruendam impulerat, hæc erat: uidelicet ut tranſitus in Aſiam ſibi facilis eſſet, & ne Occidentales uenirent, nauibus' que traiectum impedirēt, nouaſq; res in Aſia molirentur. Eam urbem plurimùm quoque conferre iudicabat ad Byzantiј oppugnationem. Turres etiam tres, quas maximas nouimus, poſuit. Duas extruxit iuxta continentem, ut ab his

Læmocepia arx iuxta Seſtum, nunc Bogazaſar, quaſi inguli inciſurā ſiue puncturā dicas, der todo ſtieb, oder kragab, uocatur.

Mechmetis ædificia.

his progreſsi, irruere poſſent in naues quæ mare legerent. Harum alteram fecit maximam. Turres præterea plumbo intexit. Latitudo muri erat pedum uiginti duorum: at turrium latitudo erat maior, continens triginta pedes. Cum muri iam ſtarent, quos operæ intra tres menſes abſoluerant, impetum dedit in Byzantij regionem, ex profeſſo cum Byzantijs bellum gerens. Hyeme iam inſtante Turachanem in Peloponneſum miſit, ut ibi bello laceſſeret Græcorũ regis fratres. Hic aſſumpto Theſſaliæ & Europæ exercitu quãtus Pherris erat, & Europęo duci parebat, ꝑfectus eſt contra Peloponneſum, adhibitis etiam ſuis filijs. Additi ſunt huic & Theſſaliæ Macedoniæq́ urbium principes. Omnibus igitur paratis, per mediterraneã, quam olim Arcadiam dixere, & per Tegeam Mantineamq́ exercitum ducens, uenit in Ithomæ & Meſenę regionem. Cum autem diebus multis iumentorum prædas ex ea egiſſet, tandem etiam Neopolichnem cępit. Obſidione deinde Sideropolichnen circumuenit: quam cum ſuæ ditionis facere non poſſet, exercitũ abduxit. Cum autẽ cum exercitu proficiſceretur, Achmates iunior Turachanis F. captus eſt ab Aſane, qui erat frater uxoris quam duxerat Peloponneſi princeps. Hic enim ei inſidias ſtruxit circa Mycenarũ regionem, quà erat iter facturus hoſtis. Achmatem captum deduxerũt in Spartam ad principem, eumq́, donec ſuis reſtitueretur, in uinculis habuere. Aeſtate deinde ſequente, ubi primò uer apparuit, Mechmetes Amuratis filius expeditionem contra Byzantium ſumebat. Iam antea iſtam expeditionem mente conceperat, uerùm prius in Propontide urbem Læmocopiam ædificare uolebat. Cum autem hyems adhuc ſæuiret, edicit ut omnes qui in Aſia, quiq́ in Europa agerẽt, ad maritima loca cõuenirent, ad claſſem fabricandã. Naues & triremes fabricabantur. Bombardas fieri curauit maximas, quantas nouimus ea tempeſtate nunquã extitiſſe. Cum iam tempus poſtulare uideret, ut ipſe bello ſe immiſceret, Europæ ducem Saratziam iubet cum exercitu Europę præcedere: bõbardas & reliquas belli machinas, necnon bombardã maximã Byzantium ſubuehere. Tanta huius bombardæ magnitudo extitit, ut à ſeptuaginta iugis boum & à uiris bis mille trahenda fuerit. Saratzias ubi aduenit Byzantiũ, turres, in quas agricolæ ſe recipiebant fugientes hoſtẽ, quaſdam fame expugnauit, quaſdã ui cæpit: uiros inde abductos necauit. Etiã Byzantij regionem grauiſsimè populationib. accedens afflixit. Nec multo pòſt ſequutus eſt rex ipſe, & caſtra poſuit, quę ab una maris parte in alterã porrigebañ. In eo loco qui à dextris regi erat, uſq́ ad eum locum qui Aureę portę dicitur, caſtrametatus eſt Aſianus exercitus. In ſiniſtra parte iuxta locum qui Lignea porta ap

Peloponneſi oppugnatio.

Bellum Conſtantinopolim translatum.

Conſtantinopol. obſeſſa.

pellatur, Europæ exercitus tendebat. In medio regia caſtra ſita erant cum peregrinis & Ianuæ militibus, qui caſtra circa regem ponere conſueuere. Zoganus regis affinis è regionè ſupra Galatiam urbem caſtra cõmunierat. Quadraginta myriades hominũ dicuñ tum temporis in exercitu regis fuiſſe. Numerum aũt iumentorum apud omnes conſtat duplo maiorem fieri, ut ſatis alimẽti pabuliq́ equis hominibusq́ ſit. Soli etenim Turci, q̃d ſciam, ſibi neceſſaria ſemper apportant, quócunq́ tãdem bellandi gratia proficiſcantur. Præterea ut cõmeatuum copia abundent, camelos & mulos q̃ plurimos, ut in neceſſarijs ſeruiãt, ſecum ducunt. Mulos quidem habent ꝓpter aliam ipſorũ felicitatem. Singuli uerò equos, camelos, mulosq́ pulchriores oſtentãdi gratia adducunt. Rex cum ueniſſet Byzantium, haud multo pòſt ſequuta eſt claſsis regia, in qua erãt triremes triginta, naues minores ducentæ. Gręci ubi intellexere aduerſum ſe aduentare claſſem regiam, cathenas ferreas ab urbe quæ ex aduerſo erat, extenderunt in Byzantij murum prope arcem. Naues præterea quotquot aderant, quarum quædam auxilij ferendi gratia, quædam mercium appulerant, intra cathenas ſiſtunt, ut aditu regiam claſſem excluderent, ne intra portum ueniret. Is enim ad urbem patet ſtadijs octuaginta, & in continentem ſe porrigit ſtadijs centum & quinquaginta. Vrbis quidem illius mœnia haud admodum firma ſunt, nec admodum magna flumina habet, ut naues aduenientes periclitentur. Quà uerò urbs ſpectat continentem, muros habet duos firmiſſimos. Vnus magnus & memorabilis eſt: alter extrà ſitus eſt, uerùm præcedenti minor, foſſam ſubiectam habens latitudine iugeri, lapidibus extructam. Rex cum Græcis deliberabat, ubĩ nam reſiſtendum eſſet hoſti. Tandem uiſum eſt, ut irent in exteriorem murum, qui foſſa munitus erat, & repugnarent hoſti, quemadmodum fecerant, cum Amurates Byzantium oppugnauerat. Rex Mechmetes continuò machinas plurimas urbi admouit. Bombardas duas expediebat, quibus mœnia ſterneret. Vnam oppoſuerat regali Græcorum palatio: alteram direxerat in Romani nominatam portam, ad quam regis caſtra erant. Erant autem bombardæ per caſtra undique diſperſæ, quæ globulos in Græcos iactabant. Bombardæ quas rex habebat, duæ maximæ, emittebant lapidem qui appendebat † talenta duo, aut amplius. Lapides hi nigri erant, & apportabantur ab Euxino ponto per eos quibus rex id negocij dederat. Bombardarius regis nomine Orbanus genere Dacus erat, & antea conuerſatus erat cum Græcis. Deinde relinquens Græcos inopia rei familiaris, acceſſerat Ianuas regis. Hic ab rege conductus, magno precio bombardas parabat. Ea autem tempeſtate,

Annonæ ratio apud Turcos.

Cathenæ ferreæ apud Byzantium, & portus Conſtantinopolitani deſcriptio.

De obſidione deliberatio.

† ultra centũ libras.

Vrbanus magiſter bombardarum Valachus.

qua Byzantium oppugnabatur, bombardæ duæ, quæ ſtabant ab utroq; latere maioris bõbardæ, incendebantur. Hę emittebant lapidẽ cuius pondus erat dimidium talentum †. Hæ itaque cum globos ſuos torquerent, muri lapides perfringebant. Eos deinde ſequebatur bombarda maxima, quæ torquebat globum cuius pondus continebat tria circiter talenta, & magnam muri partem ſternebat. Nam is globus mirum in modum magno impetu latus, grauiter omnia diſsipabat. Bombardæ huius tonitru tantum eſſe traditum eſt, ut finitima regio uſque ad quadraginta ſtadia concuteretur. Murus externus, nec non turres bombardis diſijciebantur. Etiam internus murus bombardis arietabatur. Bombarda maxima interdiu ſeptẽ eiaculabatur globos, noctu unum, qui diei ſignum erat: & indicabat ubi'nam eo die globos torqueri oporteret. Et quidem primò terror inijciebatur Gręcis maximus. At peregrini & reliquus exercitus parantes tegmenta & pluteos ex luto rubro & albo pro caſtris, ſubibant murum, & ingrediebantur foſſam urbis, ſatis muniti & tecti ijs tegmentis. Præterea perfodientes eum locum qui extra foſſam erat, faciebant foramina, ex quibus bombardarum globulis & ſagittis grauiter afflixere Græcos, cum interim ipſi nihil mali ab his paterentur, nec quoq; uideri poſſent. Nam ne nocere quidẽ Turcis Græci, & ſi maximè noluiſſent, poterant. Rex quoq; curauit effodi cuniculos, qui in urbem ferrent. Foſſores, qui cuniculos agebant, excitarunt turres quatuor excelſas, quæ inſiſtebant machinis ligneis, & alia propugnacula, ex quibus illicò ignem iacularentur in hoſtem. Cuniculi tamen haud proſperum inuenere euentum. Nam Græci, ut ſenſere hoſtem cuniculos agere, fodiendo Turcis occurrerunt: eosq; iniecto igne expulere cuniculis, cuniculosq; obtinuere. Turci parabãt turrim ligneam excelſam admodũ. In ſuprema eius parte ponebant ſcalę plurimæ, quaſi iſto propugnaculo freti, murũ tẽtare & ſuperare uellent. Hæc quidẽ in continenti fiebãt, ſi quo modo tandem urbis oppugnatio procederet. Quo pacto autem urbs illa mari oppugnari cœpta ſit, nũc exponã. Cũ nõ poſſet naues à mari appellere intra portũ, ut urbs ſimul terra mariq; oppugnationem ſuſtineret, ſtatuit ſuprà, iuxta Zogani caſtra, nauigia reflectere, ibiq; ea quaſi munimentũ cõtra portum collocare. Et hic quidẽ in ſuperiore parte per montem nauigia trãſportauit, quę uelis remisq; inſtructa, in litus portus egit. In hũc modũ naues tranſmiſit ſeptuaginta, nec non alias naues, quę tribus & quæ quinq; impellunt remis. Omnia ſic erant ordinata, quaſi in craſtinum intra portum nauigare uellẽt. In litore ſtabant milites parati propulſare hoſtes bombardis, ſi accederent, prohibituri deducere naues. Græci ubi animaduerterunt naues hoſtiles in litore portus ſtare, naues quotquot ad manus erant, militibus impleuerunt, conantes accedere, & regis naues incendere. Græci, ubi primùm hæc ſententia recepta eſt, id facere aggreſsi ſunt. Implentes itaque nauigia armatis, profecti ſunt, ut comburerent naues regis in portu ſtantes. Turci ut intellexerunt Græcos accedere, bombardas arripientes, naues Græcorum duas corruperunt, quæ continuò mergebantur. Viri qui natare neſciebant, à Turcis capti ſunt. Turci ubi primùm dies apparuit, captiuos ad urbis portas adductos, in Græcorum conſpectu mactarunt. Erant & apud Græcos quidam Turci, qui in uinculis aſſeruabantur. Græci igitur hos in pinnas muri rapientes, eregione hoſtilium caſtrorum interemerunt. Et in hunc modum captiuorũ cędes cõpenſata eſt. Naues regiæ, cum nemo eſſet qui eas prohiberet, nauigarũt ad urbem. Quò cum appuliſſent, rex illicò pontem fecit eregione continentis, quæ Ceramariorũ appellatur. Is in urbẽ ferebat, & extructus erat ex dolijs, quorũ ſemper duo coniungebant, & fortiter connectebant. Per eum ex Zogani caſtris ad urbem iter erat. Et quidẽ in hunc modum contigit, ut urbs omni à parte obſidione arctaretur. Copiæ quoque Gręcorum ſubinde infirmiores reddebantur, cuius cauſa erat urbis amplitudo. Ambitus enim huius urbis maximus eſt earum quæ apud nos ſunt urbium. Continet enim in circuitu centum & undecim ſtadia. Quum autem milites undique per urbem diſtribuerentur, accidit ut minus munita foret, cum exercitus in hunc modum diſtraheretur. Iam quadraginta dieb. murus bombardis fortiter quaſſatus erat. Ceciderant turres quatuor, nec non alia propugnacula, muriq; pars magna. Corruerant præterea turres maioris muri bõbardis ictę. Gręci quidem primò & ipſi bombardas ſuas expediebant, easq; in hoſtem dirigebant. Græcorum bombardæ emittebant globum, cuius pondus erat talentum cum dimidio. Harum unam opponebant Mechmetis bõbardæ maximæ. Verùm quando globum eiaculabatur, tantus edebatur ſonus, ut mœnia mouerent, Græcisq; plus detrimenti quàm Turcis inferret. Quapropter parum efficiebant. Bombarda eñ, quam habebant, maxima, ubi primùm incenſa eſt, diſſiluit. Hinc irati contra bombardarium inſurrexerunt, quaſi muneribus ab Mechmete corruptum, eumq; capitis anquirebãt. Cum autem nullum ſatis manifeſtum ſignum, quo crimen comprobaretur, inuenirent, crimine eum abſoluerunt, atque impunitum dimiſere. Mœnia, quæ Turci bombardis ſtrauerant, noctu ſcalis quibuſdam & dolijs obſtructes, reficiebant ſumma celeritate. Interea cum hæc fierent, nunciatur Mechmeti, duas naues onerarias ex Aegeo nauigare Byzantiũ.

una

† quinquaginta libræ.

Conſtantinopolis oppugnatio.

Cuniculis urbem ſuffodere conati fruſtrãtur.

Oppugnatio maritima.

Conſtant. urbis amplitudo.

Naues ſubſidiariæ.

una quidem, & quæ magnitudine præſtabat, Ianuenſium erat: altera uerò erat regis Græcorum, commeatum adportans. Hæc ubi accepit rex, cõtinuò triremes & alias naues militibus compleri iubet, quas miſit contra hoſtiles naues, in propinquo exiſtentes: quia ſatis ſecundo uento ferebantur in urbem. Regiæ naues & triremes pergunt quò iuſſæ erant. Primoq́ Græcam adoriuntur nauem, quæ propemodum capta fuiſſet, ni Ianuenſium nauis reuerſa laboranti naui ſubſidio ueniſſet. nam maximo impetu ruebat in regias triremes. Rex ex littore inclamabat ſuos, eosq́ iubendo & adhortando quo magis accenderet, interdum equo ingrediebatur mare. Verùm Græcorum naues inuiolatæ optatum contigere portum. At in eo certamine uulneratur oculus regij nauarchi, cui nomen erat Pantogles, à ſuis, ut ipſe teſtatus eſt coram rege: & manifeſtò aſſeuerabat, ni uulnere fuiſſet impeditus, ſe facilè naues in ditionẽ potuiſſe accipere. Cum ſic factum excuſaret, ſuppliciũ quod minitabatur rex, euaſit. Eos autem quos ſuſpectos habebat rex, capi & in uincula duci iubet, quaſi expetiturus pœnas. Murus cum iam ſatis eſſet diſiectus, peregriniq́ facilè penetrarent in urbẽ, iuſsit ignes ſolitos undiq́ per caſtra fieri. Cætera quoq́ ita inſtruebat, quaſi q tertio ab eo die ui irrupturus eſſet in urbem. Miſſo itaq́ pręcone in caſtris, pnunciat ſe urbis prędam & mancipia militib. cõceſſurum. Interea quũ hæc parabãtur, & murus bombardarũ impetu iam dirutus eſſet, Scenderis, qui Sinopem regebat, filius, nomine Iſmael, ad Græcos abijt, & cum eis in hunc modum orationem habuit. conabatur enim Græcos ad fœdera ſancienda cũ rege perpellere: Res ueſtrę, uiri Gręci, in ſummo diſcrimine nunc uerſanť. Quare non mittitis legatum ad regem, petitum pacem? Si mihi uultis negocium iſtud cõmittere, facilè eò inclinabo regis animum ut uobiſcum fœdus feriat. Nam nõ dubito, quin gratiam maximam ſitis relaturi ei qui illud uobis effecerit. Et ni quamprimùm fœdus interuenerit, urbs ueſtra fœdiſsimè diripietur, & uos ad internicionem omnes miſerabilem in modum peribitis. Vxores & liberi ueſtri in mancipiorum numerũ referẽtur, & in calamitatem deuoluemini intolerandã. Mittite igitur, mora omnis abſit, legatum ad regem, & pacem uobis conficiam. Hæc loquutus eſt Iſmael Gręcis. Deinde conſilia in unum conferentibus, uiſum eſt ut legatus abiret ad Mechmetem, tentaturus ſententiã regis, quam ſuper Græcis iam mente concepiſſet. Is autem qui ad regem legatus ire iuſſus erat, haud erat uir admodũ illuſtris, & claro genere natus. Quem, cum ueniſſet ad ianuas regis, opera Iſmaelis, rex iuſsit renunciare Gręcis, ut tributi nomine quotannis decem myriades aureorum numerent, Sin aũt conditio hæc ipſis impoſsibilis uiſa fuerit, abeant relinquentes urbem ſinguli cum bonis ſuis quòcunq́ uoluerint. Sententia Mechmetis ut propoſita eſt Gręcis, ad conſultationem uertunť. Tandem multis ultrò citroq́ dictis, ea ſententia uicit, cuius tenor erat: magis repugnandũ eſſe hoſti, quamuis ingens diſcrimen ſe oſtentet, quàm ignauiã imbellẽ ſequi: & nullo cõmiſſo prælio abnauigare, deſerentes urbem. Ego exiſtimo legatum Gręcorũ cum huiuſmodi reſponſo ab Mechmete ad Græcos dimiſſum, ut eorũ animos tentaret. Nam cum foſſas eorum cerneret uſq́ fieri ad repugnandũ inhabiles, conabatur explorare, quę nam Græcorum in præſenti diſcrimine eſſet ſentẽtia: præterea num res eorũ adhuc aliquid roboris ſiue firmitatis haberẽt. At Gręci in hunc modum quem diximus, ſe gerebant. Rex, cum omnia ad oppugnationem ſatis inſtructa & parata forent, cõuocans peregrinos, eos ſic alloquutus eſt: Viri peregrini, meiq́ filij, qui ſemper rem pręclarè geritis, quocunq́ belli tempeſtatẽ uertero, in uobis certò ſitum eſt, ut urbs illa occupeť. Scitis, cum ſententiã uos interrogarẽ, ꝙ reſpondiſtis urbẽ captu eſſe facilem, ſi ſaltem muri ſternerenť. Circunductos igitur uos interrogaui, ſi ſatis iam muri diſsipati uideantur. Tantum igitur muri, quantum ſatis apparebat uobis, bombardarũ impetu corruerat. Nunc itaq́ cum tẽpus poſtulet ut oppugnationem urbis occipiamus, hæc uobis proponere uolui. Vos qui ubiq́ cùm apud me, tum apud maiores noſtros ſemper plurimum laudis & gloriæ rebus fortiter geſtis inueniſtis, rogo Græcorũ regnum parare uelitis. Haud uos præterit, quot nobis in Europa Aſiáque præfecturæ ſint. Harum & pulcherrimam & optimã ei dabo, qui primus in ſupremũ murũ euaſerit. Eundemq́ pro dignitate honorare nõ ceſſabo. Hanc aũt ei gratiã referã, ut à me accipiat principatum opulentũ: & ſedulò annitar, ut plurimũ ab noſtri generis hominib. honoretur, & celebretur. Porrò ſi reſciuero, dum oppugnatio feruet, aliquem in tẽtorijs manere, & muri oppugnationẽ refugere, is pfectò, etſi inſtar uolucris alas haberet, nunquam noſtras, quo minus ſupplicũ det, effugiet manus. Ite igitur, pugnã iſtam & pulcherrimam & opulentiſsimã capeſsite. Nam manẽt uos, quorũ potiemini, in urbe iſta mancipia plurima & precioſa, mulieres & liberi, diuitiæq́ plurimæ. Hæc dicentẽ decuriones & manipulorum ductores, qui aſcenſum muri, qua parte irrupturi erant, deijci bombardis iuſſerant, regem bono animo eſſe iubent, ut qui in urbem citra omnem tergiuerſationem ſint procurſuri. Petebant autem ut rex ipſis hanc gratiam rependeret. In uincula duci pręceperat rex uiros, quos ſuſpicabatur uictorię naualis impediendæ gratia gubernatoris oculum uulneraſſe. Hos uinculis eximi, & impunitos dimitti flagitabant. Rex peregrino-

Pantogles.

Orator Turcorum ad deditionẽ hortatur.

Legatio Græc. ad Turcam.

Mechmetis aſtus.

Mechmetis ad ſuos oratio.

rum preces haud eſt auerſatus: uerùm ut ijs rem gratam faceret, captiuos carcere emiſit. Interea cum iam tempus, quo oppugnationem auſpicaturus erat, inſtaret, per caſtra edici iubet, ſe in craſtinum matutino tempore oppugnaturum urbem. Pronunciat munera & dona ei qui in iſta oppugnatione ſe optimè geſſerit: illi autem qui ſe prælio ſubtraxerit, capitale ſupplicium præmium fore edicit.

Zychides, Turcorum ſacrificuli.

Zychides in caſtra progreſsi, in memoriam redigebant Turcis gloriam, qua hactenus claruiſſent. Præterea dicebant, Heroa ijs qui in prælijs occumberent, ſempiternam polliceri beatitudinem. Commemorabãt & alia, ut gens illa aſſolet.

Ioannes Iuſtinianus Longus.

Græci uirum Ianuenſem, qui auxilio uenerat cum naue maxima & trecentis armatis, eo loci cum ſuis conſiſtere iubent, ubi rex & peregrini irruptionẽ facturi erant. Ibi ſtantẽ cum ſuis armatis uim hoſtilem amoliri uolebãt. Haud procul aberat rex Græcorum cum ſuis, ut quàm fortiſsimè hoſtes propulſaret. Etiam Cardinalis Iſidorus Sarmatarũ antiſtes, cuius antè meminimus, Græcis, penes quos ea tempeſtate erat, auxilio fuit. Aderat enim ut ſynodum congregaret, & Romano pontifici Gręcos reconciliaret. Hæc quidem paulo antè confecerat. At Græcis illa cum Romanis recõciliatio nimis ſera extitit.

4. Calend. Iulij 1453. die Martis, capta Conſtantinopolis, 54. die obſidionis. Aliter Sabell. lib. 6. Enn. 10. qui factũ ait 1452.

Rex Mechmetes cum tẽpus iam adueniſſet (erat autem Martis dies) ut oppugnationem uniuerſis copijs aggrederetur, cymbala, cornua, tubaſq; canere iubet. Signumq; occipiendę oppugnationis dedit: & urbem ſummo mane fortiter oppugnabant: irruenteſq; in urbem præliabant magna uirtute. In eo muro qui portum ſpectat, Græci fortiſsimè reſiſtebant, Turcoſq; magnanimiter expellebant. Etiam capita quorundam, qui ſcalis admotis murum ſuperare conabantur, amputata de muro deuoluebantur, cum Græci ſumma ui mœnia defenſarent. Ea parte qua rex cum peregrinorũ manu irruptionem fecit, Ianuenſes armati ui ſubmoti ſunt. Longus horum dux uulneratus eſt manum, ictus bõbardæ globulo. Reliqui armati haud manſere à uulneribus intacti. Deſerentes igitur locum quem occupauerant, Ianuenſes in fugam uertuntur, quos fugientes cædebant Turci. Longus dux cedebat: cum ſequebantur armati, quos hoſtili animo inſequebantur Turci. Rex Græcorum ut accepit Ianuenſes ceſsiſſe loco, quem defendendũ ſuſceperant, & fugam inire, accurrens citato gradu, Longum percunctatur, quònam abiret? Cui Longus reſpondit, eà quà Turcis Deus ipſe iter aperit. Verùm rex Græcorum ad Cantacuzenum & alios paucos conuerſus, dixit: Eamus ô uiri forti animo contra barbaros iſtos.

Cantacuzeni Imp. mors

Cantacuzenus, cum fuiſſet uir optimus, in eo prę lio mortem oppetijt. At rex Gręcorum Conſtantinus in fugam cõiectus eſt, hoſteſq; continuò inſequentes eius humerũ uulnerarunt: atq; mortuus eſt. Reliqui Gręci ubi conſpicati ſunt peregrinos ad magnum murum curſitare, miſsilia & ſagittas & lapides de ſupernis torquere: præterea Longum cum ſuis armatis in fugam effundi, & inſequi fortiter peregrinos: nec ipſi dubitarunt fugam arripere, cum ſinguli extra murum ſe iactare cuperẽt, ut euaderent hoſtium manus. Cum fuga celeri eſſent delati ad Romani nuncupatã portam, impediti affluenti undiq; hominum turba, humi cadebant. Deinde alij accedentes per iacentes incedebant. In hunc modũ aſcendentes in eos qui ceciderãt, ſtudio tranſeundi magnum fecerunt aceruum hominum, adeò ut nullus eà elabi poſſet. At ſic nullo reſpectu habito, periere plurimi, cum alius aliũ fuga præuenire feſtinaret, & in miſerabile hoc ueniebant ſpectaculum. Portæ quoque claudebantur oppletæ corporibus Gręcorũ, cum per ea exitum quærerent uadentes. Peregrini muro magno ſuperato (nam & huius partem bombarda maxima diruerat) eà ruebant in urbem, quam diripiebant, euntes quà cuiq; liberum erat, nemine prohibente.

Expugnatur Conſtantinopolis.

Græci quidam, ubi primùm fama captam eſſe urbem uolabat, fuga ferebantur in portũ ad Venetorum & Ianuenſium naues. Plurimi naues cum ſumma celeritate ingreſsi intercidebant, nauibus alto merſis. Eaq; contingere uidebantur quæ contingere ſolent in eiuſmodi turbis, cum omnes nullo ornatu nullóque ordine ſuſque deque currerent, ut ſemetipſos ſeruarẽt tutos ab imminẽti periculo. Et hi quidem Turcorum manus euitarunt. At urbis ianitores ignorantia & inſcitia infelice uſi, cum cernerent Græcos conuerſos in fugam, ad naues properare, & impetu in eos qui ſalutem conſequerentur ruere, putabant, ſi eos clauderẽt intra urbem, fore ut cogerentur redire & redintegrare præliũ cum hoſte: id conſilij ſuggerebat oraculum quoddam in urbe decantatum, fore uidelicet ut cum hoſtes ueniſſent uſque ad ciuitatis locum Tauri dictum, & oppidanos perſequerentur, oppidanos tum cõuerſos, neceſsitate ſic urgente, hoſtem expulſuros, urbemq; fortiter retenturos. Huic oraculo arbitror fidem accommodãtes ianitores, claues de muro extra urbem iactaſſe. Cum aũt turba magna uirorũ & mulierum huc conflueret, tandẽ contendebant ad maximum urbis templum ſanctæ Sophiæ dictum. Huc congregabantur uiri pariter & mulieres, liberiq;. Nec multo pòſt capti ſunt à Turcis citra pręliũ, plurimiq; uiri intra templum à Turcis trucidati ſunt. Reliqui Græci per urbem fuga diſsipati, quò ſe uerterent, ut effugerent præſens diſcrimen, neſciebant. Haud multo pòſt quidam eorum pecorum mora trucidati, quidam capti ſunt. Plurimi Græci cum forent uiri boni, fortiter ciebant prælium, eligentes potius pro patria mori q̃ uidere uxores & liberos prædam fore hoſtiũ.

Theo-

Digitized by Google

Theophilus exortus Palæologorum genere fortiter dimicans, in ea pugna occubuit. Palæologorũ ſocij pater & filij eius, manus conferentes magno animo, cęſi ſunt in eo pręlio. Complures Græci alij, qui latera regis ſtipabant, occiſi ſunt, nequaquã ſuſtinentes uidere patriam in ſeruitutem hoſtium redactam: per uniuerſam urbem plena omnia erant cædentib. & cęſis, fugientibus & perſequentib. Notaræ regis pręfecto & Orchani Mulſumanis nepoti, ut ipſi Gręci indicarunt, hęc acciderũt. Cum audiuiſſent captã eſſe urbem, accurrerunt ad turrim quandã urbis, quaſi hic deliberaturi, an omnes fuga ſibi conſulere deberẽt. Cum in hãc turrim adueniſſent,

† monachi

Orchanis Muſulmani mors.

Orchanes obſitus pãnis cuiuſdã † Nazaræi, ſeipſum præcipitem ex turri dedit, eoq; caſu mortuus eſt.

Leontares, qui & Chir Lucas, captus.

† Notares obſidione circundatus, tãdem in conferta hominũ turba ſimul cum liberis in hoſtium poteſtatem uenit. Peregrini continuò regis caſtra mulieribus & pueris, qui erant Gręcorũ illuſtriũ liberi, repleuerunt: magnasq; inde opes ferẽtes, admodum opulenti facti ſunt. Videre erat regia caſtra plena uiris & mulierib. ſe inuicem uocantib. nec non liberis iſta calamitate admodum attonitis & perculſis. Multum auri argentiq; ex urbe in caſtra portabatur: lapidum precioſorũ copia erat maxima.

Præda ex urbe capta, quibuſdam quater millies millib. ducatis æſtimata. Veneti damnũ paſſi ſunt 50000. Genuenſes 20000. Florent. 20000 Anconitani 15000. ducatorum.

Locus caſtrorũ omnigenis ueſtibus repletus erat, adeò ut uno die ditarentur iſta caſtra admodum inſignium uirorũ diuitiarum & cæteræ felicitatis abundantia, ut dubitarent Turci quo pacto ea rerum omniũ copia frui poſſent. Vendebantur lapides precioſiſsimi paruo precio: quia peregrini eorũ precium ignorabãt. Interdum aurum pro aurichalco peregrini uendebant. In hac rerum turba miſerabili captus eſt Cardinalis Iſidorus † Sarmartarum antiſtes: qui ductus in Galatiam urbem, uenditus eſt, & conſcenſa naui profugit in Peloponneſum.

† Ruſsiæ.

Si rex Turcorum uirum hunc nouiſſet, uidelicet quòd Cardinalis eſſet, certè eum interfeciſſet, nec eum fuga elabi permiſiſſet. Verùm cum eum quoq; inter cæteros occiſum eſſe putaret, nullã eius rationem habebat.

Caput Imp. Mechmeti oblatum.

Poſt hæc quidã caput regis Græcorũ ad regem attulit, & ab eo munera magna, necnõ principatum accepit. Quomodo autem Græcorum rex interierit, peregrinorum nullus explicare potuit. Creditur tamẽ in porta, ſicut & reliqui, expiraſſe: cum regnaſſet annis tribus, & menſibus tribus.

Venere in hoſtium manus uiri Veneti illuſtres, qui mercium gratia Byzantium appulerant: necnon alij plurimi, quos eadem neceſsitas cum triremibus eò pertraxerat. Gręci igitur eos haud abire ſinebant: uerùm in præſenti rerum diſcrimine eos auxiliares adeſſe uolebant.

† Baiulus.

Venetorũ † iudex, qui preſtare uidebatur, ad regem deductus cum eſſet, interfectus eſt. Reliqui deinde dimittebantur. Omnes hinc, etiam qui erant de claſſe regis, accingebantur ad prædam. Venetorum triremes ſolutę ferebantur, hominib. uacuæ, per Helleſpontum: & die tertio † Euiam appellunt.

† Aeginam

Nam plurimos eorum Græci ex nauibus deducentes, diſpoſuerant ad cuſtodiã urbis, per muri pinnas eos collocantes. Verùm capti ſunt: quidam eorum interempti ſunt. Triremes aduenitẽtes, Byzantinam calamitatem nunciant. Omnes quò abirent, parùm ſciebant. Exiſtimabant enim eandem calamitatem quamprimùm ad ipſos peruenturã. Penè omnes quotquot Aegæi maris inſulas incolebant, fugam arripiebant. Græcorũ duces, & omnes qui in Peloponneſo erant, iſta calamitate territi, feſtinabant ad mare.

Quapropter poſtea accidit, ut Albani, qui in ea erant, ad defectionem properarent. Rex quidem occupato Byzantio, Zoganum affinem ſuum naues adaptare iuſsit, & pergere in urbem Galatiam e regionè ſitam: & imperare, ne ad naues pergant. præterea edici iubet ijs qui intra urbem erant, ut ſinguli in ſuo loco quieti manerent, nec paterent quenquã conſcendere naues. princeps enim huius ciuitis ubi cõperit Byzantium in poteſtatem ueniſſe hoſtium, timẽs ne ſimile exitium ſe ſuósque raperet, accipiẽs urbis claues, ueniensq; ad regem, ſeq; urbemq; & ciues eius fidei cõmiſit: promiſitq; in poſterũ ſe ſuosq; fideliter & obedienter ſub ipſo fore.

Pera capta.

Quapropter rex miſit Zoganum, ut urbem in fidem acciperet, & nulli concederet intrare naues. Verùm eius urbis ciues, ubi uidiſſent triremes regias accedere, omnes uno impetu & confertim cœperunt irruere in naues. At Turci retinebant eos, & ut cæteris metum inijcerent, quoſdã trucidarunt. Zoganus cum aduenisſet, urbem ingreſſus eſt: & rempublicam ordinans, regium præfectum urbi præfecit.

Mœnia Peræ deiecta.

Vno itaque die duarum urbium potitus eſt. alteram fœdè diripuit, alteram in fidem ſuſcepit: eius' que incolas, muros qui continentem ſpectant, diruere iuſsit. Id autem ea gratia imperabatur, ne ſi naues ab Italia aduenirent, ad defectionem propenderent: quam muri deſtructi uetabant. præterea ut ea urbs, ſi denuò ingrueret bellũ, regi aduenienti patêret. Græci, quotquot exitium euaſerant, abducebãt Galatiam, & libertatem recipiebãt. Hi erant uiri præ cęteris maximè illuſtres.

Leontares redemptus.

Notaram regis Græcorum primarium iudicem cum uxore & liberis redemit Turcorũ rex: & cum eo colloquutus, permiſit ei ut ubi uellet, cum ſuis habitaret. Hic autem expectabat auxiliũ ab Italia, quod breui affuturum arbitrabat̃. interim tamẽ Byzantij cum rege manſit.

Libertate donati rurſum cæſi, & cur.

Quidam Græci qui erant libertatem conſecuti, & præſenti exitio ſubtracti, iterum colligebantur Byzantium, propinquos & amicos eorum in libertatem antiquam aſſerentes. Verùm haud multo pòſt regis iuſſu omnes interiere.

quod

quod quidem ſic eueniſſe compertũ eſt. Vbi eſt rumore allatum ad regem, Notaræ eſſe filium natum annos circiter duodecim, unum de ſuis pincernis miſit petitum puerum. Notaras poſtquàm accepit ex pincerna regis uoluntatem, grauiter ira ſucceſſus eſt, ſibiq́ eam petitionẽ admodũ periculoſam & intolerandam fore iudicabat. & ſic cõpellauit pincernam regium: O' pincerna, haud ferẽdum eſt, regem mihi liberos uelle eripere, cum nihil ſit quod crimini det, cum ſemel errorẽ remiſerit. Sin autem id fixum ratumq́ ſedet in animo regis, quare non imperat, ut nos turpiſsimæ morti liberos noſtros tradamus? Hæc loquutus, addidit, Se nequaquam filium regi petenti daturum, cum nullam in ipſum commiſerit culpam. Pincernæ autem adhortanti & monenti, ne talia & diceret, & faceret in regem, quaſi illicò periturus: non obtemperauit. Pincerna igitur reuerſus ad regem, reſponſum quod ab Notara acceperat, exprõpſit. Rex iratus, præcepit ut Notaram cum liberis, quos ſecum haberet, continuò abducerent, & neci darent. Hos, quib. id negocij iniunctum erat, cum aduenilſent, rogauit Notaras, ut primò liberos in conſpectu ſuo occiderent, & poſtremò in ſe hoſtili ferro ruerẽt. At filij timentes mortem, precibus fatigabãt patrem, ut interfectoribus opes uniuerſas quas in Italia haberet, pernumeraret, ne ipſi perimerentur. Verùm pater liberorum preces auerſatus, iuſsit ut forti animo ad imminentem mortem irent. Hi quidem primò interfecti ſunt. Poſteà ſe necandum & ipſe interfectoribus præbuit. His ita peractis, nec reliquis Græcis pepercit rex: uerùm omnes quotquot liberati aderant Byzantij, ad ſupplicium extremum rapi iuſsit. Hi quidem pecorum modo percuſsi, nulla eorum ratione habita, periere. Regem autem in Græcorum cædem concitauit aduena quidam, cuius filiam ardentiſsimo amore proſequebatur rex: & congreſſus cum ea, amore amens propinquis mulieris, quæcunque petijſſent, gratificabatur. Huius itaque patri obtẽperans rex, Græcos mactari iuſsit. Apparet Byzantij exitium miſerabile ſuperaſſe omnia, quæ per uniuerſum orbem contigiſſe ſcimus excidia. Nec diſsimile eſt Ilij excidio. Vltionem Ilij, diruti Byzantij calamitatem quidam credunt, Græcis barbarorum ui pereuntibus. Romani quidem conſtanter aſſeuerant ultionẽ apprehendiſſe Græcos, propter ea quæ barbaris fecerunt in Ilij deſtructione. Hæc quidem hactenus. Rex Chatitem † Priami filiũ comprehendi iubet, cum iam antea eum interficere animo deſtinaſſet. Verùm cum res ſuæ nec dum ſatis firmæ forent, metu inhibitus, eum non cæpit. Cum eum comprehendiſſet, uinctum currui impoſuit, & Adrianopolim uehi iuſsit, ut ibi in uinculis aſſeruaretur. Nec multo pòſt bonis omnibus, auro & argento,

Leontaris cædes.

Græcorum miſera cædes.

† Carambei

Hali Baſſa, captus expiatur.

quantum poſsidebat, eum exuit. Nam uir ille opibus cumulandis admodum inhiauerat: diuitijsq́ omnes, quotquot in regia erant, lõgè antecedebat. Hæc contigere, cum plurimùm polleret apud regem Zoganus regius affinis: cuius filiam deſponſam Machumeti Michaelis filio, cũ iret unà cum rege uiſum, amore perculſus, ut eam uidit, uxorem duxit. Alteram uerò Mechmeti deſpondit Zoganus. Et quidem tum ſtatim Chatitem necauit, miniſtróſque eius captos Iagupem & Mechmetem ſpoliauit opibus. aureorum aũt erãt duodecim myriades. Miniſtri Chatitis, quorũ cõplures erãt, pullati obambulare uolebãt, ut lugerẽt eũ, quaſi uir bonus fuiſſet. Verùm ubi rex id cõperit, cõtinuò per præconem edici iubet: Si quis in craſtinum diem atro amictu uſus fuerit, is continuò in Ianuas regis accedat. Cęterùm nullus, contra edictũ regis, pullatus apparuit. Rex iam antea indicia haud obſcura præbuerat, ſe uirum iſtum odiſſe. Idem loquebatur fama, quæ plerunq; diuinatio eſſe conſueuit. Cum quondam uulpes ligata eſſet in Ianuis, rex dixiſſe fertur: O' miſera, quare non opibus Chatitem noſtrum præfectum corrupiſti, ut effugeres, uerùm adeò miſerabiliter hîc agis? Fama nõnihil & Chatitẽ perterruit. Profectus eſt ergo peregrè, ut Mechmetis ſepulchrũ uiſeret, ſperans fore ut interim regis furor frangeret. Rex aũt aſtu uirũ circũuenit, haud ceſſans eum opib. colere. Quondam cum rex cerneret Chatitẽ fama uulgi perturbatum, pecuniam ei miſit multam, dicens: Bono ſis animo, nec facilè audias illos qui neſcio quæ horrenda tibi augurantur. Fac bono animo ſis. Chatites in hunc modum deceptus, nuncium ad regem miſit, dicens: O' rex, in te ſitum eſt ut & doleamus, & gaudeamus. Si igitur dolere iubes, neceſſitas urget ut id faciamus: ſin autem gaudiũ imperaueris, gaudio maximè indulgendum eſt, ac læto nos animo eſſe oportet. Verùm Chatites, quemadmodum expoſuimus, mortuus eſt. Rex capto Byzantio, gloria inſoleſcens & ſuperbiens, ubique magna efficiebat, & regnum ſuum uſque promouebat, plurimis regionib. in ditionem acceptis. Miror autem ſi qui fuerint, qui Sibyllinis oraculis fidem non habuerint, cum Byzancenæ regionis regum catalogus ab Leone (ut aiunt) ſapiente rege conſcriptus, in hunc regem, & in patriarcham Florentiæ Tyrrhenorum mortuum, exeat. Nam nec Cõſtantinum regem, ut qui à barbaris eſſet perẽptus, nec in regia defunctus, nec Gregorium in Italiam abeuntem, tabula illa accipiebat. Loca autem regũ in iſta tabula, qui ſuo tempore fuerunt, nec non partriarcharum, ſiue paucorum, ſiue cõplurium, qui ad urbis eius patriarchatũ peruenere, interciſa ſunt uſque ad iſtum regem, & ad iſtum patriarcham. Extant & alia regis huius opera memorabilia, ut qui phyſices & aſtrono-

Hali Baſſæ cædes.

Hali Baſſæ interitus prodigia.

Sibyllina oracula.

Is in Actis cõcilij Florentini Ioſephus uocatur.

Digitized by Google

aſtronomiæ fuerit peritiſsimus, earumq́ potentias exactè tenuerit. Sunt autem duo aut tria, quorum ut recordemur, operæprecium eſt. Verùm in ſequentibus memorabuntur. Cum Peloponneſiaci duces pararent fugere in Italiam, adhibitis & Grecorum clariſsimis, rex Mechmetes cum ijs fœdera ſanxit. Quo facto, cœptam fugam omiſere. Manentes itaque, in grandem prouoluti ſunt calamitatem. Nam Albani cum cernerent eos paratos ad fugam, naues abs terra moliri & ſoluere, dicto amplius audientes eſſe recuſabant: & inter ſeſe conſpirant, quaſi Peloponneſum ſuæ ditionis facturi. Eius conſilij autor & inſtigator erat Petrus Claudus, uir improbus, & parum dextris moribus præditus. Is non intermittebat ad defectionem impellere Albanos. Inſtabat uſque, ut à Græcis deſciſcerent, ſibiq́ quem elegiſſent, principem crearent. Primò quidem Albani rem audiebant, quaſi qui uellent ſuis principibus obtemperare: poſtea uerò animos mutarũt, cum etiam alij quidam Græci ad eandem rem capeſſendam Albanos incitarent, ducemq́ creari uellent. Tandem Emanuelem natum ex genere Cantacuzenorum, ducem conſtituunt, resq́ Græcorum agunt feruntq́: & bellum occipiẽtes, iumenta pecoraq́ quæ Græci habebant, diripere haud abſtiterunt. Albani autem omnes paſtores ſunt, & nullibi certis ſedibus morantur. Hinc itaq́ profecti, urbium domos occupabant: & accurrentes, quaſdam obſidebant, quaſdam expugnantes diripiebant. Cum Græcos mancipiorum loco ducerent, & planiſsimè contemnerent, ſcripſerunt ad Ianuas regis, promittentes, urbes & exercitus Peloponneſiacos in regis poteſtate fore, ſi ipſi Peloponeſum tradidiſſet. Pollicebantur ſe quotannis tributum magnum regi penſuros. Albanos adiutabant Centerion Zacharias, frater mulieris eius quam duxerat regis frater: & Lucanes. Hos adductos in urbem Chlumetiam, in carcerem, qui in arce erat, uinctos coniecit. Albani ciuitatis prefectum promiſsis accendentes, perſuaſerunt ut in ipſorum partes abiret, & deficeret, Centerionisq́ filiã duceret, uirosq́ captos uinculis eximeret. & propalàm bellum cum Græcis gerebant.

Albanorum defectio.

Emanuel Cantacuzenus Alban. dux

Zacharias Centerio.

Centerionem quidem regis frater Thomas ideo in uincula duci iuſſerat, quòd cum Amurates Mechmetis Iſthmum deſtrueret, ipſe rectà ex Peloponneſo in Achaiam ſe recepiſſet. Ad defectionem inclinabat ipſe, necnon Bochales Leontares princeps. Et quidem Bochales apertè defecit, & propalàm bellum gerebat: & conſerens manus cum Raule principis duce, captus eſt: captóque oculi eruti ſunt. Hos quidem in hunc modum accuſans, in carcerem coniecit: Centerionem uidelicet, quòd deſeruiſſet Peloponneſum, Amurate Iſthmum diruente: Lucanem autem, quòd res nouas moliretur, & conſpiratione faceret cum his Græcis qui Peloponneſi ſtatum, nouarum rerum cupidi, conturbarent. Concitauerat uir iſte iam antea ad cõiurationem faciendam Græcos inſigniores, necnon Albanos potentiſsimos, adeò ut iam uires coniurationis eſſent haud pœnitendæ. Hunc cum eſſet ortus genere non malo, ſed maximè obſcuro, cum uideretur optima eſſe indole præditus, & cætera non imprudens, Theodorus iunior Spartæ princeps in eorum album retulit, qui primi apud ipſum habebantur: opibusq́ eum colere haud ceſſauit. Ab hac igitur principis munificentia progreſſus, Græcos illuſtres in ſeditionem præcipitauit, & Peloponneſi res in ipſum, captando auram popularem, conuertit. Simulabat autem ſe diſsidere à ſententia Græcorum Byzantiorum, & timere plurimùm ipſis, regioni'que. Dicebat ſe & † leges timere. Nam ſi obtinuiſſent Peloponneſi res, fore ut deijcerentur ex præſenti rerum felicitate, plurimùm momẽti in eo ſitum putabat, ut cum aliquo, quocunq́ tãdem, conſpiraſſet princ:pe. Res autem Peloponneſiacæ nihil ſani præ ſe ferebant. Exercitum itaq́ ducentes contra Clinam, recedebãt uicti admodum turpiter. Deinde expeditionem ſumebant aduerſus Patras Achaiæ, & ducem iuniorem. Necnon in hac expeditione aduerſis fortunæ procellis iactati ſunt, plurimis de ſuis amiſsis. Et profectò parum abfuerat, quin res Peloponneſi translatæ eſſent ad Albanos, ni Aſanes profectus in Ianuas regis ab eo exercitum impetraſſet. Aduenit autem regius exercitus, cui præerat Turachanes. Hic ut uenit cum exercitu in Peloponneſum, colloquutus eſt cum principibus, ut conſultarent, quomodo bellum adminiſtrandum eſſet, & huiuſcemodi orationem exorſus eſt: O Græcorum regis filij, oportet quidem ueſtrûm quoſdam hîc adeſſe in bello. Nam ubi uos uiderint hoſtes, citius ad uos pergent, ſcientes ſe nihil mali à uobis paſſuros. Nos enim, qui hoſtes eorũ ſumus, ubi cõſpicati fuerint, accedere ad nos recuſabunt formidine occupati. Huic meo conſilio ſi parueritis, rebus in præſentia ex animi ſententia utemini. Hoc autem diligẽter moneo, & hortor etiam, ne deinceps ueſtros ſubditos, quemadmodum hactenus, tractare uelitis. Verùm bonis benefacere ne ceſſaueritis, malos uerò pœnis ſubdere ne omiſeritis, & utrinque maxima cura & indefeſſo ſtudio hoc agite. Nam ſi boni uos adiuuerint (iuuabũt autem, ſi beneficia ueſtra ſenſerint) haud difficile erit punire malos. Si igitur malis haud permiſeritis quicquam impunè facere, quid inopinati uobis poterit cõtingere? Manifeſtum eñ eſt, ſi improbi in bonorum ordinem redacti fuerint, facilè omnes eò conuertent qui improbi in uos fuerint. Et in hunc modũ oppreſsi & imminuti peſsimè peribitis. Oportet aũt ab preteritis cõiecturam facere,

† Turcos

Turachanis ad Pelopon. principes oratio.

Subditi quomodo tractandi.

facere,ut id quod in præſentia utile ſit, ſtatuatur. Verùm ueſtri erga uos ſic ſunt adfecti, ut amore complectantur eos qui uos oderunt, & contrarium ſemper ſequantur.Et ni rex ueſtram uicem dolens, uobis ſubſidio ueniret, & regionem propemodum amiſſam redderet,bene ſcio de uobis rebusq́ ueſtris actum eſſet. Cùm igitur rerum experientia doceat, uos haud rectè hactenus rempublicã & principatum adminiſtraſſe,uidetur neceſsitas monere,imò poſtulare, ut porrò aliter ſubditos imperio temperare in animum inducatis. Et illud iterum ſedulus moneo,ne ſinere uelitis, dum domi agitis, res ueſtras ſeditione diſsipari:ſed infeſtis animis ite contra eos, qui ſeditiones excitare nituntur,neque quicquam his ita delinquentibus mollius remiſeritis.

Duo enim illa Turcos ad maximam euexere potentiam, uidelicet diligenter malos conquirere ubicunq; neceſsitas exegiſſet, & meritis ſubdere pœnis:deinde in bonos non ceſſare conferre beneficia. Et ſi quando inſtantia prohibuiſſent, ſontes pœnis ferire, dare ueniam peccantibus haud cunctabantur. Verùm ubi iam omnia eſſent in tuto, nec quicquam periculi immineret, pœnas ijs qui ſic commeruerant, infligebant, nec eos iniurijs certare ſinebant, uerùm iniuriarum ultionem conſtanter expetebant. His dictis, poſtremò eos hortabatur, ut ſe ſequerẽtur in Albanos.

Demetrius Albanos inuadit.

Et primò quidem Demetrius adiunctis Turcis proficiſcebatur contra Borbotanem regionem munitam, in quam Albani cuſtodiæ cauſſa liberos & uxores depoſuerant, in aditu murum & turrim exædificantes.

Borbotane regio.

Eò cum ueniſſent ambo duces, locum obſidione premere occipiunt. Græci Turciq; pariter murũ ſubruentes, ui in eam regionem irruebant, ſi quo modo eam occupare poſſent. At nox ſuperueniens impedimento fuit, quo minus is locus in ditionem hoſtium ueniret. Inſtante autem nocte, per uallem, in quam mons deſinit, fuga dilabuntur Albani. Verùm Turci ubi allatum eſt, hoſtes fugam capeſſere, continuò ſigna inferentes, cæpere uiros & mulieres circiter decem mille. His ita geſtis, exercitum mouerunt Ithomam, Thoma fratre iuniore exercitum uſque mutatis uicibus ſubſequente.

Thomas Demetrij frater.

Hinc exercitus ducitur contra urbem Aetum ſiue Aquilam dictam, quæ non multo antè Centerionis partes ſequuta fuerat: quam in fidem hac conditione receperũt, ſcilicet ut exercitui mille mancipia, arma & iumenta traderent. Poſtea & cæteri Albani in ditionem uenire haud abnuebãt, cum mitterent legatos ad duces, qui dicerent, Albanos paratos eſſe imperata facere, ſi paterentur ipſos habere loca quæ ſubegiſſent: nec cogerentur equos & iumenta, quæ prædando acquiſiuiſſent, reſtituere. Conditiones hæ, quemadmodum duces ſinguli id ſignificarunt, ſunt acceptæ, & ex eo ſinguli ſuis ducibus reconciliati ſunt. Turachanes autem id quærebat,ut res Albanorum infirmiores efficeret,ut in poſterum principes ijs uterentur commodioribus.

Vide aſtum Turcicum.

Hic uir,cum iam adornaret abitum, denuò cum Græcis in colloquium uenit, & in hunc modum diſſeruit: O reges Græcorum,cum nuper apud uos ſermonem haberem,ſatis opinor declaraui, quid, quantum attinet ad res ueſtras,fieri uelim. hoc autem nunc adijcere placuit: ſi concordes fueritis, res ueſtræ in tranquillo & felice quieſcent ſtatu:at ſi diſcordes fueritis,& diſſenſiones moueritis,contrarium eorum quæ in medium adduxi, eueniet. In primis operam date,ne ſubditi ueſtro imperio cõuicijs uos ꝑſcindant,dum alta fruimini pace: uerùm impenſius contumeliarum & iniuriarum auctores punire ne ceſſaueritis. Mali enim principium,quamuis peſsimum ſit,attamen continuò ad magnas procedit contumelias: quæ ubi auctæ fuerint,ſeipſas haud amplius ſuſtinere poſſunt. Itaq; ne quis id bonum cenſuerit. Solet enim id cuius quis amore rapitur, uſque creſcere, & incrementa ſumere, quicquid tamen ingruat. Hęc loquutus, Peloponneſi ducibus dexteram porrigit: quo facto, abijt.

Turachanis ad Græcos oratio.

Stratagema principes ſubditis infeſtos faciendi

Cæterùm longè alia quàm hic præceperat, ſecuti ſunt ſtudia. Nam dum uterque ad ſuos colendos & beneficijs deuinciendos eſſet pronior, uſque diſcordias inter ſeſe fouerunt, dum uterq; ſuos maiore indulgentia habere niteretur, quo eos ſibi magis fidos pararet. Itaque toti ad gratificandum propendebant duces. Quidam apud hos uiri primarij, reliquos ad ſeditionem & coniurationem inſtigabant: quod quidem ideò fiebat, ut diſcordia exoriretur, & illorum concordiam inhiberent. Interim duces his, quaſi malo dæmone incitati, res ſuas miſeri corrumpendas cõmiſere. Lucanes Peloponneſiacus adducens quoſdam Byzantios, Albanos & Peloponſios ad conſpirationem impulit, ut pro ſuo arbitrio, non ducum, reſpub. ſuas adminiſtrarent. Hac coniuratione freti, pergebãt ad Aſanem, cuius auctoritas in Pelopõneſo erat maxima, ut qui Corinthum, necnon modicam Peloponneſi partem regebat. Hic eos nequaquam admittebat, neque quicquam ijs concedebat.

Paleologorũ principũ diſcordia.

Exinde cum Albani & Peloponneſiaci tributum, quod imperatum erat, pernumerare abnuerent: nec Aſanes id ad regem perferre potuit. Tributum autem annuum pendebant duodecim millia aureorum ſtaterum. Quapropter in hunc modum mutuis diſcordijs attriti Græci, paulatim peribãt. Nam propalàm iactabant Albani & Pelopõneſij, ſe tributum non exoluturos, niſi inter ipſos regio uniuerſa æqualiter diuiſa fuiſſet. Oportebat ſanè hæc, cum parum propitia fierent fortuna, ipſis exitium adferre, & planiſsimè ad nihilum redigere. Rex quidem Mechmetes ſecũdam capto Byzantio expeditionem

Græci tributũ recuſant.

contra

†Nouobar cũ, qui & nouus mõs † Morauũ.

contra Tryballos & † Nouopyrgum urbem ſumpſit. Hæc intra regis regionem ſita eſt prope flumen † Morabam, qui fluens à Priſtino regis regione, & huc ueniens in Iſtrum exhauritur. Exercitus regius uniuerſus graſſabatur per Tryballorum regionẽ uniuerſam: equitatus quoqꝫ in hanc emiſſus, prædas rerum omnium confertim agebat. Ipſe autem circumſederat parte copiarum urbem, & ſupino bombardarum iactu grauiſsime, quæ intra eam erãt, adfligebat. Bombardas autem erectas, ſupino iactu lapides in altum torquẽtes, primus rex ille inuenit. Nam bombardæ illæ erectæ, ſiue mortaria, in aerem globum ſublimem iaculantur. Qui deinde delapſus, id penitùs ad quod à bombardario fuerit directus, ſternit & cõminuit. Tanta autem globi certitudo eſt, ut nullo modo aberret à ſcopo, quem bombardarius animo deſtinarit, ꝗuis globus in altum eiectus fuerit. Diebus igitur plurimis Mechmetes oppidanos in hunc modum lædens, tandem eos deditionẽ facere coegit. Vbi ſemetipſos ſuaqꝫ fidei regis tradidere, ipſe ſupellectilem & precioſiſſima quæque accipiens, & partem quandam hominum in mancipiorum conditionẽ transferens, reliquos ibi habitare paſſus eſt: maximè propter metalli opus, cuius in primis iſtius regionis incolæ periti cenſentur. Nec contemnendus regi redditus eſt ex metallis quæ ſunt iuxta iſtam urbem. Tryballorum princeps Georgius cognito contra ſe Mechmetem hoſtili animo pergere, abijt tranſiens in Pannoniam ad Choniatem: ueritus ſi Sendrouiam ueniſſet, ut obſideretur à rege. Rogabat itaque Choniatem, ne ſe amicum & propinquũ desereret, uerùm acerrimè à ui Turcorum aſſereret. Vbi autem Georgius tantũ effecit apud regem ut pax fieret, non multo pòſt expirauit. Succeſsio principatus deuoluebatur ad Eleazarum filium iuniorem. At cæci Stephanus & Georgius continuò ſurripientes pecunias quotquot poterant, uenere ad regem: qui cum his regionem aſsignaret, factum eſt ut uictum nanciſcerentur ſufficientem. pax autem cum eo conuenerat, ut quotannis tributum maximum ferret, uidelicet uiginti millia ſtaterum auri. Eo anno qui ſequebatur, expeditionem contra Belgradum urbem Pannoniæ ſuſcepit. Vrbs hæc, quemadmodum docuimus cum ſcriberemus de Amurate, ab uno latere iuxta Iſtrũ ſita eſt, ab latere altero alluitur Sauo, qui ſe in Iſtrum effundit: ab utroque circumfluitur ea urbs, ſiquidem ambo præter eam labuntur. Contra hanc exercitum duxit Mechmetes Amuratis filius: prius tamen cum parte copiarum contra Illyrios ire iuſsit † Therizem, & Haliem Michaelis filium. Præterea eodem tempore bellum ei erat cum Colchidis rege, qui præerat Trapezunti. Mittens igitur triremes, quarum dux erat Chetyres Amaſiæ præfectus, Colchidem, & maritimam Colchidis regionem euaſtabat. Vbi igitur uoce prꝍconis, quem per uniuerſum regnum miſerat, exercitus ſuos Adrianopolim exciuit, in militiam profectus eſt ipſe, ducens ianuæ milites & peregrinos: & nauibus ſubuehebat, camelisqꝫ portabat æris plurimùm ad bombardas fundendas, iterqꝫ fecit per Tryballorum regionem. Tryballorum dux hoſpitaliter & benignè regem & duces tractauit, mittendo ijs munera maxima. Nam ducem Tryballorum haud fallebat, ſe continuò armis Mechmetis debellandum, ubi primùm in Turcorum ditionem Belgradum conceſsiſſet. Rex igitur hoſtilia ſpirans, exercitibus eam urbem circumſedit. Eſt autem in medio utrorumqꝫ fluminum Iſthmus, latitudine maximè ſeptem ſtadiorum. Eum locum caſtris permuniendis delegit, idem'que urbem oppugnabat, haud ceſſans murum bombardarum globis quaſſare. præterea peregrini cum pluteis præparatis muniti, quum proximè ad murum ſubijſſent, ſagittis Pannones petere haud intermittebant. Caſtra regis maxima erant. Rex autem cogitabat, ſi flumen ſolus obtineret, & Pannones prohiberet, ne ex altera fluminis ripa ipſis aditus in urbem patêret, ſe facilius reſiſtere hoſtibus, & tandem urbe potiri poſſe: proinde copijs naualibus, quæ erant per regionem Iſtro affuſam diſperſæ, naues quæ præſtò erant, impleuit. Naues autem numero erant ducentæ. His fretus, enitebatur obtinere flumẽ, & inhibere Pannones, ne poſſent in urbem tranſgredi. Præterea cum in hũc modum à reliquis intercepiſſet, & quaſi incluſiſſet oppidanos, ad urbis oppugnationẽ, quã facilem ſic fore putabat, totis uiribus accingebatur. Naues in flumen deducebantur ab urbe Bidina, & aliquot diebus flumen, quod eam regionem præterlabitur, fortiter obtinebant. At Pãnonum rex, qui cum magnis copijs caſtra poſuerat in regione quæ ex oppoſito erat, milite complet naues optimas quas Budæ habebat. Et ſecundo flumine pergit contra Turcum, ut qui cum eo nauale prælium eſſet commiſſurus. Regiæ naues contra flumen enifæa: ſcenderant ad maximam Pannoniæ partem uaſtando, urendo, & prædando, quæcunque caſus obtuliſſet. Verùm haud multo pòſt obuiam procedit Pannonum claſsis hoſti: & impetu inuadentes regias naues, quaſdam demerſere, & cꝍpere naues circiter uiginti. Pannones interfectis uiris qui in nauibus fuerant, ædiculas in naues uiris uacuas ponunt: & claſſem uniuerſam in ordines explicantes, ſecundo flumine ad hoſtilia caſtra contendebant. Turci quidem in hunc modum necati interierant. Cꝍterùm naues reliquꝍ, quꝍ nõ uenerant in Pannonũ manus, celeri fuga ad regia caſtra ꝓperant, & naues in portũ ubi regia caſtra erãt, impingentes, & nauibus egredientes, intra caſtra ſe re-

Mortarij inuentio.

Metallorũ artifices retenti.

Spenderbegus legatus.

Belgradum. Griechiſch-Vueyſſeburg, Taurinum ueteribus.

† Tortorẽ.

Colchidẽ inuadit Mechmed.

Belgradum à Turcis obſeſſum 1456. 14.b. Iunij.

cepere. Has quidẽ naues illicò rex incẽdi curauit, ne in Pannonũ poteſtatẽ redigerentur. Pãnones ex eo tempore flumine potiebant̃, & ex cõtinente, quę e regione erat, ferebãtur in urbẽ, ut eam defenderẽt ab hoſtib. In hanc ingrediebat̃ ſtipatus ſuis Choniates: præterea Capiſtranus Nazaræus ſiue monachus, cuius auctoritas in religionis negocio maxima habetur apud Occidẽtales. Nam quia inſignis pietate uir erat, miſſus eſt auctoritate põtificis ad Boemos Pragã urbẽ magnã inhabitantes, qui colebant Apollinẽ, ut eos abnegata iſta impietate in religionẽ Ieſu transferret. Hanc em̃ mira perſuaſione docere nouerat, ut qui eſſet dicẽdi peritiſsimus. Quapropter plurimos Boemos docẽdo cõpulit Chriſti religionẽ aſſumere. Preterea plurimos Germanos, Pãnones & Boemos ad inferenda arma barbaris Chriſti hoſtib. permouit. Et in hunc modũ plurimos ſecũ in hãc expeditionẽ quaſi uelites, ut eorũ opera in uelitarib. prælijs uſui eſſet, duxit. Nam hi, ubi cõpertũ erat urbis murũ bõbardis eſſe ſtratũ, & in periculo eſſe ut ab hoſte impio caperet̃, cum obtinuiſſent fluminis traiectũ, per ociũ colligebant̃ in urbem: quorũ uires neutiq̃ cõtemnendæ erant hoſtili exercitui. Rex Turcorũ, cum iam murus diſsipatus bõbardis aditũ præſtaret, parabat ſe quaſi incurſionẽ facturus ad mancipiorũ prędã agendã: & ignes, queadmodũ mos gentis eſt, faciẽtes, pręparabãt ſe ut in diẽ poſterũ urbem adorirent̃. Machinas & uineas, quib. tuti ad murũ ſuccederent, expediebant. Europę dux Carazies, q̃ gloria & uirtute excellebat omnes qui in Ianuis regis ſtipendia faciebãt, ab oppidanis bõbardę globo ictus occubuit. Rex quidẽ mortem huius uiri, maximã calamitatem ſuis rebus inuecturã augurabat̃, & multùm eum lugebat. Cum autem uiſum eſſet manè urbem aggredi, tubas, cymbala & cornua canere iubet, & peregrinos in murum ductabat. Hi murum continuò ſcandendo ſuperarunt: & quà cuiq; liberum erat, in urbem infundebantur: qui cum in urbem intraſſent, ſe eam cæpiſſe exiſtimabant. At Choniates cum ſuis inſtructi & armati, expectabant occultè, donec peregrini omnes in urbem intraſſent. Nam qui in arce conſiſtebant, teſſerã acceperunt, ut ubi primùm tuba ſonum dediſſet, peregrinos confeſtim adorirentur. Præterea qui antea per murum erant diſpoſiti, iuſſu Choniatis ab muro deceſſerunt. Nam his id ideo pręceptum erat, ut peregrini maiore ſecuritate in urbem penetrarent. Iuſsi tamen ſunt, ut ubi primùm tuba cecinerit, ad murum ſinguli, & ad ea loca quæ defendenda ſuſcepiſſent, curſu ſe proriperent, ut peregrinis, quos ab reliquis intercepiſſent, pro arbitrio uti poſſent. Verùm peregrini ubi primùm oppugnationẽ ſunt auſpicati, urbem, nemine reſiſtente & prohibente, ingreſsi ſunt. Pannones enim, quemadmodũ moniti erant, retrò ceſſerunt, & ſe occultabant. Peregrini autem, cum crederent Pannones fuga eſſe dilapſos, raptim in urbem procurſantes: alius aliò ad prædam conuertebãtur. Cum autem, quemadmodum conuenerat, tuba ſonuiſſet, qui prius murum defenſarant, celeri curſu ſe ſinguli ad ſua loca contulere, & peregrinos incluſerunt intra urbẽ. Choniates inſtructa acie contra peregrinos ibat. Hi uidentes Pannones ex arce prodeuntes aduerſum ſe pergere, ad murum retrò ire inſtituunt. Cedentibus peregrinis, acriter inſtitere Pannones, & plurimos leto dederunt. Cæteri, qui ad murum properabant, cum uiderent Pannones per murum in ſolitis ſtationib. armatos diſpoſitos, ui eos aggrediebantur: & contra ipſos curſu lati ferebantur in foſſam. In hunc modum eo tempore Pannones eiecere peregrinos, & barbaros uincebant. Poſtea cõiunctis copijs Capiſtranus & Pannones egreſsi ſunt, ut prælium committerẽt cum eis qui regias bombardas curabant. Inito itaq; prælio, bombardarios in fugam coniecere, & bombardas obtinuere. Rex cernẽs ſuas bombardas à Pannonibus captas, multùm animo diſcruciabatur: proinde & ipſe ibi conſiſtens, fortiter præliũ capeſſere haud neglexit. Cum autem Pannones non poſſet à bombardis ſubmouere, tandem & ipſe fugam arripit. Pannones eo loci continuò receptui canebant: & dirigentes bombardas in caſtra regis, ea grauiter adflixere. Cum iam meridies adeſſet, & fuga, reliquaq; quæ euenerant, nunciata eſſent Pannonibus qui e regione morabantur, aduehuntur non pauci, nec tamen in urbem, uerùm in caſtra iter maturant. hi qui in urbe relicti erant, in caſtra egrediuntur, & undique regia caſtra ſumma ui oppugnant. Tentoria in regis caſtris diſiecerunt plurima. Azapides (quos Huſſarones noſtri uocant) diripuerunt forum. Rex clamabat, † ut eximerent eorũ puellas. Ipſe quoque prælium cum ſuis occipiens, Pannones in fugam uertebat. Eò loci peremit uirũ Pannonium rex, uerùm uulneratur femur: nec tamen uulneratus in fugam effunditur. Deinde cum ad bombardas recipiendas egrederetur, Pannones conuerſi Barbaris acriter inſtabant, & eos ſimul cum rege uſque ad caſtra perſequuntur. Et cum tertiò hoc eſſet factum, rex grauiter animo dolebat, non adeſſe peregrinos, & ſuppetias ferre in eo pręlio: uerùm eſſe profectos ad colligendum pabulum, & neceſſaria. Vocans autem in iſto tumultu Chaſanem peregrinorum ducem, huiuſmodi orationem habuit: O' peſsime hominum, quò nobis peregrini abeũt? Quo modo te duce ingreſsi ſunt prælium? Neſcis ex humili fortuna quàm ad magnam dignitatem te prouexerim, ut ſis uidelicet dux? Sed ſcito, niſi pręlium me abſumpſerit, pœnas mihi dabis, quas omnes iuſtiſsimas eſſe pronuncia-

Ioannes Huniades, & Ioan. Capiſtranus Frãciſcanus, contra Huſſitas miſſi à Põt.

Charazie Baſſæ interitus.

Belgradi oppugnatio.

Huniadis ſtratagema.

Bombardæ Turcis ereptæ.

† ut hoſtiũ oculos exſculperent.

Chaſanes obiurgatus.

Digitized by Google

Chaſanis fortis interitus.

nunciarint. Chaſanes reſpondens, inquit: O rex, peregrinorum plurimi ſaucij ſunt. Reliqui qui integri ſunt, dicto nolunt eſſe audientes. Ego aũt, ut opera mea utaris fideli & forti, quamuis mihi indigneris, in medios me cõferam Pannones: ibiq; fortiter dimicans, pro rebus tuis occumbam. His dictis, in medios ſe confert hoſtes, & in conſpectu regis à Pannonibus trucidatur. Fuit autem uir optimus. Etiam miniſtri quidam eius ibidem interfecti ſunt. Cum Pannones in caſtris fortiter inhærerent Turcis, eosq; fugam capere cõpellerent, ex improuiſo aduenerũt ſex millia equitũ regis, quos miſerat iam antè ad cuſtodiendam & defendendam regionẽ ſuam Iſtro adiacentem: præterea ut obſiſterent Pannonũ nauibus aduenientib. ne in terram exire poſſent. Equites hi aduenientes, cum iam ferueret præliũ, Pannones in mediũ agunt, & plurimos ibidem interimunt. Deinde cum uerterent Pannones in fugã, eos ex caſtris pepulerunt, & ad bõbardas ſe recipere coegerũt. Et in hũc modũ finis præliandi, cum iam inſtaret ueſper, factus eſt.

Mechmet uictus, obſidione ſoluta diſcedit 8 idus Auguſti, 1456. 46. die à cœpta obſidione.

Rex cum cerneret res ſuas ꝓpemodum acciſas eſſe, fuga unà cum exercitu ſuo euadere enititur. Nam peregrini plerique ſaucij & timidi erant. Adueniente igitur nocte, iubet ut impedimenta omnia colligãt, ſeq; ad profectionem præparent, quo parati & inſtructi ſequantur quocunq; eos ducere inſtituerit. Et tandem noctu fuga ſibi conſulens abibat, cũ interim malè metueret ne Pannones cum reliquo exercitu trãſgreſsi, ipſum perſequi ſtatuerent: atq; in hunc modum diſceſſus, & in patriam reditus ſibi ſuisq; difficilis redderetur. Et ſanè Pannones perſequendi fugientem hoſtem admodum cupidi erãt: & id feciſſent, ni Choniates eos à perſequutione inhibuiſſet, ſciens Turcos, quãdo diſcrimẽ anceps impenderit, duplo q̃ ſint aliàs, fieri fortiores, & omnia perpeti.

Vngari peſte infeſtati.

Huc accedebat & peſtis, quæ ſæuiſsima Pannonum inuaſerat caſtra, ut nequiuerint lõgo tempore pòſt uix ab illo contagio reſpirare. Ioannes quidẽ eo in prœlio uulnus accepit, ex quo haud multo pòſt mortuus eſt. Hæc quidem mihi præcipua cauſa extitiſſe uidetur, quòd Pannones à perſequutione hoſtium abſtinuerint. Ioãnes non diu poſt fugam regis uiuens, defunctus eſt, cum extitiſſet uir optimus, qui ex humili loco ad maximam conſcendit potẽtiam, memorabilia deſignans facinora contra Germanos & Boemos: & in regnum Pannonũ ſuccedens, maxima florebat gloria.

Huniadis mors 4. id. Septembris 1456.

Preterea prçclarè rem geſsit aduerſus Turcos, quos putabat, niſi copijs maximis ſuorũ & uirtute, ſuperari haud poſſe. Pannonum regnũ, necnon exercitus eorum ipſe quoq; ſuſcepit. Cum aũt ei inuiderẽt reliqui Pannoniæ principes, nec eius imperia capeſſerent: tamẽ breui effectũ eſt, ut regnũ retineret, cum etiam illi inuidi confiterent̃, regnũ eſſe iſti uiro cõmittendũ, q; non ceſſaret & firmiſsimũ & tutiſsimum præſtare. Apparet autem, uirum hunc, quæcunq; aggreſſus eſt, effeciſſe, uſum & diligentia ſingulari & celeritate præterea, q; ubicunque occaſio affulſiſſet, continuò præſtò fuerit. Sunt qui tradunt, hunc uirum peſte infectum mortem obijſſe.

Bernardinus Canilius.

De Capiſtrano nunc quãtum ſcimus, referemus. Capiſtranus ſectator fuit Bernardini Canilij, qui plurima & magna, quæ pertinent ad religionẽ Ieſu, docẽs, magnam ad gloriam & claritatem emerſit. Nam facilè princeps, quantum ad eruditionem & contemplationem attinet, per uniuerſum Occidentem apparuit. Itali in honorem Bernardini demortui feſta celebrant, & templa exædificant, ceu heroi. Nec paucæ ſtatuæ per Italiam uiſuntur, quæ conſecratę in honorem huius uiri poſitæ ſunt, quaſi extiterit uir quidam ſanctus & diuinus. Commemorantur & miracula, quæ uir ille fecerit. Huius ſectator cum foret Capiſtranus, quemadmodũ antea explanauimus, & ad plurimas regiões accedens, publicè doceret, etiam deuenit ad Boemos, qui ea ſecta uidebantur infecti, ut ignem colerent: nec uellent inde recedere, & ueram religionem apprehendere. Qui pertinaces cum nollent conſentire cũ reliquis per uniuerſam Boemiam, adueniente Capiſtrano, continuò cum alijs in eandem religionẽ commigrarunt. Cum aũt ſapientia & intellectu plurimùm ualeret, regi Pannonum familiariter iunctus eſt. Familiaritate iſta permotus, regem, ut ſuprà meminimus, in Turcica expeditione enixè iuuit.

Ladislaus Vngariæ rex Auſtriacus.

Regem tunc ab Germania acceſſiuerunt Pannones, Ladislaũ nomine: erat eñ nepos regis Sigiſmũdi ex filia. Nam eũ petiuerũt, cũ adhuc foret puer, poſt obitũ Vladislai in Varnẽſi prœlio, miſsis legatis ad Albertũ Sigiſmundi † fratrem, qui tutor erat pueri, & in Italiam abductum ſecum habuit.

† generum

Siquidẽ & Albertus iſte, cum eſſet Germanorum rex, & ueniſſet ad Romanum pontificem, Imperator ab Nicolao pontifice declaratus eſt. Suſcepta Imperatoria dignitate, in animo habebat bellum inferre Turcis: hũc igitur opibus præpotentem (erat enim Imperator) Itali ſuſcepere, eiq; honores maximos habuere. Puerũ, qui Viennæ apud eum morabat̃, petiere Pannones. Verùm Imperator Pannonibus puerum tradere cunctatus eſt (erat eñ adhuc puellus) quòd ne quid diſcriminis ei ingrueret, anxius metuebat. Pannones itaque unanimi conſenſu bellum longo tempore cum Alberto geſſere. Præterea legatos ire iuſſerunt ad Romanum pontificem, petentes ſibi regem reſtitui. Quod ſi facere abnueret, profitebantur ſe non prius poſituros bellum, quàm regionem eius omnem miſerè peruaſtatam uniuerſam in ditionem accepiſſent. Verùm Imperator poſtea Pannonibus cedebat, & puerum ad regnum capiendum miſit. Qui ubi uenit Budam, &

Digitized by Google

Ladiſlaus Vngariæ rex ueneno ſublatus, 1458. Pragæ mortuus, 10. cal. Decemb. ſedhic fil. fuit poſthumus Alberti, & tutor eius Fridericus Imp.

copias Turcorũ regis Belgrado, ductu Choniatis, ſubmouit, haud diu ſuperuixit. perhibent enim eum ueneno ſublatum eſſe à quodam Laurentio Chedrachabare. Et cum duxiſſet uxorem regis Gallorum filiam, ueneno interemptus eſt, priuſquam nuptias celebrare quiuiſſet. nam mortuus eſt antequam uxor in regnum eius ueniret. Hoc è numero uiuentium ſubtracto, diſſenſio inter Pannoniæ proceres exorta eſt. At in ea diſcordia uictores euaſere filij Choniatis. Orlichus enim princeps regionis in Pannonia haud pœnitendæ, cui interceſſerant inimicitię cum Choniate adhuc ſuperſtite, cenſebat filios Choniatis non in ſenatoriam dignitatem collocandos: ut quorum pater maximarum ipſis contra Turcos dimicantibus auctor calamitatum extiterit. Pannones contrà impium ducebant, Choniatis filios regno & magiſtratu expelli. Filij igitur Choniatis inſurgentes contra † Orlichum, in curia caput eius amputarunt, & abierunt. Factum hoc Pannones indigniſsimè ferebant, & Choniatis filium in uincula * coniecerunt: & quo maiore cuſtodia aſſeruaretur, uinctum † Belgradum deportarunt. Verùm is haud multo pòſt effecit, ut uinculis exemptus, in regiam dignitatem ſubueheretur. Nam rex creatus eſt, adiutus fideli opera paternorum amicorum. Etiam plurimùm ad regnum parandum contulit, quòd opibus exercitum ſibi conciliauit, eúmque in Pannonum regione aluit. Et in hunc modum inſigne regiæ dignitatis decus acquiſiuit. † Iloces cum iam antea diſcordiã fouiſſet aduerſus Choniatem, & deinde inimicitias ſuſcepiſſet cum filio eius qui regno potitus erat, recuſabat nouo regi obedire. Verùm non multo pòſt cum interceſsiſſet pactum, regis imperium admittebat. In hunc modum regnum delatum eſt ad Choniatis filium iuniorem: hic bellum gerebat cum † Alberto Romanorum Imperatore, magna edens ubique militaris uirtutis opera. Pragam & Boemiam ſubegit, ut iam utraque regna ei parērent. Albertus Romanorum Imperator in animo habebat, armis petere Mechmetē Turcorum regem. contractis igitur copijs, legationem mittebat ad Pannones, petens ut ſe ſinerent ſuas copias per ipſorum regionē ducere, & commeatum præberent. Pannones autem comitijs habitis inter ſe collocuti erant, ſi domuiſſet Thraciam, & magnam potentiam ſibi peperiſſet, fore ut reuerſus etiam Pãnoniam ſubigere conaretur. Quapropter reſponderunt, ſe nequaquam uoluntarios tranſitũ per ſuã regionem præſtare. Quidam perhibent, Pannones ſic decreuiſſe. Verùm ſunt qui tradunt, Pannones benignè reſponſiſſe legatis. Cæterùm legatis reuertentib. ad regē, à quo miſsi erant, ſubornarũt uiros qui eos in uia quã ꝓfecti erant, ex inſidijs adorirentur, & necarent. Quod quidē contigit. Imperator cum ad inquiſitionē legatorum conuerteret, effecit ut iterum bellum inter ipſos exoriretur, & grauiter ſe mutuò affligerēt. at hęc quidē à Pannonib. contra Germanos & † Albertum Imperatorem facta eſſe tradunt: quæ profectò paucis annis intercedentib. cõtigere. Propter iſtam diſcordiã ferunt Romanum pontif. Pium II. Mantuæ egiſſe, uocantem Iberorũ & Gallorũ reges & duces magiſtratuſq; per Italiam, præterea duces Germanorũ & Pannonum. Egreſſus Roma Mantuam, quò concilium indixerat, id ibidem cõcelebrabat. Huc conueniebant Occidentaliũ regum & principum legati, & cõſultabatur quomodo Turcorum rex Mechmetes foret debellãdus. Singulos legatos regum & principum, quorum auctoritate miſsi erant, ſententiam expromere iubebat. Quidam pecuniam, quidã milites ſe in eam expeditionem collaturos pollicebãtur. Decretũ eſt, ut decimę redditũ omniũ, & quinquageſima pars eorũ quæ ad clerũ redirent, in iſtã expeditionem contribuerent. Ordinatum eſt, ut pecunia quę hinc colligeret, reconderet. necnon uiri huic negocio deſtinati ſunt. Secundum hæc cõcluſum eſt, ut Germani cum Pannonibus in gratiã redirent. Miſerunt ad cõcordiã iſtam cõſtabiliendam Beſſarionem Cardinalem Trapezuntiũ, qui princeps eius legationis facilè omnes excellebat. Miſsi ſunt utrinque legati, quorũ opera cõcordia inter ipſos cõponeret, & diſcordia pelleret. Legati quidem alij aliò ite iuſsi ſunt, ut reliquos cohortarent ad capeſſendum bellũ contra Turcos. Hæc quidē ſub Pio põtifice cõtigerunt, cum eniteret nequaquã anteceſſorib. ſuis eſſe inferior. Etenim capta Cõſtantinopoli, cõciliũ agitabat Nicolaus V. & lõga oratione habita Occidētales principes hortabat, ut bellũ barbaro inferrēt. Verùm haud multo pòſt obijt mortē, cũ ea adhortatio hauddũ ad rem eſſet collata. Euſebius aũt ſiue Pius ubi pontificatum ſuſcepit, ſemetipſum grauiſsimo iureiurando illigauit, & literis ſignificauit, ut claſsis Neapoli pararet ad Turcicã expeditionem. nam Alphonſus creatus erat dux contra barbaros. Literas has ubi accepit Parthenopes rex, triremes decē in barbarorũ regionem miſit, initiũ faciens Turcici belli. Hę quidē ſolę, nec plures, appulere Rhodum. Vnde ſoluentes, ferebant contra regionem regis Aſiæ maritimam. Aliquantulũ damni inuexere barbari regioni. nam accedentes ſubiecerũt Lemnum, quã ea tempeſtate rex tenebat. Poſtea in ditionem acceperunt Imbrum, & reliquas Aegei maris inſulas. Scyrum enim & Scopelum, nec nõ reliquas inſulas, Byzantio capto ad Venetos tranſijſſe cõſtat, qui eas tenuere. Cũ aũt per integrũ annũ triremes illæ hinc inde oberraſſent, nihil ſanè memorabile fecerunt. Præterea cum triremes aliæ nullæ ab Italia ſubmitterentur, & ipſæ in Italiam redire:

Margin notes:

† Vdalrichum.

* Mathiam

† Viennam adduxerũt.

† Iloes, qui & Nicolaus Vilachius.

Mathias ex captiuo Vngariæ rex.

† al. Friderico.

† Fridericum.

Synodus Mantuana.

Beſſarion Cardinalis.

Nicolaus V. Pont.

Alphonſus Neapol. rex contra Barbaros dux creatus.

Digitized by Google

diere: & nauales milites, qui in illis erant, per Italiæ urbes diſperſi ſunt. Hunc finem habuit Euſebij ſiue Pij apparatus bellicus. Deinde etiam Pius pontifex, ubi primùm pontificatum ſuſcepit, concilium Mantuæ celebrauit: in quo nihil aliud actum, ꝙ quomodo Mechmetes Turcorum Imperator eſſet domādus. Beſſarion cum ad Pānones & Germanos ueniſſet, mandata quæ acceperat, ijs enarrauit.

Germani & Pannones reconciliati à Beſſarione.

Cum inſtitueret diſcordiā, qua inter ſe laborabant, diſſoluere, & concordiam inducere, nihil efficere quiuit, quamuis in unum locū eos contraxiſſet. Verùm re infecta diſcedebat. Tandem uiſum eſt, ut ex Italia profecti, Turcum terrâ aggrederentur. Hæc quidem hactenus Mantuæ in concilio geſta ſunt. Nunc tempus eſt ut redeam ad illum ſermonem, unde ad hunc digreſſus ſum. Ea æſtate quæ inſequebat̃, præclarè ſecū actum putabat Mechmetes, qui inauſpicatò rem geſſerat cum Pannonibus, quòd quietem agere poſſet.

Mechmetes in Scanderbegum.

Miſit igit̃ partem exercitus cōtra Scenderem Ibanis filiū, quem pater, ꝙuis ſæpius eum debellare occœpiſſet, uincere nequiuit. † Ioſuen filium * Brenezis conſtituit ad id bellum ducem, cui tradidit exercitum, qui Pherris erat, & eum qui erat apud Actium flumen, necnō Theſſaliæ exercitum.

† Synam alij uocant, alij Aeneā.
** Breuecis.*

Duce autem Ioſue incurſionem faciebat uerſus Ionium Macedoniæ, & pleraꝗ iſtius depopulatus eſt. Scenderes legationem miſit ad Rom. Pontificem, & ad regem Parthenopes Alphonſum. nam regi huic admodum charus & familiaris erat: quia propter bellum Turcorum imminens iſti regi Croiam aſsignarat, eamꝗ huic ſubditam eſſe uolebat. Tranſportauit igitur ibi rex Parthenopes Alphōſus ab Iapygia pedeſtrē exercitum magnum in Epidamnum, cui præfecit ducem de ſuis uirum prudentem: & regis regionem euaſtabant. Poſtea coniunctis copijs obſidebant urbem † Sphetoam nominatam, uolentes eam expugnare. Ioſue Brenezis filius cum intellexiſſet in quam neceſsitatem ueniſſent † Sphetoenſes, accipiens equites qui erant in Axio, & Peresbiorum exercitum, citato agmine ꝓficiſcens (reliquā regionem cuſtodiebant Itali) & ſubitò adueniens, Italos omnes ad internecionē occidit.

† Sphetgradum.
† Sphetgradenies.

Scēderes uerò, ut qui abfuiſſet, mali nihil paſſus eſt. Nec multo pòſt Scenderes iſte uenit in Italiā ad Parthenopes regem Alphonſum. Qui excepit eum honorificè, & benignè tractauit: eumꝗ ad Romanū pontificem miſit, ut & ab ipſo aliquid honoris conſequeretur. Poſtea cū ei opes dediſſet maximas, eum ad principatū ſuum remiſit. Hic igitur reuerſus ad principatū ſuum, expectabat regis exercitum hoſtiliter adeuntem. Verùm ſe in loco tenebat munitiſsimo. Habens aūt ſecum exercitū, quem de ſua regione cōſcripſerat, iter per mōtes faciebat. Vxores & liberos in loca munitiſsima deponens, ipſe hinc inde cum exercitu uagabatur, ut defenderet regionem: ſemperꝗ pręſens erat, ubicunꝗ eius opera deſiderabatur.

Scanderbegi uirtus.

Et quidē copiæ pedeſtres & equeſtres in Scenderis regionem incurſionem faciebant, prædas pecorum & aliarum rerum agere haud ceſſabant. Et diu in ea morantes, omnia corrumpebant, cum non cunctarentur ædificia & uillas incendere. Tandem cum ſatis euaſtata eſſet regio, exercitum abduxit, cum nihil ſanè memorabile deſignaſſet. Scenderes quidem arcē iuxta Epidamnū, quæ ſpectat Ioniū, exędificauit. Eſt aūt eò loci Cherſoneſus & Iſthmus breuis, cōplectens tria ſtadia: hunc muro cum undiquaꝗ eſſet amplexus, non paucos Albanos in eam regionem tranſtulit, ut ibi habitarent. Præterea urbem admodū cōmuniuit, ut ſi quid noui ingrueret ab regis exercitib. ibi potius quàm alibi obſideret. Nam ſi nō poſſet reſiſtere, aut par eſſe copijs regis, ſupereſſe tutiſsimū effugiū, uidelicet ut inde ſe proriperet in mare, & quò uellet abnauigaret. Exercitus igitur regis cū acceſsiſſet ad iſtā regionem, nec urbem quā oppugnabat, capere poſſet, domū reuerſus eſt. Iſto anno quo in militiam profectus erat contra Scenderem Mechmetes, nihil aliud actum eſt.

Circumciſionis ritus apud Turcos.

Appetente aūt æſtate, uiros de lanuis ſuis primarios miſit ad principes & reges tributarios, quos euocabat ad liberûm ſuorum circumciſionem, quam purgationem uocant. Accerſiuit & regni ſui principes, urbium præfectos, ſatrapas, ducesꝗ, & milites quotquot mercede conducti penes hunc regem ſtipendia faciebant. Cum ad eum conueniſſent exercitus Adrianopolim, circunciſionem, quam ipſi purgationem putant, liberorum ſuorum peragebat. Munera capiebat magnifica ab magiſtratibus & ſatrapis. Conuentus ille frequentabat̃ extra urbem in campo iuxta inſulam. omnes ſub diuo agebant, præter regem & principes. Nuptiæ hæ (ſic enim appellant quoꝗ circumciſionē) creduntur ipſis optimæ eorum omnium quæ ad uitam pertinent. Quilibet contendit in ijs nuptijs aliquod ꝓponere ludicrū. nec pauca ludicra in circūciſione regiorum liberorū exhibent̃: uiri erecti, inſiſtentes equis, nulla externa ope ſe tenētes, manēt immoti, equis in curſum effuſis. Omitto cōmemorare funambulos.

Turcorum ludi.

nam in iſta arte Turci reliquos mortales longè ſuperant. Saltantes etenim incedunt per funes ſuſpēſos, et per eos currere poſſunt quàm citiſsimè. Innumera quædā alia admiratione digna faciunt, euntes ſuper his per gladio ſtrictos, & redeuntes. Hæc quis quotidie cernat in foro quod Tactalem nominant, ubi & funambuli ludicra ſua faciunt. Hoc hominū genus penes ipſos Tampezim appellant, ꝓpter eos qui artem hāc addiſcunt. His ſimilia alia plura qs uideat in iſto fieri foro. Gymnica certamina in iſta urbe quoꝗ frequentantur. Pręterea quis non ceu miraculum quod-

dam admiretur, puerum ſub terram defodi, & eum audire reſpondentem ad ea quę inter rogatus fuerit? Verùm alia quæ maiore quadam uirtute & potētia fiunt, minora ſunt his quæ per funambulos fiunt. Etiam alia ludicra in iſta circumciſione propoſita ſunt. Mechumetes regij palatij præfectus, & Europæ ſimul dux muneribus quæ in regem contulit, omnes uiciſſe uidetur, reges uidelicet & Ianuarū duces. Hic Mechumetes filius fuit Michaelis: materno genere Triballus, paterno Græcus erat. Hunc puerū adhuc exiſtentem, & euntē unà cum matre à † Neboprido Senderouiam, equites regij cōprehenſum in itinere, adduxerūt cū uniuerſa familia ad regē. Rex autem accipiens puerum in ſuum cubiculum, magnum eum breui declarauit uirū. Primò equorum regiorum curatorē eum deſignauit: poſtea ducem conſtituit Ianuæ militum. Nam Zoganum affinem ſuum ex iſto dignitatis gradu detraxerat. Is tādem ſummus erat. Breui autem eò potentię progreſſus eſt, ut facilè omnes qui unquā inter Ianuarū duces pręclari extitere, anteceſſerit. Ferunt Charaitinem & Halien filium maxima auctoritate polluiſſe inter Ianuę milites tempore Amuratis & Paiazitis: neuter tamen tantam & potentiam & regionem nactus eſt, quantam is acquiſiuit. Nam hic cum primas inter omnes duces Ianuarum ferret, exercitum proprium alere potuit. Habuit & miniſtros plurimos, q & ipſi ad magnam potentiam peruenerunt. Nam Græci pueri qui Byzantio abducti erant, & cum rege morabantur, magnam ſibi peperere potentiam, opesq́ magnas. Inter hos erat Murates, ortus genere Palęologorū, apud Gręcos perquàm celebri. Poſt hunc Mechmetes † Mandromæi filius, plurimùm dignitate & opibus uigebat: qui primò præfectus Ancyræ Piſidiæ declaratus eſt. Si quis autem uelit nomina iſta in Græcam uertere linguam, ſignificabit quidem Murates cupiditatem, Halies Heliam, Eſes Ieſum, Empreimes Abrahamum, Sulaimanes Solomonem, Iagupus Ioſephum, Scenderes Alexandrum. Et quidem hæc Græcè. Pari ratione Eleezen Demetrium, Chetirem Georgium uocant. Quatuor autem iſta nomina reliqua, Paiazites, Orchanes, Orthogules, Tzymiſſes, & his ſimilia, originem trahunt ab auib. & Scythis. Etiam hoc in nominibus obſeruant, ut quandoq; diminutiuis, quandoq; uerò auguſtioribus utātur nominibus, ut Muſtapham Muſplachaſitem: Cheterem, Charaitinen. Eadem & in reliquis obſeruatur ratio. Europa habet, quos à rege accipit, pręfectos, numero triginta ſex. Horum qui præcipui fuerunt, capiunt ſtipendij nomine à rege duas myriades aureorum ſtaterum. Præfecti autem minores, accipiunt myriadem aureorum ſtaterum, plus minus'ue. Aſiam autem diſtribuit in Semeas, ſiue ſigna. Singulæ Semeæ ſiue ſigna

Aureorum 50000. ut libertatē emeret: ſed plagas eum recepiſſe aiunt.

†Nouobardo.

† eius qui in tyrannū coniurauerat filius, ſed in ipſo ictu corpore proprio obiecto illū ſeruarat.

Turcorum præfectura.

Semea.

continent præfectos quadragenos. Præter hos etiam urbes magnæ, ut Therma Scopiorum urbs, Philippopolis, & aliæ, principes habent qui connumerantur ſignis. Hi principes ad Semeas ſiue ſigna pertinent, & obediunt Europæ duci ſummo: quemadmodum Aſiani principes Aſiæ duci ſummo parent. Præfecti & duces, quócunque duxerint, eò ſequuntur Europæ & Aſiæ principes. Quando autem ſatrapes ad bellum aliquod proficiſcitur, urbium principes ex pręſcripto ſatrapæ ſequuntur auxiliares. Summa poteſtas penes regios duces ſummos eſt, quibus etiam ab rege ſtipendium numeratur maximum. Et in hunc modum breui plurimas opes congregant, quas ab ſatrapis & urbium principibus accipiunt. Inter Ianuæ milites maximam poteſtatem duces obtinent, qui legati ſunt, & plerunque aſſeſſores ſunt regis, & conſiliarij earum rerum quæ ad regni curam ſpectant. Ad hos enim pertinet reddituum & tributorum adminiſtratio. Rationes & theſauros regios proprio ſigillo ſignant, & confirmant. His ordine & dignitate proximus eſt ſcriba, ad quem rationes referunt reddituum, uectigalium, & aliarum rerum, quibus id negocij iniunctum eſt. Hic rationes omnium diligenter conficit, quas deinde regi & ducibus proponit. Reliqui ſcribæ expediunt ea quæ ad ſcripturas cæteras, & regia programmata pertinent. Tributum, quod rex ex Europa capit, complectitur nonaginta myriades ſtaterum aureorum. Tributum hoc non ab Turcis, uerùm ab alienigenis exigitur. Nec enim fas ducūt, ut Turci tributum inferant: uerùm horum officium eſt, ut equis armisq́ inſtructi, unà cum rege in militiam proficiſcantur. Nec etiam operum decimas anteceſſores regis huius ab Turcis exegerunt: uerùm hoc exactionis onere uſi ſunt erga alienigenas. Cæterùm hic rex decimas expoſcit, & ſubditos, quò uult, educit in expeditionem. Decimas quoque præter tributum, quod † Boſcinam uocant, ſoluunt urbium principes, præfecti, militesq́. Is autem redditus Ianuæ militibus aſſignatur. Etiam ouium greges, qui tributi nomine dantur, in Ianuas abduci oportet. Hæc quidem in hunc modum, quantum attinet ad principum regis'que redditus. Præter tributum, etiam uectigalia non modica per Aſiam & Europam habet rex, quæ capit ab equis, camelis, mulis, & bobus. Hic redditus continet circiter triginta myriades aureorū. Huc accedit redditus, quem inquilini ſoluunt, qui admodum magnus eſt, & uigintiquinque myriades complectitur. Ab armentis equarum, camelorum, & mulorum, quæ regis ſunt, & undique per regionem paſcuntur, redditus accedit, cuius ſumma eſt circiter quinque myriades. A' reliquis accipit redditibus circiter uiginti myriades.

Scribæ Turcorum, quē Cancellariū & Quæſtorē uocamus.

Tributa & r-ditus Turcorum.

† Boſima.

riades. Quin etiam maximus redditus uenit ab emporijs, traiectu, metallis, oriza, ære, alumine, & quinta parte mancipiorum. Non dubium eſt quin is maximus ſit, ſi quis eum ad calculos reuocet. Traiectum & Pharum circiter uiginti myriades ſuppeditare comperi. Redditus metallorum, qui nec ipſe modicus eſt, attingit decem myriades. Ab oriza & reliquis uectigalibus, quæ Ianuæ milites exigunt, & in Chaſia ſecernunt, redditus colligitur, ſi quis rationem ineat, qui tenet uiginti myriades. plurima enim Chaſia & optima per Europam & Aſiam habentur. Huc accedit tributum principũ & regum, quod pendunt tam indigenæ quàm alienigenæ. id habet circiter decem myriades. Summa itaque uniuerſorum redditũum, quos modò memorauimus, & ad regẽ & ad Ianuæ milites referuntur, & ad eius Chaſnam ſic dictam, complectitur circiter quadringentas myriades aureorum ſtaterum. Eſt præter enarratos redditus & alius, quem ferunt tempore ueris, quãdo in militiam proficiſcitur rex, præſides, duces, præfecti, ſolennia munera pro ſingularũ facultatum modo afferentes. is redditus expeditioni inſeruit. Nec tamẽ hic redditus in certum numerum redigitur: uerùm ſi quis rem ſedulò excutiat, inueniet iſtum redditum cõtinere circiter uiginti myriades. Hæ quidem regis pecuniæ comportãtur ad Chaſnam, ex quibus deinde ſtipendium accipiunt peregrini & Ianuæ milites, Caripides, Silictorides, Allophatzides, Spachides, & reliqui qui ad Ianuas pertinent, & trimeſtre ſtipendium accipiunt. Supereſt & alius redditus, quem uberrimum capiunt per uniuerſum regnum principes, & duces, & hi qui Timarati uocantur. Is redit ex regione regis, nec facilè à quouis (ſic enim accepi) quàm à regijs ſcribis cõputari poteſt. Summa autem reddituũ quos uiri accipiunt, quibus merces ordinata eſt ab regis regione, excurrit uſque ad noningentas myriades auri. Hic redditus ſi addatur illi qui ad Ianuæ milites defertur, uniuerſorum redditũum qui ad Ianuæ milites & ad principes redeunt, ſumma excreſcit uſque ad myriades mille, & quadringentas aureorum ſtaterum Venetorum. Tantus quidem redditus ad regem & ſubditos eius refunditur.

Chaſna, ſiue Chaſia. nam in Græco uariat.

Timarati.

LIBER NONVS.

Peloponneſi turbatio.

MECHMETES, Amuratis filius, miſit uiros quoſdam de Ianuis in Peloponeſum, petitum tributum. Verùm regij, ubi in Peloponneſum uenerũt, nihil ſani inter Græcos reperiunt. Proinde nec Albanis, nec Peloponneſiacis imperant, ut tributum ſoluãt. Quum autem cerneret rex duces Peloponneſi priuatis certare odijs, malo genio impulſos, ut tandem ſe resq́; perditum irent, tertiũ remiſit tributum: ſaltem id quærens, ut in præſentia pacem, quæ conueniſſet, bona fide ſeruarent. Vt uerò id facere neglexere, neſcio qua imprudentia & iniquitate uſi, Peloponneſo arma inferre decreuit. † Machmutẽ Michaelis filium, quem Ianuarum principem & Europæ ducem deſignarat, ad Iſtrum præmiſit, ut ſi quid rerum nouarum molirentur Pannones, eos criminando à cœptis deterreret. Sin in hunc modum parum proficeret, accendentes non ſineret euaſtare regionem eius. Is aſſumpto Europæ exercitu, qui complectebatur circiter octo myriades militum, profectus eſt contra † Tryballos, qui habitãt iuxta regionem Iſtro affuſam. Cum autem deprehenderet Pãnones nihil innouare, uerùm quietem amplecti, Illyrium ſubigere aggreſſus eſt: & oppidula, quæ ui cæperat, diripuit. Poſtquam in Illyrium copias duxit, ibi caſtra prope Iſtrum communiuit, ut urbes regis ibi ſitas cuſtodiret, & ab hoſtili incurſione defenderet. Hic quidem, quemadmodum indicaui, hoc negocij ſibi deſumpſit. Rex accepto Aſiano & Orientis exercitu, necnon Europæo, quem ab Theſſalia & Macedonia conſcripſerat, & Ianuarum robore, contra Peloponneſum profectus eſt. Vt in Peloponneſum & intra Iſthmum peruenit, cõtinuò obſidione circumdedit Corinthũ. Circumiens autem ſpectabat, qua parte murum bombardis prorueret: ut eo diſiecto, ſimul cum ſuis in urbem irrumperet per loca ruinis patẽtia. Et quidem eó loci bombardas fundere omiſit. Verùm iuſsit, ut exercitus Orientalis omni à parte urbem circumſederet, eamq́; tandem fama expugnaret. Nam urbe ea occupata, ſperabat ſe maximum bellicarum machinarum ſeu bombardarum apparatum acquiſiturum. Ipſe cum intra Peloponneſum acceſſiſſet, rectà per Phliuntem iter faciebat. Græci autem ne uel tantillum frumenti Corinthum congeſſerant. Nam Lucanes, præfectus Spartanus, abſente Aſane eam regebat. Præterea nec urbem ſatis præſidijs & propugnaculis munierant, ut uel breui tempore reſiſtere poſſent regio exercitui. Aſanes quidẽ haud multo pòſt cum accepiſſet urbem obſidione premi ab Aſiano exercitu, ducens ſecum uiros plurimos, profectus Nauplio Venetorum urbe, & mari in Cenchreenſem portum aduectus, noctu ingreſſus eſt urbem, apportato commeatu ſanè exiguo, inſcio exercitu regis. Rex cum ueniſſet Phliuntem, Tarſum urbem oppugnabat. † Doxies autem, qui iuſſu Albanorum Phliuntis erat præfectus, eos q́s imperio regebat, necnõ Phliũtis ciues, in locum quẽdam munitiſsimũ contraxit, & ſtatuebat regi reſiſtere. Tarſum rex in ditionem acceperat: & ſumens inde pueros circiter trecentos, & ciuibus præfectum

† Machumetem.

† Seruios.

Corinthi obſidio.

Aſanes.

† Tochij, ſiue Thopiæ, ut Barletius.

Tarſus occupata.

conſtituens, rectà per mediterraneam regionem incedebat. Incedens autem cum agmine, belli molem auertit in urbem, quæ ſita eſt in monte excelſo & munito, in quam Græci pariter & Albani plurimi conuenerant, obſidionẽ regis ibi toleraturi. Maxima urbis huius erat aquæ penuria. Nam extra urbẽ fons erat, quò aquatum ire ſolebant. Ne aquandi facultatẽ adimeret hoſtis, eum locum admodum communierant. Rex accedens ad hanc urbem cum peregrinis militibus, aqua potitur, & urbem obſidione cingit. Ferunt oppidanos, cum aqua deficeret, interfeciſſe iumẽta, & iumentorum ſanguine ſubegiſſe farinã, & hinc coxiſſe panes. Cum autem ſæuiſsima premerentur ſiti, dubij quid agerent, ad deditionem cœperunt animi inclinare. Miſerunt itaque legatos ad regem, qui orarent ut in deditionem acciperentur. Hic, cum negligentius oppidani propter miſſos legatos ſtationes ſolitas obirent, peregrini aduenientes irruerũt in urbem, eamq́ obtinuere, & diripuerunt. Poſtea uenientes ad urbem Acribã, cũ oppidani eam fortiter tutarẽtur, nec eam deſerere uellent, peregrini conſcenderunt murum, eumq́ occuparunt: quæ militum prædę ceſsit. Hinc ducens exercitũ, uenit Rupelam Phliaſiæ urbem. in hac ſeruabantur Albani, & Græci qui eò confugerant cum uxoribus. Hanc rex biduò oppugnauit: & cum ea potiri non poſſet, quamuis pauci de ſuo exercitu cecidiſſent, cęterùm plurimi uulnerati eſſent, abduxit exercitũ quaſi abiturus. Cum iam accinctus eſſet ad iter, ſuperueniũt legati petẽtes pacẽ, dicẽtes ſe paratos eſſe ipſi tradere urbẽ. Rex urbẽ in deditionẽ, quẽadmodũ petebat, ſuſcepit: nec eam diripuit, uel quicq́ dãni ei inflixit. Cæterùm eos cum uxoribus & liberis Byzantium, ut ibi habitarẽt, tranſmiſit. Albani uerò qui ſemetipſos Tarſi dediderãt, & denuò aufugerant, uſi ſunt fortuna nõ admodum ſecunda. Nam rex eos cæpit, manus pedesq́ eorum crudeliter fregit. Huic turpiſſimæ & crudeliſsimæ morti Albanos circiter uiginti adiudicauit. Hinc profectus, per Mantineæ regionem uenit ad urbem Pazenicam. In hanc miſit Cantacuzenum: quẽ quondam ducem creantes Albani, bello laceſsiuerunt Græcos. Is ea tempeſtate aderat in caſtris, accerſitus ab rege, ut eius opera uteretur aduerſus Albanos qui in Peloponneſo erant. Volebat enim ut eos adiret, & ad proditionẽ quoſdam clandeſtinis ſermonibus permoueret. Hic cum miſſus foret ad eos qui urbem iſtam tenebant, iuſſus eſt dicere ut ſe urbemq́ regi dederent. Apud hunc aderant etiam quidam regij, qui criminabantur eum apud regẽ, quaſi illi conſilio & nutu Cantacuzeni urbem nõ tradidiſſent. Hinc ira percitus rex, eum continuò ex caſtris excedere iuſsit: & ipſe contra urbem perrexit. Cum autem fruſtrà aggrederetur uallum (nam reliquentes urbem, uallũ occuparant munitiſsimum, urbiq́ proximũ, & eo ſe tenebant ſatis tuti) impedimentis omnibus collectis diſcedebat: & ſecundo ab eo die Tegeatam regionem ingreſſus eſt, ibidemq́ caſtra firmauit. Maxima propoſita erat cõſultatio ducẽdi in Laconiã, & in Epidaurũ. magna enim cupido eum inceſſerat uidendę Epidauri, & capiendæ urbis, quam ſcimus eſſe munitiſsimam omnium quas nouimus urbium. In hanc confugerat alter è ducibus, & alter ſe cum uxore receperat in Mantineam Laconiæ, mari finitimam. Rex cum intelligeret eam regionẽ eſſe aſperam, & tranſitu difficilem, abſtinuit latius progredi. Verùm reuerſus, exercitũ mouebat cõtra Muchlam Tegeę urbem. Huic pręerat Aſanes Demetrius. Caſtra igitur hîc poſuit in loco aſpero & inuio. Vrbs autem prominet, ſita in mõte firmo & munito. Nec mora, expediunt ſcalas & machinas bellicas, urbemq́ oppugnãt. etiam aquam, quæ erat extra urbem in loco munito, obtinuit, ut oppidani nõ poſſent amplius eò aquatũ accedere. Cum autem aduenisset rex ad urbem, & caſtrametatus eſſet, cõfeſtim legationem ad Aſanem miſit. Nam ire iuſsit ad Aſanem, Ioſuam Brenezis filium, uirum prudentem, ex omni ſuorũ numero, cum interprete: eiq́ præcepit, ut ageret cum Aſane, qui urbem traderet. Ioſue igitur ubi uenit ad Aſanem, huiuſcemodi orationem exorſus eſt: Aſanes, & Græci omnes, quotquot præſtò eſtis, rex miſſo legato hæc uobis expromi iubet: Tu, qui prudentiſsimus es Grecorum, etiã in ijs quæ ad Græcos pertinent, expertus Ianuæ milites, ſcis, & magis quàm reliqui, qualis quantusq́ ſit rex ille Otomanidarũ. Quòcunq́ tempeſtatem belli uerterit, haud prius bellũ ponit, quàm urbes expugnarit, & uictoria potitus fuerit. Cuiuſmodi aũt conditionem uobis proponat, audite. Si pacem feceritis cum rege, eidemq́ urbẽ ueſtrã permiſeritis, regionem aliam, quamcunq́ elegeritis, à rege accipietis. Si in hoc morem geſſeris regi, amico & hoſpite te admodum familiariter utetur, gratiamq́ tibi & uobis omnibus referet cumulatiſsimam. Si autem parẽre regi recuſaris, nec urbem tradideris, ſcito, animã regis tibi iuro, eam breui & capiet, & fœdè diripiet: eos qui hîc aſsiſtunt, crudeliſsimę morti ſubijciet. Hæc quidẽ loquutus eſt per interpretem. Aſanes autem reſpondens, in hunc modum uerba fecit: O' fili Brenezis, renuncia regi, haud nobis occultum eſſe, animum eius generoſitate excellere omnes reges, quotquot ab Otomanidis originem traxere. Potentiam eius eſſe in orbe maximam, norunt omnes, quotquot rerum eius periti ſunt: etiam nos & agnoſcimus & confitemur potentiam eius eſſe maximam. Verùm enimuerò cernitis urbis huius ſitum, quàm natura & arte ſit munitus, ut nõ facilè inuenire ſit urbem æquè munitam. Reges Otomanidę, nec etiam

Acribe capta.

Rupela dedita.

Emanuel Ioannis F. Cantacuzenus Albanorũ præfectus, proditionum miniſter.

Epidaurum, nunc Raguſium, ſiue etiam Maluaſia.

Muchle.

Ioſuæ ad deditionem exhortatio.

Aſanis reſponſum.

Digitized by Google

etiam ipſe rex, ex quo in regnum hoc proceſſit, talem urbem neq; oppugnarunt, neq; ceperunt, nec bello petiuerunt. Videtis enim urbem undiq; quàm maximè munitam. Aditum hic unum habet: cæterùm cinctum muris tribus firmiſsimis, tribusq; portis. Si igitur unam dirueritis bombardis, alteram quomodo ſuperabitis? & ſi alteram occupaueritis, relinquetur tertia cæteris multo ualidior. Quapropter hæc cogitantes, & ſcientes nos ſic inſtructos, fortiter bellum quod ab rege infertur ſuſtinebimus, etiamſi moriendũ ſit. Nunciate itaq; regi ueſtro, fruſtra ad urbem hanc defendendam acceſsiſſemus, ſi pericula reueriti, urbem tradere uoluiſſemus. Aſanes hæc loquutus eſt. Ioſue reuerſus ad regem, quid reſponſi acceperit, exponit. Rex igitur bombardas continuò portis oppoſuit: & quà aditus urbis erat anguſtiſsimus, ingredi parabat. In eo urbis aditu muri ſunt tres, non longo à ſe inuicem interuallo diſsiti. Murũ primum, qui erat infirmus, nec admodum communitus, occupauit Aſanes, quaſi bellum mora extracturus, & bombardarum ictus eluſurus. Haud enim ignorabat, muros non poſſe ſuſtinere bombardarum impetum: uerùm ſciebat eos tandem collapſuros. At id faciebat hac ſpe, quaſi ſic poſſet oppugnationem ad tempus aliquod tolerare.

Corinthi obſidio.

Bombardæ ubi ferire cœperunt, intra paucos dies exterior murus prorutus eſt. Græci interea egredientes, pugnabant cum Turcis, & aliquot etiam confecerunt. Relinquentes igitur murum primum, abiere ad ſecundum, qui firmus erat, & ſaxis magnis communitus. Hunc ubi inſedere, regis impetum diebus aliquot fortiter propulſarunt. Murum iſtum arietabant bombardæ regiæ diebus plurimis, partemq; eius diruerunt non modicam.

Bombardæ globi ui.

Interea cum bombardis murus quaſſaretur, globus unus aberrauit, & in piſtrinum delatus eſt: quod & comminuit penitùs. Hinc in altum ſublatus, cecidit forte in hominem quendam, cuius carnes & oſſa in mille particulas minutiſsimas contriuit adeò, ut alis auiculæ cõpararetur. Tantus ſcilicet eſt globi impetus, ubi ſemel emiſſus fuerit, & mirabilia multa operari conſueuit. Nam cum non attigiſſet murum, in altum euectus, urbemq; tranſuolans, cecidit in naualem Corinthiorum, cum peregiſſet curſum quatuordecim ſtadiorum. Globi pondus erat ſeptem talentorum.

Talentum apud Suidã 125 librarũ pondus.

In hunc modum feriebat urbem diebus plurimis. Oppidani deficientibus alimentis indignabantur, & inter ſe colloquia ferebant, euntes ad urbis Epiſcopum. Aſanes quidem plebẽ ſuſtinuit, ut præſentia fortiter tolerarent.

Epiſcopus proditor.

Epiſcopus autem urbis ciuem ad regem miſit, qui alimẽtorum inopiam, quæ grauiſsima erat, indicaret: eũmque hortaretur, ne cœptam oppugnationem omitteret, uerùm fortiter pergeret. Hæc ubi comperit rex, miſit ad oppidanos qui ſic loquerentur: Nunciatum eſt mihi ab amicis & beneuolis, quos in urbe habeo, paucorũ dierum admodum uobis ſupereſſe alimenta. Quid igitur inſani & miſeri urbem non traditis? Cum nuncij regis quæ mandata eſſent coram Aſane exponerent, publicè deliberabãt, dederent'ne urbem, an extrema potius perpetientes reſiſterent regi? Cum autem cernerent oppidanos grauiter præſentem neceſsitatem ferre, & mali quærere liberationem, fide publica interpoſita, egreſsi ſunt ad regem Aſanes & Spartanus Lucanes. Venientes autem ſuper fœdere pangendo in colloquiũ cum rege, ſic alloquutus eſt: Veſtro principi dicite, me paratum eſſe fœdus percutere, & pacem dare: ſed hac conditione, ut ea regio quam exercitus meus peragrauit, mea ſit. Ab reliqua regione tributi nomine peto quingentos ſtateres. Duci autem, qui adhuc tenet Aegeum, Patras, & finitimam regionem, dicite, ut ea nobis tradat: ſin minus, confeſtim accedam, & armis ſubijciam. Hęc ubi cognouiſſent, ut pręceptum erat, proficiſcũtur ad principes, qui ea tempeſtate circa Taygetam Laconiæ ſe tenebant, ijsq; quę data erant ab rege mandata explicant. Quibus auditis, uiſum eſt ne & uniuerſa ſpoliarentur regione, legatos ad regẽ mittere, & fœdus conglutinare his conditionib. quas rex præſcripſiſſet. Mittentes itaq;, quemadmodum decretum erat, legatos, pax compoſita eſt. Regio, quã poſtulauerat rex, reſtituta eſt regio præfecto. Omares Theſſaliæ præfectus Aegeum, Calabrites, Patras, & finitimam regionem Achaiæ recepit. Rex ubi urbes ſuſcepit, præſidijs peregrinorum eos firmauit, & peregrinos ijs præfecit. In hunc modum cõfecto bello, copias omnes domos dimiſit. Ipſe autem conuerſus eſt contra Atticam, & urbem Athenas. Obambulabat cõtemplãs Pyræeũ, & portuum commoditatem. Omaris uirtute ciuitatem iſtam unà cum arce in ditionem accepit. Fuit autem hæc urbs ſemper regi, ut audio, beneuola, & munificẽtiam eius antiquã & apparatum urbiũ ſemper plurimùm amplexus eſt. Dixit igitur: Quanta gratia debetur lege noſtra Omari Turachanis filio?

Quo pacto Omares urbẽ iſtam unà cum arce occuparit, iam dicetur. Mortuo Nerio, uxor eius Athenarũ tyrannidem obtinuit, habens ex marito filium ſuperſtitẽ adhuc puerulum. Mittens igitur legatos ad Ianuarum milites, quos largitionibus ſibi conciliarat, facilè principatum retinuit Athenarum.

Athenæ quo pacto à Turcis ſubactæ.

Nec tamẽ multo pòſt amore exarſit in adoleſcentem Venetum ſenatoris filium, qui mercium gratia Athenas appulerat. Amore itaque amens in colloquium cum adoleſcẽte uenit. Cum plerunq; aũt plurimis blanditijs animũ adoleſcentis pelliceret, & magna cũ uoluptate cum illo conuerſaretur, promiſit ſe uelle ipſi nubere, & Athenarum principatum ſimul

ſimul tradere.Hęc aũt tum fore,ſi prius ſuam uxorem quocunq; modo repudiaſſet: & ea repudiata,deinde rediret Athenas. Adoleſcẽs ille filius erat † Priami, cui à Venetis Nauplium urbs commiſſa erat.Adoleſcens igitur reuerſus Venetias,& amore ardẽs, ſperansq; ſe Athenarum principatum occupaturũ,uxorem ſuam necauit, quę & ipſa Senatoris & patricij erat filia. Hac,quemadmodum dixi,è numero mortalium ſublata, Athenas redijt, Nerijq; uxorem duxit. Cum autem euaſiſſet ad urbis regimen, delatus eſt ab Athenienſibus apud Ianuas regis.Tandem cum inuidia Athenięſium premeretur,ut eam aliquo modo leniret,dicebat ſe pueri tutorem eſſe. Nec multo pòſt aſſumens puerum,unà cum eo ad regem uenit. Nam Francus Nerij patruelis, conſobrinus uerò pueri, morabatur in Ianuis regis, ſperans tempus fore quo ipſe Athenienſium principatu potiretur.Rex autem ubi comperit amentiam mulieris, Franco Antonij filio urbem commiſit, eiq; parère & benignè eum ſuſcipere iuſsit Athenienſes. Hi quidem benignis animis,quemadmodum imperatum erat,uirũ excepere.Qui ubi urbis præfecturam nactus eſt,mulierem illam cæpit,& Megaris in carcerẽ condidit: nec multo pòſt eandem interfecit, propter ſceleſtas illas nuptias, quas cum iuuene Veneto contraxerat. Quomodo autem iſtam mulierẽ necauerit, non conſtat. Quapropter cum poſtea iuuenis Francum eius iniuriæ in Ianuis regis accuſaret,rex rei indignitate commotus, miſit Omarem Turachanis filium cum Theſſaliæ exercitu,quem iuſsit * Omares Turachanis filius,accepto Theſſalię exercitu, & ad urbem accedẽs,eam continuò ſubegit. Arcem tamen tempore longo obſedit, ſperans ſe eam capturum opera uirorum qui in arce erant,quibus utebatur familiariter. Cum aũt nihil eorum quæ animo conceperat,ſuccederet,Francum in hunc modum alloquutus eſt: O fili Antonij, hauddubiè noſti familiam regis,qui urbem hanc tempore longo tibi regẽdam conceſsit.Quoniam autem rex nunc imperat ut eam reſtituas, neſcio quo iure eam inuito rege teneas.ne dubites,haud diu, ſi ſic facere perrexeris, principatus iſtius urbis penes te manebit.Nunc tibi,ſi uis cum eo in gratiam redire, Bœotiam & Thebas pollicetur, ut hinc decedas ferens diuitias arcis, tuasq;. Saltem arcẽ regi relinque. Hæc cum audiſſet iuuenis,petebat ſibi fidem dari: qua data, crederet Bœotiam ſibi à rege tradi.Omares rem ad Ianuas retulit: & ut fidem facerent iuueni promiſſa rata fore,facilè impetrauit.Fide igitur accepta,egreſſus eſt iuuenis arce libenter, cum ab rege acciperet Thebas cum reliqua Bœotia. In hunc modum Athenæ ductu & auſpicijs Omaris in poteſtatem regis conceſſere. Tunc quidem rex Athenas peragrans, & arcẽ contemplans,mirabatur urbis arcisq; magnificentiam. Hinc obambulans per Atticam,ſpectabat portus,ſicuti ſuprà annotauimus. Miſit deinde rex uirum de ſuis Ianuis, qui iuſiurandũ exigeret ab Peloponneſi principibus.Eundẽ etiam petere iuſsit ſibi in uxorem principis Spartani filiam.Principes,quẽadmodum præceperat rex, in regis uerba iurarunt,atq; iureiurando fides accepta eſt. Verùm haud multo pòſt iuriſiurandi dati pœnituit Thomam fratrem iuniorem,& conſilia, quomodo deficeret à rege,tractare haud ceſſabat.præterea legatum ire iuſsit in Ianuas regis,petens * Et hunc quidẽ capi contigit Patris,& duci in arcem, quam tenebant peregrini regis, & alij Turci inſignes, qui & ipſi tandem obſidebantur ab Thomæ militibus. Defectionis autem conſilia agitabat magis impulſu Lucanis Lacedæmonij, qui dicebat ſe proditionem ſubornaſſe cum his qui ſunt Corinthi:in maxima ſe eſſe ſpe capiundæ urbis. Quod ſi eueniat,& reliquam regionẽ ſe exinde optimè diſpoſituros. Iam apertè deſciuerat ab rege, & arces regias oppugnabat,easq; ui capere nitebatur: nihil tamen eorum quæ mente agitabat, pſperè ſuccedebat.Ad defectionem igitur ſolicitat reliquos Peloponneſi, Albanos pariter & Gręcos.Etiam cum fratre bellum gerebat, armis eum laceſſens. præterea oppidula quædam fratris oppugnabat. Defectionem huius quidam Omarem auctorem fuiſſe perhibent. Quod ubi comperit rex,miſit ad Peloponneſi principẽ præfectum illicò, qui cogeret Omarẽ ſe abdicare principatu: ipſe uerò in eius dignitatem ſuccederet.Hanc eandem ob cauſam etiam Theſſaliæ principatum Omari ademit.Rex profectus eſt in Scopiorum urbem, & ibi moratus eſt, ut audiret, ſi quid nouarũ rerum inſtituerent Pannones. Nam Pannones,ubi accepere Mechumetem paratum eſſe,ut regis regionem defenderet,ne quid mali ab ipſis acciperet, in unum collecti, transmiſſo Iſtro contendere ad eum locũ ubi Mechumetes cũ regio præſidio manebat.Commiſſo autem prælio,in fugam uerſi ſunt,paucis eo prælio amiſsis. Quidam capti ad regẽ abducti ſunt. Rex,ubi allatum eſt Thomam fratrem iuniorem abrupta iuriſiurãdi religione defeciſſe, & obſidere ſuos peregrinos, quos ueluti præſidium arcibus impoſuerat, exercitũ Theſſaliæ & Aetoliæ contra Peloponneſum ire iubet. Ducem belli declarat Chamuzam cognomine † Hieracophorum. Hic,captis Achmate Peloponneſi præfecto, & Omare Turachanis filio, quem generum aſciuerat,ingreſſus eſt Peloponneſum:& Patras Achaiæ ueniens,arcem obſidione ſoluit. Græci enim cum cognouiſſent regis exercitum accedere,omittentes obſidionem,Leontarium in magnam urbem ad principem colligebantur,quaſi congreſſuri acie cum regis exercitu.Exercitus quidem iter faciebat per regionem

† Petri Palmerij.

Francus Acciaiolus.

* Omiſſum aliquid.

Omaris ad Francum oratio.

Athenæ Turcis deditæ.

Thomæ Palæologi conſilia, & temeritas.

* Deeſt aliquid.

Scopij.

† accipitriferum

† Megalopolim.

regionem Elidis maritimam: & Ithomam per ueniens, aſcendebat † Leontariū. Ibi congregans Thomas Albanos & Græcos qui ſimul defecerant, aciem inſtruebat, quaſi aleam prælij experturus. Turci cū huc ueniſſent, uidentes Græcorum aciem exornatam cōſiſtere in urbis collibus, deliberabant, caſtra'ne cōmunirent, an rectà, quemadmodū inſtituiſſent, contenderent Muchlam Tegeæ. Ionuzes equitum dux conſpicans aciem Græcorum in longitudinem ſe extendere, exclamauit: O' chari Turci, Græci uicti ſunt. Haud enim poſſibile eſt pugnare eos poſſe, cum in hunc modū acies in ordinē explicata ſit. Nam omnes illicò cedent, ubi poſtremi in fugam uerſi fuerint. Non enim in aciem diſpoſiti erant ut ſe mutuò adiuuare poſſent. Verùm acie quàm maximè extenuata dimicare cum hoſte parabant. Ionuzes exclamans, quemadmodum dixi, cum turma equitum irruebat in hoſtem, poſtremi excipiebant primos: & cum plures uſq; ſuperuenirent Turci, in fugam effundebantur. poſtremi Græcorum fugientes incidebant in ſuos: quos deinde fugæ ſocios trahebant. In hunc modum acies Græcorū uniuerſa in fugam abibat, poſtremis loco pulſis. Græci totis uiribus fugiebant in urbem. Turci inſtantes clamore & mutua cohortatione, occiderunt circiter ducentos: & accedentes urbem, etiam principem obſidione circundedere. Exercitus fame & peſte premebaſ propter mancipia quæ aduexerat ex Achaia, & deinde Muchlam abduxerat. Ionuzem reliquerunt cum Demetrio principe. Thomas iterū cum deceſsiſſet exercitus regius, regis peregrinos qui arces tuebantur, obſidione circumuenit.

Thomæ pugna cū Turcis infelix.

Raſſiatica.

Rex ea tempeſtate bellum mouit contra Senderouiam, & Tryballorum regionem. Huius belli iſta cauſſa traditur. Mortuo Eleazaro Bulci filio, relicta eſt uxor eius unà cum filia in principatu, arcemq; Senderouiæ tenebat. Elocans autem filiam Illyriorum regis filio (is erat Stephanus Boſniæ rex) principatum retinere cogitabat urbis. Verùm Tryballi confluebant ad Machmetis fratrem Michaelem, qui apud Tryballorum principem egerat: eumq; ducem creātes, iuſſerunt urbis negocia curare. Mulier hunc aduenientem in arcem quaſi hoſpitem inuitauit, continuoq; ei uincula inijcit, uictumq; ad Pannones mittit. Quem Panones accipientes, in carcerem cōiecere. Tryballi igitur (qui & Seruij) iterum recidebant ad regem Pannonum: & acceſsiti unà cum principis defuncti uxore, deditionem urbis fecere. At rex cognito quònam res ſuæ redactæ forent, arma capit, & copias contra Senderouiam ducit, quaſi ui eam recuperaturus. Oppidani cum audirent aduerſum ſe hoſtiliter pergere regem, obuiā ex urbe procedunt, regiq; in itinere claues tradunt. At rex munera magna in hos Tryballos contulit, quoſdā opibus, quoſdam uerò regionibus donans. Vxorem Eleazari in fœdus receptam paſſus eſt abire, auferentem opes ſuas impunè. Præſidium aūt unà cum urbe cępit. Occupata iſta urbe, animo uoluebat exercitum contra Peloponneſum ducere. Veniens autem Byzantium, & hinc ſoluens in Aſiam, exercitibus circumſedit Amaſtrum urbem Ianuenſium, ſitam in mari Euxino. Nam Ianuenſes miſerant legatos ad regem, petitum urbem Galatiam, (quæ et Pera) quę ipſorum eſſet, quā poſſideret, quãuis fœdera interueniſſent, nec aliqua iniuria eum affeciſſent, fœderum religionem abrumpentes. Quamuis autem eius partes Byzātio capto ſit ſequuta, tamen eam ſibi reſtitui orabant. Rex legatis reſpondit, ſe nullam fraudem Galatiæ feciſſe, nec exercitus contra eam mouiſſe, nec etiam eam ui expugnaſſe: uerùm urbis præfecti aduenientes, ſemetipſos & urbem mihi tradidere, ut quid boni potius, quàm mali, à me paterentur. In hunc modum urbe iſta potitus ſum, nec cuiquam iniuriam intuli.

Viduæ Lazari calliditas.

Amaſtris.

Genuenſium legatio apud Turcam.

Ianuenſes autem cum regi propter iſtam urbem bellum indicerent, ipſe profectus eſt contra urbem Amaſtrum, ad mare Euxinum ſitam. In hanc expeditionem plurimum æris uehebat camelis & iumentis. Contra iſtam urbem etiam Aſianum exercitum ductauit. Vbi ad urbem aduenit, eam'que expugnare inſtitit, confeſtim deditionem fecit conditionibus quibuſdam. Rex urbem iſtam in deditionem ſuſcipiens, partem hominum tertiam in ea reliquit. Reliquas duas partes Byzantium, ut ibi habitarent, tranſportauit. Deinde eligens quoſdam ciuitatis huius pueros, cum ijs domum profectus eſt. Interea nunciatur * Chaſanis res maxima ſumere incrementa, cum'que pergere † Erziganam, Armenorum regni ſedem. Verùm hæc quidem ſequenti anno contigere. Cum rex ab Peloponneſo in illam expeditionem iret, ad Ianuas uenit regis frater Trapezuntis Dauid, tributum ferens, & fœdera faciens.

Amaſtris deditio.

* quem Vſancaſſan uocant.
† al. Alſūgam.

Nam Colchidis reges, feruntur reges olim Byzantij fuiſſe, nati è familia Comnenorum. Hi autem cum exciderunt regno Conſtantinopolitano, Iſaacium regis filium fugientem, patre interempto à populo, propter odium quo in ipſum ferebantur, abijſſe in Colchida & Trapezuntem. Hunc aduenientem Colchidis incolæ ducem pronunciarunt, & exinde regnum Colchidis Trapezuntem contraxit. Ex eo inde tempore hic regnantes, ad noſtra uſque tempora durarunt, exiſtentes Græci, mores linguam'que Græcorum retinentes. Affinitatem iunxerunt cum barbaris finitimis, quos Albos Probatantes nominant. Etiam cum Temiris nepotibus, qui nati erant ab Tzokijs & Caraiſuphis liberis,

Imperatores Trapezuntij.

liberis, affinitas interceſsit, ne regio illorum ab his euaſtaretur. Fecere & affinitatem cum Græcis, qui Byzantij morabantur: inter cætera cum etiam filiam ſuam elocaſſet Alexius rex Comnenus Ioanni Byzantio regi. Huiuſmodi autem quid poſtea accidit. Suſpectus factus eſt regi Ioanni propter matrem, quæ Cantacuzena erat, quaſi † Protobeſtiarius cum ea concumberet. Ira igitur acceſus, Protobeſtiarium necauit: patrē matremq́ in cubiculo concluſit, ut eos interficeret. Verùm ciues ſupplices fiebant Ioanni, ne hoc faceret: & eum compeſcentes, dimiſerunt in partes Iberiæ. Verùm propter iniuſticiam Ioannis rex Alexius filium ſuum nomine † Scantarium regem iterum declarauit. Eidem uxorem dedit filiam * Galiuzis, qui Mitylenis erat, eò miſſus ab rege. Ioannes abiens in Iberiam, uxorem habuit regis Alexandri filiam. Poſtea hinc profectus, abijt Capham, quærens aliquem, cui eſſet nauis, qua ueheretur Trapezuntem, geſturus bellum cum patre ſuo Alexio. Inuenit autem iſthic uirum Ianuenſem, cui nauicula ſatis magna erat, quæ arma omnis generis ferebat. Hunc primum belli ducem conſtituit. Apparantes igitur nauē, quemadmodum neceſsitas monere uidebatur, profecti ſunt Trapezuntem, bellumq́ ipſe patri ſuo intulit. Egreſſos in terram templum ſancti Phocę excepit, & in eius ſacello tētoria fixerūt, cum iam antè occultè ſibi paraſſent auxiliatores Cabazitanas, qui regem prodiderunt. Hi enim agentes cuſtodiam regis in Achantæ ſuburbio, quò ipſe tentoria ſua contulerat, cum curribus & belli machinis oppoſiti erāt Ioāni: qui cōcedentes hoſti tutum ad Alexiū iter, effecere ut Ioānis principes eum circa noctis medium, nihil tale ſuſpicantem, ui interficerent. Cæterùm Ioannes ſuis mandarat, ne patrem necarent: uerùm operam darent, ut captum ad ſe adducerent uiuum. Hi regis mandata parum curantes, exiſtimabant ſe rem multo gratiorem ipſi facturos, ſi patrem interimerēt: proinde eum peremerunt. Verùm deinceps Ioannes quoſdam ex illorum numero oculis priuauit: quorundam etiam manus præcidit, ut teſtaretur ſe nolle patrem eſſe interfectum: uerùm magis affectaſſe ut uiuus in ſuam poteſtatem ueniſſet. Ioannes cum in hunc modum paternū adeptus eſſet regnum, patri magnificè iuſta fecit, ſepeliens eum in uenerabili templo: quamuis eum poſtea in metropolim tranſtulerit. Nec multo tempore interpoſito, Zyches nomine † Artabiles bellum contra Trapezuntem mouit, conſcribens undique exercitus ab Oriente, ab Meridie, & à Samo, nec non ab alijs quibuſdam oppidis. His copijs inſtructus, acceſsit Trapezuntem, uolēs eam urbem capere, & deſtruere. Etiam rex Ioannes comparans exercitum, terra mariq́ uenit uſque ad ſancti Phocæ templum, quod Cordyla nuncupatur, unà cum Imperatore Græco, & ſuis. Congregās igitur Imperator Græcus ſuos & regis milites, pergebat ſimul cum exercitu ſuo per mare, copiam prælij facturus, ubicunque Zychen indeptus foret. Nam Zyches Artabiles inſederat locum, qui Meliare dicitur, præoccupatus Meliaris faucib. quæ Capanium nominātur. Venientes itaq́ Imperatoris Græci milites, & ipſe, inuenerunt Zychem præoccupaſſe anguſtias ſiue fauces Capanij. Properanter igitur contra illum profecti, ſperabant naualis prelij hoſtem copiam facturum: ſiquidem claſsis ibi parata erat, ut impetum daret in Zychis exercitū. Verùm tempus haud ſatis prælio opportunum, pugnam inhibuit. Nam cum uenti procella pertinacius mari incumberet, nauales copiæ non egreſſæ ſunt, ut ſubſidium ferrent claſsi. Verùm cum hîc & alibi hinc inde ancoris firmatæ hærerent, impeditæ ſunt naues, quo minus cum naualibus copijs pergerent in hoſtem, ad quem uſum comparatæ erant. Zychis milites hanc occaſionem non omittentes, irruerūt in Imperatorem, & eius exercitum, confeceruntq́ & ipſum & filium eius, & alios quoque circiter triginta. Cæteri in fugam effuſi, uenerunt ad regem Ioannem, qui & ipſe naui fugit, & unà cum alijs Trapezuntem peruenit: quorum alij mari, alij uerò terra fugientes, exitium euaſere. Zyches caſtra ſua locauit in monaſterio Phocæ, ubi ſua caſtra antea Ioannes habuerat. Plurimos quoque cepit uiuos, quorum de numero aliquos occidit. Nactus eſt uirum eum cui nomen erat Maurocoſtas, qui equorum regiorum curator, ſeu domitor, & ueredarius regis erat. Hunc in urbis conſpectu leto dedit Zyches. Poſtea, cum triduum ibi manſiſſet, abijt, quaſi dimicaturus in Meſochaldio, ceu id teneret Græcus Imperator. Accidit autem Zychi hoc ea nocte, qua primùm in monaſterium Cordyla uenerat. Mulier quædam Armena, timens ne fortè Zyches exterius caſtrum caperet, cum lanificio ſuo, ex quo ſe alebat, profecta eſt in magnum caſtrum Trapezuntis, quaſi ibi tutius actura. Hæc accipiens ea quibus quotidianum uictum ſuum tolerabat, noctu portauit in caſtrum magnum. Et fortè, quia nox erat, incendit fila & lanificium ſuum. Ipſa uerò manebat in magno caſtro, ignara quid'nam accidiſſet. Factum igitur eſt incendium magnum in eius domo: & non ea domo ſe tenuit incendium, ſed in uicina omnia euagatum eſt. Noctis autem erat medium, cum incendium illud ſæuiret. Qui erant in urbe, putabant proditionem eſſe, quam ſubornaſſent illi qui gratificandum cenſebant Zychi. Proinde omnes magiſtratus, necnon ſubditi, continuò fugam ingreſsi ſunt, relicto Ioanne ſolo, cum quibuſdam circiter quinquaginta. Rex igit̄ tota ea nocte obibat diligenter uigilias, & cōſiderabat portas.

Marginalia: † Protoueſtiarius. — † Alexandrum, qui & Scenderis. — * Cateluſij. — *Ioānes Imp. Alexio patri bellum infert.* — *Alexij cædes* — † Orthobubis F. Paiacitis nepos. — *Alexandri Panſebaſti clades.* — *Ioannis fuga.* — *Panicus terror è flamma mulierculæ.*

tas.Manèuenit Zyches ut urbem illicò in ſuã ditionem redigeret. Verùm re infecta abijt, pergens in Meſochaldium. Fuga igitur ſibi conſuluerũt omnes magiſtratus urbis, quidã mari, quidã uerò terra, ut uenirẽt in Iberiã ad Caſpios montes ſitã. Qui cum reuerterentur tandem Trapezuntem, abeunte Zyche, opprobrijs replebantur ab rege, qui eos identidem uocabat muliebres, molles, imbelles, & patriæ ſuæ proditores. Hæc quidẽ facta ſunt Trapezunte.

Trapezus occupata, & tributaria facta.

At Amaſiæ præfectus, Chiteres nomine, expeditionem ingreſſus, ſubitò Trapezũtem oppreſsit: & eos qui in foro & urbis uicis erant, circiter bis mille cõprehendit. Cum autem urbs iam eſſet propemodũ deſerta, cuius cauſſa erat ſæuiſsima peſtilentia, iamq; expectarent, ſi modò hoſtis accederet, ſe captum iri: rex urbis Ioannes opibus effecit, ut rex Mechmetes urbem eam tributariam acciperet, & captiuos, quos † Chiterempes abduxerat, redderet.

† Chiterbegus.

Ioannes uerò promittebat ſe deinceps nullum initurum bellũ, uerùm bona fide quotannis duo millia aureorum tributi nomine penſurum. Ioannes rex fratrem ſuum Dauidem Deſpotam ad regẽ miſit, ut fœdus prædictis conditionibus pangerẽt. quod & factum eſt, uerùm ut Ioannes annuatim tributi nomine ſolueret tria millia aureorum.

Iberos, eorumq; reges, regio, ſitus, mores, &c.

Iberia finitima eſt Colchidis regioni, eiuſq; reges haud ſunt inſtrenui & ingeneroſi. Porrigitur autẽ ab eo loco qui Bathy dicitur, & ab Phaſide fluuio uſq; Chaltlichi, quæ pertinet ad ditionem Gurguri, Corij, Cachetij, & Typhliſij. Vrbes hæ propinquæ ſunt Samachio, quam urbem tenent & incolunt Turci. ſub quorum poteſtate degunt ſeparatim infra Cachetum urbem in regione maritima, Sebaſtopolis † Minceliorum & Dadianni metropolis, Mamia, Samantaula, Gurij, & aliæ urbes maritimæ. Nam urbibus ſuperioris Iberiæ cõtermini ſunt Alani, Hunni, & Embi.

† Mengreliorum.

Alani, qui et Albani, & Georgiani, Iberis proximi.

Verùm Alani ad Caucaſum uſque ſe extendunt, qui præ reliquis habentur uiri fortiſsimi, & bellicarum rerum peritiſsimi. Hi conficiunt loricas optimas. Sequũtur religionem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Lingua utuntur peculiari. Arma habent quæ ex ære parant, & Alanica nominantur. Quin & ipſi Iberi ſunt. Vnde autem in iſtam regionem profecti uenerint, an ab Iberis Occidentalibus, aut aliunde, coniectando aſſequi nõ poſſum. Magnam breui ſibi pararunt potentiam: etiam opes plurimas nacti ſunt. Fidem uerò Chriſtianam ex Conſtantinopoli hauſerunt. Nam mulier quæ eò proficiſci conſuerat, ut ueram fidem & ſacroſanctam addiſceret, etiam Iberos, abnegata ſua ſuperſtitione, ad ſanctiſsimam & miraculorum effectricem fidem adduxit: eoſq; Chriſtianos declarauit, cum ſe Chriſtianos eſſe confiterentnr.

Iberes quomodo Chriſtiani facti. Vide Philipp. Bergomenſ. lib. 9. Suplemẽt. Chron. et Nicepb. lib. 8. cap. 34.

Temporibus multis pòſt Scythæ finitimi his bellum intulere: & ingreſsi regionem Iberiæ, eam planiſsimè corrumpebant, & euaſtabant. Viros qui præſtò erant, captos in mancipiorum numerum retulerunt. Iberorum uerò reges confugerant in montes, ut in ijs ſeruarentur. Poſtea cum Scythæ ex regione exceſsiſſent, reuerſi ad ſua, etiam Iberi ex montibus ad ſua deſcenderunt, & regi deinceps Scytharum quotannis tributum ferentes, in regno ſuo manſerunt. Breui autem tempore interiecto, poſtquam pugnauit Scytharum rex contra Alanos, etiam Hunnos & Saſos bello petijt: de quibus quatenus comperi, eatenus memorabo. Aſanes ubi ad regem acceſsit, quid in Peloponneſo eueniſſet, enarrauit. Percunctabatur quoque de Achmata Peloponneſi principe, quia eius frater decreuerat manere in ea regione, quamuis hoſtilibus armis à fratre peteretur. Continuò eum donauit inſulis in Aegeo mari ſitis, Lemno, Imbro, Thaſſo, & Samothrace. Has quidem donauit ante captum Byzantium. Capto autem Byzantio, Lesbi principatum, Lemnum & Aenum, defuncto Palamede, filius eius Dorius urbem occupauit.

Dorias.

Rex autem accedens hoſtili animo, Aenum cõtinuò in deditionem accepit, dedentibus ſe illicò ijs qui in urbe erant. Miſſus eſt & Ionuzes Callipolis præfectus, ut inſulas reciperet. Imbrus & Lemnus continuò deditionẽ fecerunt. Qua facta, continuò regis præſidia inſulis imponebantur. Poſtea cum audirent Turci claſſem, cuius dux foret † Cardinalis, ab Italia aduenire, & etiam alia ab Italia expectaretur claſsis, præſidia ex inſulis decedebant.

† Ludouicus patriarcha Aquileienſis.

Turci uerò eas tutabantur. Lemnus, quamprimùm claſsis ad eam appuliſſet, in ditionem uenit. Similiter Imbrus, Thaſſus, & Samothrace in ditionem acceptæ ſunt. Nec multo pòſt cum ea claſsis attigiſſet Rhodũ, Iſmael præfectus regius adnauigans, Imbrũ & Lemnum recuperauit. Viros Italos qui in hac erant, captos ad regem tranſmiſit: quos omnes, cum in conſpectum regis adducti eſſent, interfecit. Ea tempeſtate rex Philippopoli uerſabatur. Nam regni ſedem reliquerat propter peſtem, quæ in ea crudeliter graſſabatur. Thaſſus autem & Samothrace ſeipſas dedidere imprudenter. Nam cum haud multo pòſt Zoganus abegiſſet Iſmaelem, & declaratus eſſet præfectus Callipolis, nauibus aduenions, Samothracen & Thaſſum in ditionem redegit, eaſq; penitùs diripuit. Incolas eorum Byzantium, ut ibi habitarent, traduxit. Inſulas uerò & quotquot confugerant in montes, ne captiui abducerentur *

Deeſt aliquid.

Aſanes cum copijs ingreſſus eſt Peloponneſum, & Thomam iuxta Leontarium in fugã egit. Ipſe uerò fugiẽtem inſequutus, parumper eum obſedit. Cum autem premeretur ab aduerſarijs, diſceſsit, & ad regem reuerſus eſt, petiturus auxilium. Fuit huic acris contentio cum Omare Theſſaliæ præfecto. Cum autem

K ſtudijs

Digitized by Google

ſtudijs inter ſe grauiter diſſentirent, ipſe ea diſſenſione motus, ad regem profectus eſt. Nec multo pôſt rex Omarem ſe principatu abdicare coegit. Eum autem principatũ commiſit Zogano, qui eo tempore Gallipolis erat præfectus. Zoganus iſte breui ad maximam claritatem euaſit inter cætera, quòd etiam † Morezniam, qui potentiſsimus in mari noſtro erat pirata, cępit. Hinc non modica uiro illi acceſsit gloria. Hic igitur Theſſaliæ principatu inito, & Peloponneſo ab rege accepta, cum exercitu Achaiã hoſtiliter ingreſſus eſt. Græcorum autem exercitus, accedente Zogano, & arcem oppugnante, diffugit. Itali, quos accerſiri iuſſerat Thomas, iam aderant eò loci, ut ſuppetias ferrent Gręcis, profecti Mediolano ut ſubſidio uenirẽt Græcis. Græci parauerant bombardam, qua urbem feriebant. uerùm parum proficiebant: haud enim peritum habebant bombardariũ. Nec etiam alius machinarum apparatus ſufficiebat ad iſtam expugnationem. Græci igitur mouentes ab iſta urbe, profecti ſunt Naupactum, atq; hîc ſe tenuere. Thomas cum exercitu ſuperueniens, Laconiam ſubigebat, & Calamatam Meſſenæ urbem. Mantineam quoque obſidione circumuenit. Nec tamen quicquam ea obſidio ſuccedebat, ut urbe potiretur. Interea miſit Thomas legationem ad regem, ut eius animum tentaret, an uellet ſecum pacem componere. Rex, cum eo tempore nunciatum eſſet quid in Aſia moliretur Chaſanes Longus, pacem dare haud abnuit, ut poſſet liberius arma inferre Chaſani, & Iſmaeli Sinopes principi, cui familiaritas cum Chaſane interceſſerat. Cæterùm rex his conditionibus pacem cõuenire poſſe reſpondit, ſi exercitus abduceret ab regis arcibus, ſi reſtitueret oppida quæ ademiſſet, ſi illicò tributi nomine numeraret tria millia ſtaterum aureorum. Adeſſe autem deberet intra dies uiginti Corinthi, donec eò ueniret regius legatus. Hęc ubi nunciata ſunt principi, pacis cõditiones oblatas haud aſpernatus eſt. Cum autem admodum imprudenter in tranſuerſum agerentur principis ſubditi, factum eſt, ut non poſſet regi pendere quemadmodum imperauerat tributum. Hinc ira exardẽs rex, expeditionem aduerſus Thomam ſumpſit, & bellum contra Chaſanem reiecit in futurã eſtatẽ, & contra Peloponneſum accingebat. Cũ ueniſſet Corinthũ, aderat Aſanes ab Demetrio principe, ducturus contra hoſtes regis exercitum. Vbi peruenit Tegeam, Aſanẽ in carcerem cõiecit: etiam fautores qui eum ſequuti fuerant, uinctos detinens, profectus eſt contra Spartam. Primò quidem Machumetes habens equites, & Europæum exercitum, ſummis uiribus contra Spartam contendit. Huc cum iam acceſsiſſet, & urbem oppugnare occœpiſſet, ſenſit principem in ea eſſe. Princeps autem ſpe, quam ſibi in rege ſitam

† Moreſinũ ſiue Morezinum. *Morezines pirata.*

Thomas iterũ fœdus cũ Turco.

Vſuncaſſanus bellum parat.

Aſanes captus.

Demetrius Spartæ obſeſſus.

putabat, deiectus, obſidebatur, & conabatur per urbis arcem aſcendens euadere. Vbi uerò intellexit in carcere teneri uxoris ſuę fratrem Aſanem, & in eam neceſsitatem ab rege eſſe detruſum, exceſsit urbe: & ueniens in caſtra, prodijt in regis conſpectum. Rex aduenientem magnificè tractauit, & plurimùm honorauit. Præterea eum conſolatus eſt, ut bonum animum gereret: ſe nolle delictorum pœnas exigere. Promittebat ſe ei daturum opulentam regionem aliam, nullius rei egentem, pro Sparta. Attamen eum in cuſtodia aſſeruans, detinuit. Supra Spartam in radice Taygeti ſita eſt urbs Græca, opibus florens. Diſtat à Palæopoli & ab Eurota, ſtadijs fermè decem & octo. Hanc rex in ditionem accepit, & præſidium metropoli impoſuit: eique principem dedit Chazanem Zenebiſam Machumetis miniſtrum. Hinc profectus eſt Caſtriam urbem, quæ remota eſt à prædicta urbe ſtadijs octoginta, eamq; oppugnabat. Nam uiri pariter & mulieres cum eſſent incluſi in loco munitiſsimo, confidentes locorum difficultati, parabant ſeſe, ut reſiſterent exercitui regis adeunti. At peregrini ubi ſignum irruptioni datum eſt, confeſtim aggreſsi ſunt urbem: & ſuperãtes murum exteriorem, uiros pariter & mulieres cæperunt: locum'que in quo fuerant, deſtruxerũt. Vrbe capta, perrexerunt contra arcem, quæ admodum excelſa erat. Nam altitudo eius complectebatur circiter quatuor ſtadia. Aſcenſus autem erat arduus, & ſuperatu difficilis. Ad loci difficultatẽ accedebat accliuitas & inæqualitas. Præterea in arcem aſcendere difficile erat, propter eos qui aditu aduenientes prohibebant. Verùm regij milites uiolenter aggrediebantur iter, cum alius alium pręuenire cuperet. Plurimi in iſto aſcenſu, cum alij in alios inciderent, per pręceps uoluebantur, & peregrini complures ibi cadebant. Reliqui tamen uicta itineris difficultate, ſubierant ad arcem, & in eam impetum dedere.

Sparta, Lacedæmon, Mizithra hodie, à Machumete occupata.

Caſtria capta.

Græci, quòd tempore longo pugnaſſent, non amplius regijs militibus, cum noui & recentes uſque ſuccederent, reſiſtere potuerũt. Fatigati igitur, dedidere ſe regi. Hos omnes, ubi primùm arcem occupauit, in unum locum contractos occidit. Numero autem erant trecenti. Ducem horum die poſtero in duas ſecuit partes. Hinc profectionem inſtituit per Leontarium: & caſtris poſitis, cum accepiſſet quòd uxores & liberos collocaſſent in urbem quandam munitam nomine Cardiceam, confeſtim eò pergens, ibi caſtra metatus eſt. Die poſtero urbem oppugnare ſtatuebat ab arce, murumq; unà cum peregrinis proruere uolebat. Azapides iuſsit irruptionẽ facere eò loci ubi palatiũ regium eſt, & inde in hoſtem deſcendere. Azapides confeſtim, ut imperatum erat, irrumpentes, Græcos uicerunt, & in fugam abire compulerũt.

Leontariũ, olim Megalopolis.

Cardicea capta.

Interim

Interim reliqui unà cum prædictis ingrediebantur in urbem: & trucidabant, nemini parcentes, uiros, mulieres, iumenta, & pecora. Etiam hi qui arcem tenebant, continuò deditionem fecerunt. Bochales autem cum ſuis propinquis urbem iſtam regebat. Rex illicò per præconem in caſtris edici iubet, ſi quis mancipium abduxerit, ſi non illicò accedat, id ſecum adducens, mancipium dominus interficiat: poſtea interficiatur & mancipium. Hoc edicto promulgato, nihil rarius erat in caſtris, quàm mancipia urbis iſtius. Abducta erant inde mancipia mille & † trecenta. Hæc iuſsit in unum locum congregari, & omnia necari. Atque adeò in mancipia ſæuitum eſt, ut nullus Leontarij ciuis relictus ſit, neque uir, neque mulier. Audiui poſtmodum ex finitimis, cadauera hominum fuiſſe circiter ſex mille, & iumenta plurima. Cum cæteræ Peloponneſi urbes hoc crudele regis factum accepiſſent, confeſtim metu in poteſtatem regis conceſſere, mittentes legatos ad regem. Inter cætera Saluarium Arcadię, nauale eius regionis, ex aduerſo Pyli ſitum, urbs munitiſsima, regi ſe tradidit. Vrbē hanc ubi ſuſcepit rex, uiros & mulieres ciuitatis in carcerem miſit. Hi congregati, ſeu in unam ſummam collecti, erant decem mille, quos ſe interfecturum rex ſimulabat. Tandem eos tranſportauit in Byzantij regionem, ut in Byzantij ſuburbanis degerent. Ducem ſiue principem Demetrium circumduxit uinctum, donec eum iterum ad colloquium admitteret. Eodem principe monente, miſit rex Ioſuen Iſaaci filium, ut reciperet Epidaurum, & principis uxorē & filiam, quam rex ſe uxorem ducturum dicebat, ſecum inde adduceret. Gręcorum princeps de ſuis ducem miſit, qui perſuaderent Epidauri incolis, ut urbem traderent regi, & paterentur principis tum uxorem, tum filiam inde abduci. Ioſue cum Græcorum robore profectus eſt Epidaurum. Cum ueniſſet ad urbem ciuitatis iudex, ſuadentibus id & alijs ciuibus, deficit à principe: nec in ſe eſſe ſitum reſpōdit, ut urbem regi traderet. Verùm Græcorum principis cùm uxorem, tum filiam paſſus eſt exire urbe. Has, ubi egreſſæ erant, accipientes, rediere in caſtra. Rex ubi intellexit ut ſingula circa Epidaurum accidiſſent, principis uxorem & filiam ex Peloponneſo rectà in Bœotiam ſubduci iuſsit, addito in cuſtodiam uirginis eunucho. Nec multo pòſt etiam principem ab Peloponneſo ad uxorem pergere iubet. Rex illicò capta Cardicea, profectus eſt contra Venetorum urbes. Venitq; uiſurus Coronā. Zoganus Peloponneſi præfectus, cui mandatum erat, ut in deditionem regis redigeret Achaiam & Elidis regionem plurimam, nec non mediterranea Elidis, accipiens Theſſaliæ exercitum, & regium equitatum, ſubiugauit Calauritam urbem, quam tradebat † Doxas, qui inter Albanos facilè primas ferebat. Ipſe cum neceſſarijs ſuis continuò in ditionem regis conceſsit, Zogano urbem dedens. Omnes tamen hos deinceps, cum ſic imperaret rex, trucidauit. Poſtea profectus eſt contra Grebenum urbem munitiſsimam, & hāc oppugnare inſtituit: uerùm loci difficultate impeditus, eam expugnare nequiuit. Tentabat deinde & reliquas Albanorum urbes, inter quas & Santamariam: in quam urbem plurimi regionis eius opulenti diuitias & opes contulerant, & ibi ſeruabantur. Euocantes autem Zoganum ad colloquium, fœdus pepigerunt, & eidem arcem dediderunt. Hac accepta, dolo circumuenit omnes. Nam immiſſo exercitu, omnes cæpit, & in mancipiorum conditionem traduxit: plurimos eorum etiam occidit. Hæc ubi fama pertulit ad cæteras Albanorum urbes, nullā amplius ſpem ſalutis ſibi in rege cernebant. Quapropter ſinguli in ſuis urbibus hoſti reſiſtere parabant, nec ullum amplius oppidulum deditionem facere uolebat. Et Zoganus quidem cum talia faceret, maximam calamitatem † Santamariæ inuexit. Cæterùm non multo pòſt, & ipſe ſuo officio excidit. Rex interea Corona relicta, profectus eſt Pylum, & ibi caſtra ponebat. Aderat ibidem & Thomas cum naui: quam conſcendens, ſoluebat, expectaturus quònam res Peloponneſi eſſent euaſuræ. Huc cum appuliſſent naues Venetorum, edixerunt ut hinc decederet, nec in ipſorum portu reſiſtere regi inſtitueret. Ille quidem, ubi caſtra metatum eſſe audierat regem, abibat, committens pelago nauem. Venetorum autem legati accedentes huc ad regem, fœdera inita confirmarunt, & hoſpitalitatem, beneuolentiámque maximam regi exhibebant. Nihilominus tamen regij equites incurſionem in Pylum facientes, haud paucos Albanos, qui in ea regione agebant, cæperunt, & finitimos necauerunt. Equitatus regis deinde pergebat Methonam, ut uideret, qui nam urbe eſſent egreſſi, ut ſemetipſos dederent regi. Verùm quidam ab equitibus peremptì ſunt. Rex collectis omnibus, Pylo decedens, Græcorum principem Demetrium rectà in Bœotiam procedere iuſsit, ut in ditionem redigeret mediterraneā, quę ibi eſt, regionem, ſicuti ſuprà docuimus. Ipſe uerò cum hæreret in Achaiæ regione, & loca quæ ibi erant, in ditionem accipiens, dedentibus ſeſe principibus, uenit in Achaiam, uehens ſecum Aſanem, uxoris quam princeps habebat, fratrem. Huc ueniens, accepit miſerabilem calamitatem, quæ contigiſſet Santamariæ. Grauiter, ea audita, ſuccenſuit Zogano. nam meritò indignabatur. Si quidem propter errorem ſiue crudelitatem Zogani in Græcos, reliquæ urbes cunctabantur ad deditionem ſpectare. Iuſsit igitur rex per

Mancipia cæſa.

† Al. ducenta.

Saluarium.

Zogani res in Peloponneſo.

† Tochius, ſiue Topi?.

Calaurite dedita.

Santamaria, fortè quæ Sancta Maura hodie dicitur: quidā Leucada, alij Nerytum inſulam eſſe putant.

† S. Mauræ.

Turcæ in Sanctamaurenſes perfidia.

Venetorum fœdus cum Turca.

Achaia occupata.

per præconem in caſtris edici, ut mancipia Santamariæ conquirerentur. omnia quæ in caſtris reperiebantur, libertatem priſtinam recipiebant. Plurima, antequam id fieret, tranſcenderant ab Achaia in Aetoliam. Zoganus quoque plurimos captiuos in mancipiorum numerum relatos, domum tranſmiſerat. Vrbem dehinc Grebenum, miſſo Ioſue Scopiorum præſide, cæpit: & tertiam hominum, qui in ea urbe erant, partem ad mancipiorum miſerabilem fortunam deduxit. Hinc ipſe eligens pulcherrimum quodque mancipium, ea auferebat. Etiam antequam hæc euenirent, Patrarum præfectus nomine Iſocales oppidula quædam finitima ſubegerat. Nam Græci ubi intellexerunt regem populari mediterraneam regionem, & necare plurimos, ibi tum ſingulæ ciuitates contendebant ſummis ſtudijs, ut ſe traderent regi, priuſquam ipſe adueniens urbes dirueret: quaſdam in mancipiorum numerum redigeret, & alios leto daret. Turci igitur urbes ſuſceperunt, & eligentes pulcherrima mancipia, quæ in ijs erant, & uocantur Aprici, ſibi conſeruabant. Vrbes quidem minores fœdè diripiebant, at maiores in ditionem accipiebant, eligentes ſibi ea quæ in urbibus erant pulcherrima. Quemadmodum in oues à paſtoribus deſertas irruunt lupi, nec cæde unquam ſatiantur, uerùm miſerè luporum ſæuitia oues pereunt: ſic ea tempeſtate Peloponneſus crudeliſsimè interibat, uaſtata & corrupta ab regijs militibus, cum alij hîc, alij alibi miſerandum in modum occumberent. Rex quum aduenisſet Patras Achaiæ, caſtra communiuit, & Caſtrimenum urbem in deditionem accepit. Miſit quoque præconem ad Salmenicam, qui iuberet eos urbem dedere. Verùm hi reſponderunt, ſe nondum ſatis paratos eſſe ut deditionem facerent. Scire enim ſe, ſi deditionem facerent, ſe idem quod accidiſſet reliquis Græcis, paſſuros. Hæc ut relata ſunt ad regem, poſtero die omnibus collectis uenit Salmenicam. Vrbs hęc ſita eſt in cacumine montium excelſorum: loci' que natura eſt munitiſsima. Arx præterea urbis exædificata eſt in præcipitio montis, erigens ſe ſupra urbem. In hac ſeruabantur, putantes ſe tutos fore ab imminenti diſcrimine finitimorum Græcorum & Albanorum plurimi cum uxoribus & liberis. Rex ubi ad eam urbem acceſsit, bombardas expediri iuſsit, quibus murum, qui firmiſsimus erat, nec bombardis cedebat, quaſſauit. Tandem in alijs locis periculum fecit, ſi quid promouere poſſet. Quamuis tamen omnia tentaret, urbem capere nequibat, nec quicquam tanto apparatu dignum efficiebat. Bombardarij interim haud paucos oppidanos uulnerabant globulis. Quum autem urbem diebus ſeptem obſidione urgeret, & peregrini milites aquam fluminis, unde obſeſsi aquam hauriebant, obtinuiſſent, nec multo poſt ſiti expugnati oppidani, ſemetipſos regi dediderunt. Hos igitur ad miſerandam mancipiorum fortunam redactos, rex in omnes exercitus ſui proceres partitur. Inde quoque elegit pueros circiter nongentos, quos in peregrinorum ordinem tranſtulit. Reliquum uulgus uænijt in publico foro. Is autem qui arci præerat, erat dux Græcorum, nomine Palæologus. Indicabat regi ſe arcem traditurum, ſi ipſe hinc profectus miliare unum caſtra poſuiſſet. Rex conditionem hanc haud abnuit: ac ceptis' que in rei fidem obſidibus, inde digreſſus eſt: & ueniens Aegium caſtra locauit, relicto illic Chamuze Peloponneſi & Theſſaliæ præfecto. Hunc Peloponneſo & Theſſaliæ præfecerat rex, cum ex ea dignitate expuliſſet Zoganum propter Santamariæ calamitatem. Ille autem iuſſus manere, ut arcem in deditionem caperet, poſtero die moratus eſt, nihil faciens. Græci autem periculum facturi, num ſatis omnia tuta ſint, quoſdam eorum qui in arce fuerant, dimiſerunt, ut abirent portantes ſuam ſupellectilem in continentem, quæ ex aduerſo Peloponneſi erat. Nam inde cogitabant tranſire ad Venetos. hac enim conditione fœdus ictum erat. Hos igitur egreſſos urbe, & ad abitum inſtructos comprehendit Chamuzes, & ad mancipiorum conditionem eos trahens, auctor fuit ijs qui in arce erant, non tradendæ arcis. Literis enim miſsis ſignificarunt regi ducis imprudentiam & inſcitiam, quòd illicò fœdera regis uiolauerit. Rex quid actum eſſet, ubi reſciuit, Chamuzam officio ſuo eiecit: Zoganum uerò iterum præfectum Peloponneſi, & ducem Theſſaliæ conſtituit. Cum huic regiones iſtas commiſiſſet, iter fecit per Phæanum. Huc cum ueniſſet, pręconem dimiſit per oppidula finitima, qui diceret: Regem præteritorum ueniam dare, & iubere, ut deſcendentes in caſtra, ſuis militibus commeatum uendant. Quidam igitur dicto audientes fuere, & uenientes in caſtra, admiſcebantur Turcis. Rex cōgregans Ianuarum milites, quotquot præſtò erant, & equites, eos emiſit in Albanos, quaſi omnes rapturus. Quotquot præconis uoci paruerant, in hunc modum occumbebant: & iumenta pecoráque, hac occaſione uſi, abigentes, aduenere Corinthum. Pari fraude uſus, etiam in Phliuntis regionem incurſionem fecit. Nam Albani incolētes loca iſta munitiſsima, Græcorum res agebant & ferebant. Reliqui Albani, qui habitabant in inferiore Peloponneſi regione, accedebant prædictis Albanis auxiliares, & ſequebantur quócunque bellum auertiſſent. Itaque rex decreuit loca iſta reddere infirma, Albanos præterea hinc digreſſos noluit amplius

Grebenum receptum.

Græcorum metus & ad Turcos defectio. 1458.

Aprici.

Caſtrimenum occupatum.

Salmenica obſeſſa.

Siti expugnata Salmenica.

Palæologus arcis præfectus.

Chamuzæ deiectio, Zoganus ſuffectus

Phæanenſes fraude capti

Phliuntis regio occupata.

Digitized by Google

amplius quid in ſua regione rex innouare. Nam plerunque Albanos, quemadmodum modò diximus, defectionem feciſſe aiunt, & reliquos defectionis ſocios traxiſſe. In hunc modum in ditionem regis rediſt Peloponneſus.

Mech. Athenas petit.

Rex autem ueniens Athenas, obambulans hinc inde, ueterem illam urbem & portus ſpectabat. Interea quidam peregrini, qui in arce erant, exponunt regi, quoſdam Athenienſes coniurationem feciſſe, ut proderent urbem Franco Bœotiæ principi, qui antea princeps Athenienſium extiterat. Sic urbs & Athenienſes in magnum diſcrimen uenere. Nam rex huic indicio fidem dans, capit ciues decem opulentiſsimos: eoſq; inde abducẽs, deportauit Byzantium, ut ibi habitarent. Rediens autem domum, præcones miſit, iubens Demetrium ducem præcedere cum uxore: Ipſe uerò per ocium ſequebatur.

Demetrius Aeno præfectus.

Duci quidẽ tradidit urbem Aenum, & uectigal quod ab ſalinis iſtius urbis ſoluebatur. Præterea à Ianuis regis accipiebat circiter ſexaginta myriades librarũ argenti.

Franci Acciuoli interitum.

Francũ Antonij filiũ, quo per amorẽ abuſus fuerat (ut fertur) eiq; crediderat Athenienſiũ arcem, eum inquam miſit ad Zoganum Peloponneſi præfectum, quẽ occidi iuſsit. Zoganus inuitans iſtum in tentorium ſuum, cum eo colloquutus eſt uſque ad noctem. Poſtea autem cum abiret Frãcus, pergens ad ſuum tentoriũ, ibi interfectus eſt à Zogano, cum ut ibi necaretur, precibus impetraſſet. Franci mors talis fuit. Rex aũt per ocium reuertebatur domum. Cum adueniſſet Pherras, diem ibi moratus eſt. Nam fama erat, Pannones cum exercitu accedere ad Iſtrum. Vbi aũt cognitum eſt, famam hãc eſſe falſam, non multo pòſt Adrianopolim peruenit, ducens ſecum Græcorum regis fratrem Demetrium cum uxore. Vbi proceſsit in regiam ſedem, miſſo nuncio eunuchum abduxit à cuſtodia filiæ ducis. Zoganus, qui relictus fuerat in Pelopõneſo, habẽs ſub ſe Theſſaliæ exercitum, equitibus exceptis, res Peloponneſi circumiens cõponebat. Plurimùm lucri tum huic, necnon Peloponneſi ducibus accedebat ab mancipijs, quæ clàm ferentes tranſmiſerant in Theſſaliam. Peloponneſiaci quoq; plurima munera in iſtum uirum congerebant.

Salmenica arx rurſum obſeſſa.

Salmenicam quoque exercitu circumſedit: & æquas conditiones, quibus oppidani urbem dederent, obtulit. Cęterùm oppidani eas conditiones reſpuere, nec ijs obtemperare uoluerunt. Contigit autem poſtmodum, ut impunè & illæſus exiret ab arce iſta Græcorum dux, qui per annum ibi manſerat, quàm fortiſsime & generoſiſsimè ſuſtinens bellum quod ab rege inferebatur. Nam Machmetes regiæ domus princeps de iſto uiro talẽ ſententiã protulit: Veni in Peloponneſum, quæ admodum magna regio eſt, & mancipia reperi plurima: nullum uerò uirum præter iſtum. Rex ea tempeſtate in regia ſede uerſabatur.

Thomas in Italiam.

Thomas ab Pelopõneſo profectus, & Epidaurũ aſſumens, acceſsit ad Corcyrã: & eiectis inde mulierib. & liberis, nauigabat in Italiam ad Romanũ pontif. Miſit quoq; legatum ad regẽ, periculũ facturus num reddere ſibi uellet pro Epidauro, quam tradere uolebat, regionem omnem Europę maritimã. Rex legatũ iſtum cõprehendi, & in uincula duci iubet. Nec tamen multo pòſt eum inuiolatũ & illęſum dimiſit. Thomas ueniẽs ad Romanum pont. apud eum uictũ habuit, & quotannis ſex mille ſtateres † argenti.

† Al. auri.

Inſequenti æſtate, ubi apparuit uer, expeditionem ſumpſit Mechmetes cõtra Caſtmonę & Sinopæ principẽ. Huic dabat crimini amicitiam, quã fecerat cum Chaſane Longo. Præterea quod parabat, Chaſani adiunctus, incurſionẽ facere in ſuã regionẽ, unà cum eo hoſtiliter accedẽs. Ferunt & alia: uidelicet Amarles frater agẽs in Ianuis regis, regi nõ ceſſauit ſuadere, ut fratri ſuo bellũ indiceret. Implens igit̃ rex naues & triremes circiter quinquaginta & centum, eam claſſem mari profectionem facere iuſsit. Ipſe uerò tranſiens in Aſiam itinere pedeſtri, per cõtinentẽ incedebat. Claſsis regia Aſiæ oram tenebat, donec ueniret Sinopam.

Sinope.

At rex iter faciens per Caſtmonam urbem cum exercitu, tandem peruenit Sinopam.

Vrbs hæc præiacet Euxino Ponto. extendit ſe, cum ſit Cherſoneſus, in mare ſtadijs uigintiſeptem: & in Iſthmo ſita eſt. Hortis & arboribus abundat. Plantas & arbores producit omnigenas tam manſuetas quàm ſylueſtres.

Podarpas.

Nomen eius eſt Pordapas. Sunt ibi damularum & leporum uiuaria. Nec deſunt aliæ feræ, quas uenari ſolemus. Vrbs admodum munita eſt. nam utrinq; mari cingitur, cũ ſit ſpecioſa & pulchra. Ab continente uergit urbs ea in locum arenoſum. Ea uerò regio quæ in Cherſoneſum panditur, cãpeſtris eſt: & hinc facilè urbis mœnia aggredi licet. Machmetes profectus ad urbem iſtam, ante aduentum regis in Turcorum caſtra, huiuſmodi orationẽ cum Iſmaele habuiſſe fertur:

Mahmutis ad Iſmaelem oratio.

† Turcorũ.

O`fili Scenderis, tu quidem ex illuſtri † Tyriorum genere natus es. Præterea nec te fugit, etiam regem ex iſto genere prodijſſe, & contra Mechmetæ hoſtes haud ceſſare bellum gerere. Quid igitur non pacem & tranquillitatem amplecteris, & fratri tuo dimidium principatum concedens, alteri dimidio principatui imperare non uis? Sed ſpolias fratrẽ dimidia principatus parte, & totum gubernas, nec interim abſtinens iniurijs aduerſum te prouocare regem. Nunc igitur, ut res tuæ meliore ſint loco, conſulo ut egreſſus ad regem, teipſum & principatum ei tradas. Nec ingratum experiere regẽ. Proinde ne cuncteris huiuſmodi beneficio tibi regem deuincire. Nam ſatis ſcio, aliã accipies ab rege regionẽ, tua nequaquam minorem, & beatè ſecureq; uiues: nec ulla tibi interueniet triſticia. Nec negocia tibi erunt

Digitized by Google

manidarum, filî Amuratis, me quidem miſit Chaſanes filius meus, qui admodum rebus tuis fauet, nec inuidet felicitati tuæ, nec recuſat tibi gratificari in omnibus quæcunque imperaueris. Quæ autem nūc ſequuntur, ex me metipſa profero, uir diuine. Quid nos, qui eiuſdem tecum gentis ſumus, idem'que populus, bello perſequeris? Aut ignoras Paiazitē Lælapa, Amuratis filium, qui cum circa hæc eadem erraret, & plurimùm delinqueret in gentis ſuæ homines, tandē ſenſit ultionem? Nam iuſticia accedens, eíq; manus iniiciens, effecit ut trucidaretur ab Temire rege. Tibi quidem hactenus, quia manſuetè & clementer tractaſti tuæ gentis homines, nec cuiquā intoleranda feciſti, Deus maximam & copioſam largitus eſt felicitatem, auctore Heroe. Præterea præbet amplam & opulentam regionem, urbes & reges, qui omnes tuum imperium agnoſcunt, & contremiſcunt. Certè haud te clam eſt, fore, ſi contumelijs & iniurijs laceſsiueris homines qui Heroa colunt, ut nequeas amplius hoſtes tuos uincere: quamuis quidam natura & animo malè feriati homines, & impudentiſsimi, cenſeant iuſticiam nullibi terrarum homines punire, uerùm caſu quodam ſiue fortuitò res humanas gubernari. Nec ad quodcunque ſe contulerit quilibet ſiue rex, ſiue tyrannus, fas iuſtúmque eſt: ſed ſi iuſticia acceſſerit. Verùm enimuero cernimus Parcas utramque ſortem, bonam & malā, diſtribuere: & in utramque hanc ſecernunt homines, qui in terram aduenerint. Quibus melior ſors in hoc ſeculo à Parcis fuerit attributa, hi poſt mortem uincti pœnis ſubijciuntur. Solet autem aliàs numen ſedulò id procurare, ut quod quis intercedente iureiurādo pactus fuerit, præſtet. Sin preuaricatur, præuaricantem illico comminuit. Tu quidem maximam conſequutus es felicitatem, adeò ut nullus omnium qui in orbe ſunt, regum tibi ſit conferendus. Cauſſa uerò in promptu eſt. Nam paruiſti Heroi, & ſolennia quæ ſemel uiſa ſunt, non es tranſgreſſus: & in poſterum imperabis, ſi ſic perrexeris agere. Pactis autē omnibus quæ quis fecerit, ſiue cum Herore, ſiue cū Deo, donec moriaris, ſtandum eſt. Verùm non honeſtè nobiſcum agis, qui ſumus de tua natione, & ſerui Herois. Nam etiam Parca tecum pacta eſt. Satis ſcio, hęc nos non deſpiciet, nec nos contumelijs & iniurijs abs te affectos aberrare uagos ſinet. Hæc loquuta eſt. Rex autem in hunc modum reſpondit: O' mulier, nō eo inficias quin iuſta ſint quæ commemoraſti omnia: uerum haud te clàm eſt, pactum conuentū amplius quidpiam quàm priuato gratificari regi, & tyranno. Id autem rerum experientia demonſtrare conſueuit. Nam ſi quis in eiuſdem nationis homines peccare apparet, eius rei teſtimonijs fides accipienda eſt. Deinde accedētem oportet ultionem exigere. Hoc à nobis factum eſt. Siquidem prædiximus filio tuo, nos nolle amplius ei noſtram præbere regionem. At non acquieuit noſtro imperio, nec regione noſtra abſtinuit: uerùm noſtra interturbare accedens nō ceſſauit. Cęterùm, utut hæc facta ſunt, tamē filio tuo hæc nunciamus: quæ ſi fecerit, ab eius regione exercitum abducemus. Det operam, ne in noſtrā regionem incurſiones faciat, nec auxilio ueniat regi Trapezuntis, ut ſimul cum ipſo capeſſat bellum. Hæc ubi enarrauit rex, mulier paciſcebatur, & pacem componebat. Qua conuenta, rex duxit rectà Trapezuntem contra regem Dauidem: qui defuncto rege Ioanne fratre ſuo, & relicto nepote uno, congregans Cabazitianos, qui imperant Meſochaldijs circa Trapezuntem regnum inuaſit, eo'que potitus eſt regnās, cum iniuria affeciſſet fratris filium, tunc demum quatuor annos natum. Claſsis autem ſoluens à Synopa, poſtquam eam ſubegerant, tendebat Trapezuntem: dextra Cappadociam tenens, & ueniens Trapezuntem, ſuburbana incendit, & diebus trigintaduobus urbem obſedit. Poſtea etiam rex cum exercitu acceſsit. Machumetes autem dux prçceſſerat regem, & ante hunc uenerat Trapezuntem. Caſtris poſitis ibi in eo loco, qui Scylolimne dicitur, in colloquium ueniens cum Georgio Protobeſtiario patruele eius, iuſsit ut ſic alloquatur regem Trapezuntis Dauidem: Regij Græcorum generis rex magnus hæc dicit. Cernis, quàm longum iter, & quàm longam regionem emenſus ſit rex, poſtquam expeditionem ſumpſit contra te ut huc ueniret? Si igitur illicò urbem regis permiſeris arbitrio, ne dubites, prębebit aliā: ut Demetrio Græcorum principi, qui Peloponneſum rexerat. Donauit uerò hunc opibus plurimis, inſulis'que. Eidem & urbem opibus florentem Aenum tradidit. Is igitur nunc omni metu uacuus, ſecurus uiuit, maxima felicitate fruens. Si autem non obtemperaueris, uerùm regis uires experiri uolueris, ſcito urbem tuam breui direptioni obnoxiam fore. Nec enim prius ab oppugnatione deſiſtet, quàm urbem cæperit, & uos omnes ignominioſiſsimæ morti ſubiecerit. His dictis ab Mechumete, reſpondit rex Colchidis, in hunc modum: Verumenimuerò nos, cum hauddum fœderū fidem uiolaſſemus, fratrem regis mittentes, prompti & parati eramus, quocunque iuſsiſſet rex, obedientes ire. Etiam regiæ claſsis duci loquuti ſumus, rogantes ne regionem noſtram populationibus affligeret. Paratos enim nos eſſe, ubi primùm aduenerit rex, deditionem facere. Hæc dicens, rogabat ut pax inter ſe & regem conueniret. Hac tamen conditione, ut rex ipſius filiam uxorem duceret, & regionem redderet, ex qua æqualem redditum huic, qui ex Colchide ueniret,

Eiuſdem religionis homines ſe inuicem perturbare nefas.

Dei iuſticiā, non caſum, omnia gubernare.

Parcæ.

Legem diuinam cuſtodientes feliciter uiuere.

Mechmetis reſponſum.

In Trapezunta expeditio.

Scylolymne.

Legatio ad Imp. Trapezuntis.

Imp. Trapezuntij reſpōſum.

Digitized by Google

quotannis acciperet. His expoſitis, pacẽ orabat. Machumetes reuerſus in caſtra, occurrit regi: & quæ ex urbe cognita haberet, enarrat. Cęterùm rex elatus his ſermonibus, urbẽ ui capere & diripere nitebatur. Aegrè enim ferebat, uxorem regis Dauidis, priuſquã appuliſſet claſsis, ueniſſe ad ſuum generum Mamiam, & urbe egreſſam eſſe. Poſtea cum conſultatio proponeretur quid agendum foret, uiſum eſt ut congreſſus fieret utrorumque: & iuramento interpoſito, in deditionem ſuſciperentur. Iuſiurandum itaque regis interuenit. Quo facto, peregrini milites regis urbẽ, ſicuti imperauerat rex, ſuſceperunt. Regem Trapezuntis nauẽ cõſcendere, cum ſuis liberis, & filia & cognatis, qui præſtò erãt, iuſsit: & ſoluentes, iuſsi ſunt nauigare Byzantium, quaſi & ipſe breui affuturus ſit, iter facturus per continentem. Vrbem autem eam commiſit regiæ claſsis imperatori, qui Callipolis præfectus erat. Peregrinorũ præſidio arcem muniuit. Vrbi uerò præſidium Azapidum impoſuit. Poſtea miſit Chetirem Amaſię pręfectum, qui regis iuſſu, loca urbi & Meſochaldio finitima occupauit. Hæc autem fuerant in ditione Cabæzitęorum, qui erant pręfecti Græcorum Imperatoris, & filij eius. Singula iſta loca in regis ditionem, deditione facta, conceſſere. Rex autem relicto præſidio peregrinorum & Azapidum, iter fecit per continentem. Proficiſcebatur per Tzanorum regionem: quam, quia admodum munita erat, haud facilè tranſire poterat. Veniens deinde Byzantium, curauit ut rex Trapezuntius Adrianopolim ſubueheretur. Nec multo pòſt & ipſe eòdem peruenit. In hunc modum capta eſt Trapezus urbs, & uniuerſa Colchidis regio, deuenitq́ in poteſtatem regis. Antea fuerat principatus, quẽ regebant Græci, moresq́ & uictus rationem Græcorum maximè imitabatur. Verùm Græci & Græcorũ principes, breui admodum tempore bello domiti ſunt. primò quidẽ rex potitus eſt Byzantio: poſtea arma tulit in Peloponneſum: dehinc Trapezuntis regem unà cum regione nactus eſt. Hæc quidem hactenus contigere. Trapezuntios in partes diſtribuit: partem unam retinuit ipſe, ex qua fecit Silictarios, & Spathoglanos. hos in Ianuis tenebat, eorumq́ miniſterio utebatur, necnon ipſis nefario amore raptus abutebatur. Partem autem aliam Byzantium tranſmiſit. Porrò ex alia Ianitzaros elegit. Quoſdam conſtituit ſeruos, qui in tabernaculis ſeruirent. pueros ex omnibus elegit octingentos, eosq́ in peregrinorũ cohortem ſubmiſit. Filiam regis Dauidis nõ, quem admodũ rex hîc petierat, uxorẽ duxit: haud tamen multo pòſt eam in ſuum cubiculũ accerſiuit, perempto rege Dauide. Nepotem aũt huius, qui fuerat filius adhuc infans prioris regis, apud ſe habuit Crato. Regis autem Dauidis filius iunior, nomine Georgius, cum Adrianopolim ueniſſet, ad Mechmetæ religionẽ cõuerſus eſt. Aſſumptis Turcorũ moribus nõ multo pòſt captus eſt ab rege, unà cũ patre & fratrib. Nam miſsis literis, cõſobrina Dauidis regis, uxor Chaſanis uocabat aut regis filiũ, aut patruelem eius, Alexiũ Comnenum ex Mitylenis. Et literas quidem, quib. ſignificabatur ut unus ex filijs regis Dauidis, aut patruelis eius (ut dictum eſt) ueniret, ad dominam, quæ uxor erat Chaſanis Longi, tradiderant regi. nam literas iſtas dedit Protoueſtiarius Georgius curatori, moribus cæterà non improbo, ut appareret regi talis, quali fidendum eſſet in quibuſuis. Pręterea ne innoteſceret quomodo Protoueſtiarius rem hanc celaſſet, timens Authentẽ ſiue Imperatorem magnum, & Baſſam Mechmetem, ne re cognita pœnas daret Authenti magno Protoueſtiarus. Quapropter literas magno Authẽti obtulit. Rex, literis acceptis & lectis, nihil boni ſuſpicabatur. Comprehendi itaque iuſſit Dauidem regem, & filios eius, unà cum patruele, quos omnes in cuſtodiam dedit. Cæterùm filiam in ſuum cubiculum accerſibat. Cum autem eos aliquanto tempore in cuſtodia aſſeruaſſet, tandem abductos Byzantium necauit. Pueros quidem ex urbe, & ab locis urbi finitimis allectos, in peregrinorũ album conſcribens, ad ſuum cubiculum ordinabat. Quoſdam præterea tradidit in diſciplinam, ut Turcorum ſtudijs imbuerẽtur. Reliquis filijs ſuis & ſatrapis dono dedit uirgines: quaſdam quoque per ſua cubicula diſpoſuit, quaſdam amicis donauit, quaſdam uerò filijs ſuis miſit, necnon quaſdam breui tempore maritis coniunxit. Ea autem quę ſequebatur hyeme, in regni ſede manens: uocabat Bladum, Draculis filiũ, ducem Daciæ. Nam huius fratrem iuniorẽ apud ſe habebat, eoq́ per amorem turpiter abutebatur, & in ſuum conuictum adhibebat. Diſcordia aũt uehemens inter regem & puerum iſtum exorta eſt, cum primò eum ſibi turpi amore flagranti obnoxium eſſe uellet. Nam cum primùm ueniſſet in regiam, ablegatus eſt ad Caramanũ, quia regem propemodum interfecerat. Cum enim amore ardens puerum uocaret ad coitũ, eumq́ illecebris & præbibendo delinire ſatageret, poſtremò in cubiculum accerſitus eſt. Puer cum putaret ſe nihil huiuſcemodi ab rege paſſurum, pręter ſpem cernit regem in turpe hoc facinus uelle prorumpere. Verùm puer reluctabatur, nec regem admittebat. Rex uerò oſcula figebat repugnãti & inuito puero. Puer igitur uagina gladium extrahit: regis femur grauiter uulnerat: & celeri fuga continuò ſibi conſuluit. Chirurgi autem uulnus regis curabant. Puer uerò conſcenſa arbore, ibidem occultabatur. Vt autem rex collectis omnibus diſceſſerat, etiam puer deſcendens ex arbore, & iter faciens, nõ multo pòſt redijt in Ianuas regis, eiusq́ concubinus factus

ctus

Turc. Trapezunte potitus.

Trapezuntis regio ut diſtributa.

Georgius Comnenus fit Turca.

Dauidis Imp. Trapezuntij cum tota ipſius familia interitus.

Bladus Dracula Moldauiæ, quæ & Tranſalpina, princeps: qui & Vuladus.

Dracula iunior Mechmetis Ganymedes.

factus eſt. Rex nec etiam iis abſtinet qui ſuã religionem ſequuntur. nam cum his ſemper diu noctuq́; conuerſat. Cæterùm alienigenis non multum utitur rex. Verùm haud multo pòſt pueri huius fratri, quem Bladum nominant, Daciæ principatum rex permiſit. Opera igitur regis adiutus, accedens Bladus, Draculis filius, principatũ Daciæ occupauit. Vbi primùm in principatum promotus eſt, haſtatos delegit: quos in conuictum adhibens, corporis ſui cuſtodes deſignauit. Deinde uocãs ſingulos qui in ea regione dignitate excellere uidebantur, quoſq́; putabat, ſi dux mutandus eſſet, proditionis conſilia agitaturos: hos inquam omnes cum tota familia letho dedit, & palis affixit, nec liberis, uxorib. famuliſq́; eorum parcens. Adeò uir ille maximam omnium quos nouimus, cędẽ & ſtragem hominum fecit. Nam ut ſibi conſtabiliret Daciæ principatum, fertur occidiſſe breui tempore circiter uiginti millia uirorum & mulierum, puerorumq́;. Cum autem pulchros & egregios quoſdam delegiſſet milites & ſatellites, eos donabat opib. & diuitiis, necnon reliqua felicitate quã ex cęde illorũ acquiſiuiſſet. Itaque breui tẽpore uir ille innouationẽ et mutationẽ Dacię rebus induxit maximam. Præterea Pannones non paucos, quorum intereſſe putabat ut res Dacię quoquo modo bene haberent, nulli parcens, tributo maximo onerabat. Cum crederet Daciæ principatum iam ſatis firmum & tutum eſſe, conſilium capiebat, quomodo ab rege deſciſceret. Sententia autem Dacorum grauiter Bladum angebat. Timebat enim, ſi ipſe confirmato nunc Daciæ principatu quid contra regem molitus fuiſſet, ut negocia ſibi faceſſerent Daci, adducentes Pannones ſocios & auxiliares. Hęc quidem in hunc modum acta ſunt. Ea autem hyeme ut nunciatum eſt regi, Bladum nouarum rerum eſſe cupidum, & deliberare qua ratione à ſe deficeret, & conuerſum ad Pannones, cum iis fœdere interpoſito ſocietatem coiuiſſe: hæc inquam accipiens, ualde uiro indignatus eſt. Miſit itaque uirum ſatis ſpectatum Ianuarum ſcribam, uirum Græcum, ad Bladum, qui hunc moneret, ut ad Ianuas accederet. Quod ſi ueniret, fore ut maximam gratiam iniret apud regem. Præterea bona plurima ferens, nunquam beneficiis regẽ ſuperare poſſet, ſi rebus regis fauere pergeret. Cum huiuſmodi mandatis Catabolinum ſcribam Ianuarum ad Bladum proficiſci iubet. Chamuzæ uerò, quem Hieracophorum nominabant, qui apud Iſtrum latuit, ut adminiſtraret ſuo imperio regionem nõ modicam, & Bidinæ præeſſet, præcepit ut clàm, ſi dolo poſſet, Bladũ ad ſe perduceret. Addebat, ſe ei gratificaturum uel maximè, ſeu dolo ſeu alio quouis modo iſtum uirum cæpiſſet. Chamuzes igitur unà cum ſcriba conſilia tractabat, qua ratione imperata opportunè ad

Dracula Bladi crudelitas.

Catabolinus Mechmetis ſcriba & nuncius.

rem conferrent. Viſum igitur eſt hoc eſſe conſultiſsimum, ut comitanti Blado ſcribam in ſua regione inſidias ponerent, eúmque hoc modo per inſidias exciperent. Sed conuenit, ut ſcriba, quando uellet redire ad regẽ, digreſſus à Blado, ſignificaret. Scriba quemadmodum decretum erat, fecit: & horam, qua abiturus eſſet ad regem, comitante Blado, indicauit. Quapropter inſidias, eò loci quò profecturus erat, Blado ſtruxit Chamuzes. Bladus itaque armatus cum ſuis proſequens ſcribam & Ianuarum ducem, in inſidias præcipitatus eſt. Quas ubi cognouit, ſuos illicò exhortatione firmauit, & miniſtros capit. Chamuzes autem accedens, pugnauit perquàm fortiter. Tandem Chamuzem in fugam uerſum capit: & reliquis fugientibus, euenit ut non multi perirent. Hos igitur omnes, quos uiuos comprehenderat, abduxit, & palis adfixit. cęterùm antequam capitali ſupplicio ſubderentur, mutilati ſunt, extremis corporis partibus præciſis. Chamuzem altiori quàm reliquos cruci affixit. Hoc autem ideo factum eſt à Blado, ut ſuis exemplum proponeret, ne quando ſimilia tentarent, quaſi ſimilia paſſuri. His ita geſtis, exercitum conſcripſit quàm potuit maximum, & illicò ad Iſtrum raptim agmen duxit: quem traiiciens, uenit in loca Iſtro finitima, & in regionem regis: quam uno impetu, cæſis liberis & mulieribus, miſerè euaſtauit. Domos uillaſq́; incendit, ubicunque potuit ignem iniiciens. Cum autem cædem feciſſet maximam, tandem reuerſus eſt in Daciam. Hæc ut allata ſunt ad regem Mechmetem, nempe legatos ſuos fœdè à Blado Daciæ duce peremptos, & Chamuzem, uirum inter Ianuas primarium, adeò contemptim & ignominioſè periiſſe, dolorem & mœrorem regi mouerunt, quemadmodum ueriſimile eſt. Illud autem longè grauiſsimum ducebat, ſi deſpiceret uiros tantos taleſque quos amiſiſſet, nec ultionem exigeret, præſertim cum eò iniuriarum & contumelię proceſsiſſet Bladus, ut nec ab legatis uiolandis abſtinuerit. Dolebat præterea regi, Bladum Iſtro tranſmiſſo, magna manu ſuam regionem incendiſſe: & magna ſuorum cæde edita, in Daciam rediiſſe. Verùm quòd tanta crudelitate legatos ſuos tractaſſet, reliquis maius & atrocius iudicabat. Itaq; edixit, annuncians optimatib. ſuis, & aliis, ut quàm pulcherrime armis inſtructi, cum exercitibus aduentent, atque unà ſecum in militiam proficiſcantur. Et quidem hoc pacto expeditionem contra Dacos ſuſcepit rex. Ferũt præterea † Mechmetẽ ducem, antequã cædes legatorum & Chamuzis præfecti, & regionis incendiũ nũciaretur, indicaſſe regi quæ feciſſent Daci uiris regiis. Quibus auditis, grauiter indignatus eſt: etiã uiro qui hęc expoſuerat, uerbera inflixit. Nec enim turpe habetur in Ianuis regis, flagris cædere eos quos ex mancipiorum numero, nec

Inſidiæ Blado à Turcis ſtructæ.

Chamuzes à Blado uictus.

† Machmutem.

Nuncij Turcorum Vlacides.

nec de Turcorum filijs in regnum ſuum tranſtulerit. Rex igitur per uniuerſum regnum dimittēs præcones, edixit, ut exercitus bene inſtructi & armati ad ſe aduenīāt: equites præterea omnes ad hāc expeditionē cōciuit. Prꝗcones regij, qui regis uolūtatem per uniuerſam regionē nunciant, & nuncij, ſi quid nouarū rerū inciderit, ad Ianuas regis feſtinant, & citiſsimo gradu intra paucos dies maximos curſus peragunt. Si quis ex eorū numero in itinere equū cernit, equitē cōfeſtim ex eo deponit: cōſcendensꝗ ipſe equū, iter maturat, impellens equum quantum poteſt. Deinde ſi alium inuenerit, eundem ſimiliter cōſcendit, & equum fatigatum iſti homini tradit. Et in hunc modum equos quieti tradentes, maximos conficiunt curſus. Corpus totū cingunt, ne doleat uel ęgrotet corpus quando currūt. Ex Peloponneſo Adrianopolim ſcimus regios præcones ueniſſe intra quinque dies.

Equorum diſpoſitorum uſus.

Mechmetis in Moldauiā expeditio.

Hoc iter intra decem & quinque dies eques ægrè peragere poteſt, etſi maximè feſtinet: hi præcones nominantur Vlacides. Copiæ uniuerſæ regis cū inſtructæ conueniſſent, primo uere profectus eſt contra Daciam. Tradunt hunc exercitum regis fuiſſe maximum, & ſecundum magnitudine ei quem cōtra Byzantium ductarat iſte rex. Verùm conſtat illum exercitum fuiſſe reliquis pulchriorem, & plurimū momenti tum in armis, tum in reliquo belli apparatu habuiſſe. Eo autem tempore in armis habuit rex circiter uigintiquinque myriades hominum. Huius numeri facilè iniri poteſt ratio ex Iſtri traiectu. nam publicani Iſtri traiectum emerant ab rege, numerantes triginta myriades aureorum ſtaterum: interim tamen conſtat, eos opes maximas eſſe lucratos. Per continentē deinde exercitus profectus eſt, ab Philippopoli. Implens uerò triremes circiter uigintiquinque, & naues circiter centum & quinquaginta, mari rectà ſubuectus eſt ad Iſtrū, quaſi iter facturus per Bidenam. Iuſsit tamen ut iſtæ naues per Euxinum pontum ad Iſtrum contenderent. Et quidem claſsis, quemadmodum præceperat rex, per Pontum ferebatur in Iſtri oſtium. ubi Iſtri oram attigit, aduerſo flumine nauigauit Bidenam: ubicunꝗ egrediebantur nauibus, incendebant ædificia, & comburebant. Prailabum urbem Dacorum, quæ totius Daciæ forum erat celeberimum, iniecto igne concremarunt. Pleraque autem iſtius regionis ædificia lignea ſunt, hinc fit ut facilè ignem admittant. Daci ubi acceperunt regem cum copijs aduerſum ſe pergere, liberos & uxores collocarunt quaſdam in montem Proſabum, quaſdam in oppidulum nomine *

Prailabum Valachiæ emporiū.

Praſobus mons.

quod circulo ueluti circumiens muniebat & cuſtodiebat. Etiam palus ſiue lacus paluſtris id oppidulum uel in primis & tutiſsimum & munitiſsimum præſtabat. Quaſdam præterea abdidere in querceta regionis, quæ tranſire difficile eſt uiro peregrino, qui non ſit indigena. Denſiſsima enim ſunt: & arboribus conſita denſis, plerunque inacceſſa & inuia ſunt. Mulieres quidem & liberos, quemadmodum dixi, in loca tuta contraxere. Viri uerò in unum collecti, ſequebantur Bladū ducem: qui ſecernens uniuerſum exercitum in duas partes, alteram quidem ipſe detinuit, alterā uerò ire iuſsit contra Nigræ † Pogdaniæ principē: ut ſi is conaret̃ in Daciā irruere, fortiter reſiſterēt, nec omitterēt in eius regionē hoſtilē incurſionē facere. Nam inimicitiæ intercesſerāt inter Nigræ Pogdaniæ principē, Bladum. Quapropter bellum inter ipſos ardebat. Cuius hæc cauſa perhibetur. Princeps Nigræ Pogdaniæ miſsis legatis, hortabatur regem Mechmetem ad bellum inferendum Blado: quem quo magis moueret, pollicebatur ſe ſuas copias eius copijs iuncturum. Regi grata erant quæ princeps iſte afferebat.

† Pogdoliæ

Podoliæ princeps Vulado infeſtus.

Proinde iuſsit ut promiſſa ad rem cōferrēt, & exercitū ſuum adderet Nauarcho prope flumen, & iuncto Marte obſiderent Celium urbem Bladi ſic dictam, & in ora fluminis ſitā. At princeps ille, ubi animum regis intellexit, conſcripto exercitu de regione ſua, pergebat ad claſſem regis, ut prope Celium urbem adiungeretur regio Nauarcho. Quo facto, uterꝗ urbē eam oppugnabant. Cumꝗ eam capere anniſi eſſent diebus ſanè plurimis, tandē repulſi ſunt inde amiſsis paucis. Cumꝗ urbis oppugnatio parum procederet, uterque abijt. Niger Pogdanus proficiſcebatur quaſi populaturus Dacorum regionem. Verùm inhibitus eſt ab ea exercitus parte, quæ oppoſita ei fuerat, ut defenderet regionem, ne hoſtilia ab Pogdano pateretur. Bladus cum maiore exercitus parte iter faciebat per ſyluas glandiferas, exploraturus quānā cōtenderet regis exercitus. Rex cum traieciſſet copias Iſtrum, Dacorum regionē ingreſſus eſt: nec tamen eam populationibus urebat. nam ne id fieret, prohibuerat. Cæterùm inſtructo & compoſito agmine ibat ad eā urbem, in quā Daci exponētes liberos et uxores, ſequebant̃ regem per querceta. Si qui longius ab agmine regis fuerant progreſsi, ab Dacis excipiebātur, & extemplò peribant. Rex cum nūciaretur neminē accedere qui prælij poteſtatē faceret, præterea nec à Pannonibus Blado auxilij quicquam eſſe, hoſtem contemnebat, & uallo communire caſtra negligebat, quamuis ea in patente campo locaſſet. Bladus, ubi accepit ex nuncijs, hoſtes accedere infeſto agmine, nuncium miſit ad Pannones, talia dicentem: O' uiri Pannones, uos non dubito ſcitis, regionē noſtrā ueſtræ eſſe finitimam, & utrique habitamus affuſi Iſtro. Nunc aūt, ni fallor, accepiſtis Turcorum regem magna manu accedere, ut arma nobis inferat. Si nūc Daciā uaſtarit, ſibiꝗ ſubegerit, ſcitote, haud ceſsabit tanto cardine rerū: uerùm continuò arma

Celium Valachiæ Lycoſtomos olim, hodie Kilia.

Securitas Turci.

Vuladi ad Vngaros legatio.

arma hoſtilia ad nos circumferet. Nec dubito, quin maxima hinc pericula ueſtram regionem incolentibus immineant. Tempus igitur nunc poſtulat, ut nobis auxilio ſitis, ut exercitum hoſtilem quàm primùm e regionē propulſemus. Nec expectandum cenſeo, donec regionem noſtram cōtuderit, & penitùs euaſtarit, & gentem noſtram ſibi ſubiugarit. Etiam ducis noſtri fratrem maiorem rex habet: hunc principem Valachiæ conſtituit. At opera danda eſt, ne ei ſingula ex ſententia ſuccedant. Nam Bladi fratrem iuniorem, cum arma contra Daciam uibraret, rex maximis ſtudijs coluit, magnisq́ honoribus affecit. Opibus & ueſtitu precioſo multo eum uirum donauit, hunc iuſsit ſermones ſerere cum Dacorum proceribus, ut ipſe tandem potiretur rerum ſumma. Quapropter cum breui in magnam felicitatem ſit promotus, ut pareret regi, imperata fecit, & Daciæ proceres tentauit. Nec tamen quicquam adhuc efficere potuit: uerùm repulſus eſt. Pannones cum hæc audirent ex nuncio, dictis obtemperarunt, & prompti erant omnes, ut Dacias ſuppetias ferrent, & hoſti quàm fortiſsimè reſiſterent. Delectu igitur habito, conſcripſerunt exercitum. His quidem Pannones erant occupati. Rex autem hoſtili animo cum exercitu procedens, quacunq; proficiſcebatur, uicos incendebat, pecora diripiebat, quæcunque caſus obtuliſſet. Equites regij mancipia pauca in caſtra ducebant: uerùm magis ipſi interibant, ſi quādo ab agmine incautius auulſi fuerant.

Bladi diligentia & audacia.

Ferunt, Bladum ipſum in regis caſtra ſpeculatorem ueniſſe, & ſingula præſentem conſideraſſe. Non tamen mihi uerisimile uidetur, Bladum uoluiſſe tanto ſe committere periculo, cum plurimis potuerit, qui præſtò erant, uti ſpeculatoribus. Sed forſitan id confictum eſt, ut uiri audacia inſignior oſtentaretur. Veruntamen Bladus interdiu accedebat quàm proximè ad hoſtilia caſtra: & tentoria militum, regisq́, nec non forum contemplabatur. Bladus habebat equites pauciores quàm decem mille. Sunt tamen qui tradunt, eum non plures quàm ſeptem mille equites ductaſſe. His confiſus, ſub primam noctis uigiliam aduenit, & in regia caſtra impetum dedit. Primò terror ingēs in caſtris obortus eſt. Nam regij milites putabant exercitum magnum & alienigenam peregrinumq́ ſibi incumbere. Idem credebat & rex. Proinde pręſentem intentabant uiris omnia mortem: adeò magnum inopina illa & improuiſa oppreſsio incuſſerat terrorem. Lampades enim & cornua irruptionem ſignificabant. Verùm regia caſtra non aliò tranſlata ſunt, ſed in eo loco quem occuparant primò, immota manſere.

Turcorum quies nocturna.

Turcis enim conſuetudo eſt, ut nocturno tempore caſtra nequaquam moueant: uerùm in eo loco, quem caſtris muniendis cæperunt, perſiſtant, ſiue fur ingreſſus ſit in caſtra, ſiue aliquid aliud noui ingruerit. Eo tempore Turci in maximum terrorem coniecti, in ſuis tentorijs quieti manſerunt. Regij præcones per uniuerſa caſtra incedentes, clamabant, ne quis loco quem tenuiſſet, moueretur. Bladum mox, qui irruptionem fecerit in caſtra, regis marte caſurum.

Turci edictum.

Præcones quidem ut territis animum adderent, iuſſerunt ſingulos in eo loco manere, in quem collocati fuiſſent, dicentes: Viri † Mulſumani, durate breue tempus. cernetis enim hoſtem regis admodum citò in caſtris obiturum mortem, dantem pœnas ſcelerum, quæ in regem perpetrare auſus fuit.

† Muſulmani.

Alia plura his ſimilia expromebant, etiam hoc addentes: Quòd ſi exercitus immobilis ſteterit, prælium citò deſinet: ſin loco motus fuerit, omnes peribitis: rex enim uos omnes necabit, priuſquam ille fugere poſsit. Blado irruenti in regia caſtra, primò occurrit exercitus Aſiaticus, & prælium non admodum longum ibi commiſſum eſt. Nam Aſiani in fugam coniecti, paulatim in cohortes conglobati, recedebant, ut ſeruarentur. Bladus autem habens lampades ardentes & ignes, agmine ſtipato pergens contra regis copias, primò Ianuas regis affectabat.

Valachorū, qui & Moldaui, audacia.

Cæterùm Bladi milites aberrarunt à prætorio regis, & inciderunt in tentoria regiorum ducum, Machumetis uidelicet & Iſaaci: & ibi fortiter pugnabant, trucidantes camelos, mulos, & alia iumenta. Quum autem pugnam facerent, in ordines collecti & conſtipati, nihil ſanè memoratu dignum paſsi ſunt. Verùm ſi qui paulò longius ab ordinibus erant euecti, extemplò Turcorum manibus cadebant. Pedites qui apud Mechumetem erant, quum eſſent uiri fortes, præliabantur admodum memorabiliter. Tandem omnes quotquot erant de exercitu regio, præter Ianuæ milites, aſcenderunt in equos. prælium eò loci diu feruebat. Hinc conuerſi Daci, maturabant iter ad regis Ianitarum milites. Quum autem inſtructos & armatos inuenirent, breui tempore pugnarunt.

Caſtra direpta.

Deinde omiſſo prelio, uertuntur in forum caſtrorum: quod diripientes, & ſi quem fortè ibi inuenerant occidentes, tandem quum aurora appropinquaret & luceſceret, egreſsi ſunt caſtris, amiſsis paucis admodum ea nocte. Etiam pauci, ut fertur, de regio exercitu deſiderati ſunt. Vbi primùm dies illuxit, rex eligens optimos quoſq;, qui ſub tribunis degebant, & Haliem Michaelis filium ducem iſtis præponens, iuſsit ut citato agmine Dacos cedentes inſequerentur.

Halibeg.

Halies aſſumpto exercitu, profectus eſt ſumma celeritate adhibita, contra Bladum: & ſummis uiribus abeuntis ueſtigia ſequutus, Bladi exercitum aſſequutus eſt. Subitò autem in hoſtilem exercitum irruens, interfecit plurimos: captos'que Dacos circiter mille, in regia caſtra abduxit. Quos

Bladus uincit.

interfici

interſici omnes rex curauit. Etiã noctu quendam cõprehenderũt de Bladi militib. Turci hunc deduxerunt ad Mechumetẽ. qui eum interogauit, quisnã & cuiâs ſit, & unde ueniat? Qui ubi ad ſingula, quemadmodum interrogatus erat, reſpondit, tandem iuſſus eſt dicere, ſi ſciret ubi'nam Bladus Daciæ princeps nunc moraretur? is reſpondit, ſe quidẽ quæ ſcire expetant, exactè noſſe: uerùm ſe nunquam enunciaturum horum quicquam, adeò metuere ſe dicebat uirum illum. Illi autem minantes dixerunt, niſi quæ ſciſcitarentur continuò exprimeret, periturum. Qui reſpõdit, ſe quidem mortem perpeti paratũ eſſe, ſe uerò non audere quicquam eorum quæ ſcire cuperent, profari. Machumetes admiratus uiri reſponſum, eum continuò necauit, dicens: quòd ſi uir ille exercitum haberet memorabilem, non dubito quin breui ad magnã claritatem euaderet.

Moldaui militis conſtantia.

Hæc quidem hactenus facta ſunt. Rex hinc decedens, rectà contendebat ad urbem in qua regiam ſedem Bladus habebat *. Singulis noctibus, ubicunq; manebat, per circuitum caſtra uallo circũdabat, & munitionibus, admodum diligenter caſtra emuniebat. Vigilias præterea ſolito maiores deducebat: exercitumq; diu noctuq; in armis tenebat. Agmine autem compoſito proficiſcens, in Daciam peruenit: & acceſsit ad eam urbem, in qua Blado regia ſedes erat. Daci quidem ſe non parabant, quaſi ab rege obſidendi. Portas itaq; aperuerunt, & parati erãt ſuſcipere regem cum exercitu aduenientem. Rex præter urbem uectus, cum uirũ nullum in muris conſpicaretur, nec etiam bombardarios qui in exercitum eiacularentur, nec caſtra metatus, nec urbem obſiderę aggreſſus eſt. Progreſsi igitur, ut ſuos patibulis & palis affixos uiderunt, iter promouerunt ad ſtadia circiter uigintiſeptem. Exercitus quidem regis incidit in patibula & palos, occupantes locum: eius longitudo extendit ſe ad ſtadia decem & ſeptem. Latitudo uerò continet ſtadia ſeptem. Patibula & pali apparebant maximi, quibus affixi conſpiciebantur uiri, mulieres, & pueri. Horum miſerè peremptorũ numerus complectebatur uiginti millia hominum. Profectò horrendum & miſerabile ſpectaculum cùm Turcis, tum regi. Rex admiratione defixus, dicebat: Haud poſsibile eſt eum uirum qui adeò magna fecerit, regione ſua ſpoliari poſſe, præſertim cum adeò mirabiliter tum principatu, tum ſubditis uti norit. Veruntamen addebat, eum uirum qui tanta patrauerit, haud multi faciendum eſſe. Reliqui Turci aſpicientes multitudinem hominũ in patibulis & palis hærentiũ, ſtupebant. Erant namq; patibulis & palis affixi infantes è matrum gremio rapti. Volucres nidos fecerant in inferioribus eorum.

Prayl abũ fortè.

Valadi carnificina.

Cum autem rex proficiſceretur, Bladus agmen regiũ uſq; carpebat, interficiens equites, & Azapides, ſi quando imprudentius ab exercitu regio fuerant euagati. Bladus animum intendebat in Nigræ * Pogdaniæ principem, qui quemadmodum nũciatum erat, obſidione circumuenerat † Cellium urbem Bladi. Relinquẽs autem exercitum, qui continebat circiter ſex millia hominũ, eos iuſsit per querceta ſequi regẽ: & ſi quis paululum modò digreſſus fuerit ab regio agmine, eum truncare iuſsit continuò accurrentes. Ipſe uerò rectà ducebat cõtra Nigræ Pogdaniæ principem.

Bladus Turcum ſequitur.

** Podoliæ.*

† Kilim.

Exercitus autem Bladi, cum ipſe abijſſet, abitu principis admodum gaudebat: & rectà pergens in hoſtem, putabant ſe magnam gloriam inuenturos, ſi hoſtem ſubitò oppreſsiſſent. Cum nuncius ueniſſet ad uigilum ſtationem quæ ibi erat, indicabat hoſtes aduentare. ſinguli igitur, præter regis Ianuas, ad arma proſiliebant. Mechumetes præcepit Ioſepho, ut præcedens hoſtem ad prælium eliciat. Mechumetes quidem cum uniuerſo exercitu in armis erat. Ioſephus ubi uenit ad hoſtem, continuò uictus eſt: & fugiens, feſtinabat in caſtra regis. Omares, Turachanis filius, qui & ipſe ordinatus erat ab Mechumete, ut cominus pugnaretur cum hoſte, ad pugnam proficiſcẽs, occurrit Ioſepho fugiẽti, eumq; blaſphemando & maledicendo ſic alloquitur: O' miſer quò abis? an ignoras regem, quomodo te fugientem ſit excepturus? An'non crudelius ab rege quàm ab hoſtib. tractaberis? An'non ignominiſsimæ morti te tradet, ubi te fugã iniſſe ſenſerit? His dictis hominem commouit, ut conuerſus unà cum Omare Turachanis filio rediret in prælium, & pugnaret fortiſsimè. Nec multo pòſt Dacos in fugam effuſos perſequentes, occiderunt plurimos, nulli parcentes. Cæſi ſunt circiter bis mille. Præfigentes autem Turci haſtis capita Dacorum, reuerſi ſunt ad regem in caſtra. Omarem rex donauit Theſſaliæ principatu.

Ioſephus à Valachus fugatus.

Mazales autem adhuc ſupererat, & ſequebatur regẽ, ducens uiros fortiſsimos. Dacorum audacia, qui ſecundam in regia caſtra irruptionẽ fecere, hunc euentum ſortita eſt. Rex ex Dacorum regione mancipiorum prædas agebat non modicas. Nam immiſſo equitatu, regionis partem percurrebat non modicam. Equites capientes mancipia plurima, maximas ſibi peperere opes. Etiam iumenta plurima nacti ſunt. Exercitus regis agens ultra uiginti myriades equorum & boum, uenit ad Iſtrum. Caſtra regia terrebant Dacos, quamuis magnã audaciam oſtentantes. Turci autẽ ſumma celeritate adhibita, tranſgreſsi ſunt Iſtrum. Rex Haliem † Michaelis filium à tergo ſubſequi iuſsit, cum caſtra ad Iſtrũ poſuiſſet. Draculem, fratrẽ Bladi principis, ibidem in regione reliquit, præcipiens ut colloqueretur cum Dacis, & regionem eam ſubigeret: præterea ſtrenuè adiuuaret iſtorum locorum præfectum. His ita geſtis, ipſe rectà in regni

Præda ex Moldauis.

† Mazalis.

ſedem

Digitized by Google

Dracule iunioris ambitio.

ſedem abijt. Dracules quidam, quemadmodum præceperat rex, unumquenq; uocabat, dicens: Viri Daci, quid putatis deinceps de uobis futurum? neſcitis quantas copias rex habet? præterea ignoratis, quòd regiæ copiæ expectantur? quæ ubi primùm acceſſerint, regionem ueſtram populabuntur: & ſi quid reſidui fuerit, auferent. quî fit, ꝙ recuſatis regis amicitiam? Efficiamini amici regis, & finis erit malorum, quantum ad regionem & ad ędificia attinet. Scitis enim, uobis in præſentiarum neque pecus, neque iumentum ullum relictũ eſſe: Hæc omnia grauiſsima paſſi eſtis, auctore fratre meo, cui morem geſsiſtis, uiro impijſsimo, qui Daciam affecit clade maxima. Huiuſcemodi cladẽ nec per uniuerſum terrarum orbem factam eſſe audiuimus. Hęc cum nũciaret Dacis, per eos qui ad mancipia redimenda conuenerant, eos facilè in ſuam ſententiam pertraxit. Reliquis dici iuſsit, ut confidentes, nec quicquam mali metuentes, ad ſe tranſirent. Hi igitur in unum congregati, decreuerunt utilius eſſe & cõſultius, obtemperare Draculi potius, quàm Blado principi. Euntes igitur paulatim ad Draculem iuniorem Bladi fratrem colligebãtur. Quod ubi acceperunt reliqui, & ipſi ad fratrem eius Draculem tranſitionem fecere. Exinde cõtracto exercitu haud contemnendo, & adducto ſimul regio exercitu, ducatum & regionem in ditionẽ regis redigebat. Bladus cognito Dacos ad fratrem confugiſſe, cũ ſciret omnia fruſtra tentari, quòd tantam antea ſuorum feciſſet cædem, in Pannonam abijt.

Bladi fuga in Vngariã.

LIBER DECIMVS.

Bladus Belgradi captus

EXPEDITIO regis in Dacos hunc finem habuit. Bladus, fratre Dracule accedente, & Daciam ſubigente, ad Pannones ſe recepit. Pannones, quorum propinquos & conſanguineos in Dacia crudeliter peremerat, capitis eum coram ſuo rege Mathia Choniatis filio anquiſiuerunt. Cum ſententiam contra ipſum protuliſſent grauiſsimã, ut qui præter ius & fas homines occidiſſet, Belgradum ductus, ibi in carcerem impactus eſt. Rex eadem adhuc æſtate, cum autumnus adueniſſet, nuncium miſit in Lesbum, qui imperabat ut pararent claſſem, & conuenirent in loca maritima. Ipſe quidem ducens Ianuæ milites, cum pauca Europæorum militum manu expeditionem ſuſcipiebat, tranſiens in Aſiam. Rex terra, claſsis uerò mari proficiſcebantur. Expeditionis regiæ contra Lesbum hanc cauſam aſsignant. Lesbi princeps beneficio regis tenebat iſtam regionem tributariam, numerans quotannis circiter bis mille ſtateres aureos, iam inde ex eo tempore quo Paitogles Callipolis præfectus, imperante Amurate iuniore, claſſe aduenieus, in Lesbum incurſionem hoſtilem fecerat, abductis inde mancipijs plurimis: nec non capta Callona, Lesbi urbe opulentiſsima, quam deuaſtans domum reuerſus eſt. Etiam antea reges inſulam hanc tributariam habuere, necnon Chium, tempore Amuratis quem genuit Orchanes. Sub eo rege inter cæteros & Ionuzes electus ab Ianuarum militibus, profectus eſt in Lesbum: & obſidione circumueniens Molibum, nihil efficere potuit ſanè eorum quorum gratia aduenerat.

Lesbum expeditio.

Expeditio in Lesbum.

Cauſſa autem quare rex Lesbo arma inferebat, talis erat. Rex Lesbio crimini dabat, quòd Tarraconnẽſes piratas portu excepiſſet, & mancipia plurima ab ijs emiſſet, quæ uenerant ab regione regis, ex quibus non parum lucri Lesbius princeps acceperat. Nam Tarraconenſes ab Lesbo procurſantes ad maritima latrocinia, nec nõ hi qui degebant in inſulis Cycladibus idem uiuendi inſtitutum occipientes, regis regionem diripiebant. Deinde reuertentes onuſti mancipiorum præda in Lesbum, ea inter ſeſe partiebantur, aſsignantes Lesbio duci partem magnam, & neutiquam cõtemnendam.

Hiſpani piratæ.

Lesbo donatur Franciſcus Catelufius 1355. ſororemq; ducit Caloioãnis Imp. Dominicus Lesbi princeps.

Hæc cum nunciarẽtur regi, motus eſt ad bellum inferendum Lesbio principi. At Lesbi princeps Dominicus, quẽ Græci Cyriacum uocant, frater iunior exiſtens, ſeniorem qui à patre Lesbi principatum acceperat, eumq; tempore longo adminiſtrarat, inſidijs circũuentum cæpit: & Baptiſtæ uiro Ianuẽſi, quo uſus fuerat auxiliatore in inſidijs, tradidit. Nec ſanè longo interiecto tempore fratrem obtruncat, atque ſolus principatu potitur, pendens regi tributũ quotannis circiter duo millia ſtaterum aureorũ. Genus principũ illorum, Lesbum q regebant, & Catelufij nuncupabantur, apparet ab Ianuenſibus deduci. Nam uenientes auxilio Græcorum regi, qui Byzantium tenebat, & eam inſulam imperio temperabat, ſtrenuè eum adiutarunt, atque magna effecerunt. Rex igitur Byzantius, ut uirorum illorum uirtutem aliquo modo ueneraretur, ijs conceſsit inſulæ huius principatum. Qui tenentes eam inſulam, tandem inde progreſsi ſunt, ut occuparent Aenum urbem Thraciæ, iuxta flumen Hebrum. Nam ciues eius urbis aduerſabantur † Harmoſtæ: & ut ſibi uires pararent, uocabant ab Lesbo Cateluſiorum genus. Catelufij urbem eam occuparunt, & fortiter retinuere, cum plerunque inteſtinis ſeditionibus & odijs exagitarẽtur Græcorum reges. Videtur autem iſta inſula iam olim ſub Catelufijs Ianuenſibus extitiſſe, & paruiſſe † Phociæ in Aſia adminiſtratori, cui nomen fuit * Catanes. Verùm ex inſidijs inſulam hanc occupauit Catanes.

Lesbi Catelufij tyrãni.

† præfecto.

** Foglia uecchia nunc.*

L Cui

Cui bellum inferens Græcorum rex, etiam Mitylenas ſuo imperio iunxit, nec bellum gerere contra Phocæam abſtinuit. Exinde quum Catelusij impigrè ſubſidio ueniſſent Byzantio regi, beneficio eius inſulæ dominium conſequuti ſunt. Hanc tempore longo tenuere: eius principes etiam noſtra attigere tempora. Iungentes autem connubia cũ Trapezuntijs regibus, & Græcorum ducibus, necnõ cum ijs qui apud Græcos præſtare uidebantur, inſulam eam rexerunt ſaluberrimis legibus fundatam. Ab ea continente, quæ Aſiam ſpectat, excurrit ad ſtadia circiter octoginta. Cæterùm & iam olim in poteſtate Ianuenſium fuit Chius, nec tamen armis capta.

Chius uendita Ioannitis.

Verùm cum Græcorum reges pecuniæ inopia laborarent, propter bellũ quod ea tempeſtate gerebant cum † Medis & Tryballis, magnam pecuniæ uim mutuò acceperunt à Martino eius inſulæ rectore. Græci tandem eam inſulam receperunt, cum æs alienum, quo erant obligati Martino, perſoluiſſent. Deinde uenit inſula hæc in Ianuenſium ditionem: qui, cum non multum temporis interueniſſet, aduenerunt cum triremibus, ut urbem eam caperent. Hi nec populi, nec magiſtratus conſenſu & uoluntate miſſi erant, ut inſulã eam in ditionem reciperẽt, uerùm ſua ſponte, cum eſſent † nouem familiarum uiri principes, ab domo profecti, inſulam eam ſubegere. Ex eo tempore cõmuni conſilio magna cõcordia urbẽ gubernarunt, cum ubique ipſorum in rebus gerendis modeſtia eluceret. Tandem urbis & inſulæ partes emerunt uiri Ianuenſes, qui plurimũ pollebant opibus, propter maſticis redditum & prouentum. Inſula namque iſta in mari Aegeo ſita, maſticis fructum reddit uberrimũ: & qui huic operi ſunt intenti, lucra multa ferunt. Hæc autem minus remota ab Aſia eſt, quàm prædicta. Siquidem ſtadijs maximè quinquaginta ſeptem ab ea diſsita eſt.

† Perſis.

Martinus Chij rector Boccaugra 1261.

† Al. decẽ, quos Maoneſos uocant. Vide Iuſtinianũ, An. 1261. & 1346.

Gubernatur à principibus illis nouem, qui primò eam inſulam ſui iuris fecerunt: nec non ab alijs, qui poſtmodum patrias urbes in ea inſula ab Græcorum regibus redemerunt. Metropolis Chij optimis regitur legibus, nec ulli omnium urbium, quæ in iſtis inſulis frequentantur, diſciplinæ ſanctitate inferior eſt. Redditus habet largiſsimos, qui incredibile eſt dictu, quantas opes ſuppeditent ijs qui eam regunt.

Chius metropolis, et Reſpub. eiuſdẽ.

At Mechmetes Amuratis filius hoſtilia arma intulit Lesbo, his de cauſsis quas ſuprà memorauimus. Accedebat præter ſocietatem, quam cum piratis inierat Lesbi princeps, etiam fratris mors: cuius culpam in eum principem rex transferebat, & ulciſci fratris manes in animum induxerat. Rex quidem itinere pedeſtri in Aſiam tranſiens ferebatur: at claſſem, quæ complectebatur triremes uigintiquinque, & naues minores centum, per mare ſequi iubet. Bombardàs per mare in inſulam eam tranſportauit: necnon lapides, quibus onerarentur, circiter bis mille. Belli quidem inſtrumenta & machinas mari ad eam inſulam ſubuehi curauit. Ipſe uerò ueniens Poſsidium, pedeſtri itinere ad inſulam accedebat, ducens Ianuarum milites, & quoſdam Europæos circiter bis mille. Nam quum dimiſiſſet exercitus, rediens ab Dacia, continuò bellum mouebat contra iſtam inſulam. Copiæ ubi in continentem ſunt expoſitæ, illicò incurſionem fecerunt in inſulam, eam'que populati ſunt. Verùm pauca inde abſtulerunt mancipia.

In Lesbum expeditio.

Mox legatum ad Lesbi ducem miſit, qui iuſſu regis diceret principi ſeu duci, ut urbem dederet. Quod ſi faceret, fore ut ab rege acciperet aliam, & admodum magnam regionem. Princeps Lesbi neſcio quo genio malo in tranſuerſum abſtractus, pacem regis aſpernatus eſt. Rex itaque bombardas ſiſtens, & contra urbem dirigens, in continentem pergebat conſilio Machumetis, qui eũ adhortabat, ne in inſula moraretur. Machumetes accepto exercitu, urbem oppugnabat, diſtribuens copias uniuerſas in turmas, & manipulos. Murum bombardis arietabat diebus uigintiſeptem, urbis'que partem non modicam ſtrauit. Habuit bombardas quæ in ſublime globum torquent, quas mortaria nominant, quibus urbem grauiſsimè afflixit. Oppidanorum copiæ in arctum cogebantur. Oppidani tamen, cum fortè etiam quidam de piratarum numero præſtò eſſent, egreſsi urbe, manus cum hoſte conſerebant. Res uerò eorum nequaquam proſperè ſuccedebat. nam Turci laceſsiti ab oppidanis, accurrebant ad murum: & magna audacia freti, eum ſuperare nitebantur. Oppidanis in grauiſsimo periculo uerſantibus, ſiquidem hoſtis multitudine ſuperior erat, princeps inſulę legatos miſit, qui nunciarent regi, ſe paratum eſſe dedere urbem, & reliqua urbis oppidula. Se tamen petere, ut ſibi à rege aſsignetur regio alia, æquales huic redditus habens. Pollicebatur quoque ſe ſtrenuè imperata facturum, quócunque tamen in militiam eductus fuerit regio iuſſu.

Poſtulata Turci à Lesbi principe Nicola Catelusio. 1459.

Mortaria.

Machumetes, cum intellexiſſet principis & oppidanorum ſententiam, reſpondit, ſe nuncios miſſurum in continentem ad regem, qui haſce principis conditiones ei exponant.

Vrbs et dux deditur.

Vbi hæc ad regem relata ſunt, uidelicet quæ promittebat inſulæ Princeps, cõtinuò in gaudium effunditur, & in inſulam traiecit, lubentiq; animo admitit principis, quas pręſcribebat, cõditiones: aitq; ſe hiſce conditonib. inſulæ principi fœdus & pacẽ daturũ. Cũ iam res utrinq; deciſa, & fides fœderis, iureiurando utrinque interpoſito, accepta eſſet, urbe egrediebatur inſulæ princeps: & ueniens ad regẽ, eũ adorat, & huiuſcemodi orationẽ exordit.

Noſti,

Digitized by Google

Lesbi ducis ad Turc. oratio.

Noſti, ô rex, ex quo inſulam iſtam regere occœpi, me iuriſiurandi religionem temeraſſe nunquam. Quòd autem mácipia ex regione tua ui prędonum abſtracta nõ receptauerim, ſciri poterit ab ijs qui Aſiæ loca incolunt. Nam mancipia, quamprimùm capiebantur è tua regione, continuò à me dominis ſuis reddebãtur. Prętereа maximum mihi fuit ſtudiũ, ut ſicubi ueſtra mancipia quis eſſet nactus, ea ſtatim dominis ſuis reſtituerentur. Quòd piratas ſuſcepi, ea gratia factum eſt, ne prædas ex mea regione agerent, eámque uaſtando corrumperent. Ne ulli horum unquam uel occaſionem præbui, uel conſilium dedi, ut adnauigantes quicquam damni regioni tuæ importarent. Nunc autem ad te uenio, urbem atque adeò uniuerſam inſulam tibi tradens. Supplex uerò te oro, ut quemadmodum hactenus rebus tuis plurimum beneuolentiæ præſtiti, ita nobis gratias referat rex. Hęc quidem fatus eſt, & lachrymę cadebant obortæ, dicenti, inſcitia oppidanorum factũ eſſe, quòd non ſtatim ab initio, cum bona ab rege nunciarentur, uenerit. Rex exprobrans ei ſuam inſcitiam & imprudentiam, poſtremò conſolationem adhibuit, iubens eum eſſe bono animo, nihil eũ mali propter id quòd primò non paruerit edicto regis, paſſurum.

Lesbos Mechmeti dedita.

His ultrò citroq́; dictis, urbẽ rex in ditionem accepit: principemq́; etiam in reliquas inſulę urbes ire iubet, ut earum arces ſe dederent. Qui impigrè iuſſa regis capeſſens, unà cum regijs præfectis urbes adijt, easq́; regi tradidit. Rex continuò, ne qua innouatio exoriretur, urbes in ditionem acceptas preſidijs firmat. Mitylenarum ciues in tres diſtribuit partes. Vulgi inutilem partem ibi reliquit: alteram peregrinis conceſsit: tertiam, quæ genere & opibus principatum facilè obtinebat, Byzantium deportauit. Piratas trecentos in unum locum extra urbem contractos occidit. Et quo crudelius perirent, corpora eorum media diſſecuit.

Turcica crudelitas.

Nam placuit regi Turcorum hoc mortis genere in hoſtes uti, ut maiore crudelitate interirent, diſſectis corporibus medijs, gladio diaphragmati adacto. Nam qui in hunc modum cęditur, diu mortis dolores amariſsimos experitur. Huic autem urbi, ne quam defectionem molirentur incolę, ducẽtos de peregrinorum corpore, & trecẽtos Azapides impoſuit. His ducem conſtituit

Samaliates quàm iuſti & æqui obſeruans.

Samblatis filium, uirum illuſtrem, cuius pater in regis Ianuis iudicis officio functus eſt, & litigantes ſumma diligentia & attentione audiuit, & ſententiam ſumma æquitate adhibita dixit, adeò ut facilè primas inter omnes Ianuarum iudices ferret. Ius enim iuſtiſsimè dixit: & facilis clemensq́; omnino fuit in inueniendo pœnas, quibus damnati ſubdendi eſſent. Lesbi ducem eam urbem relinquere, & omnia ſua Byzantium transferre iubet. Ipſe uerò reuerſus eſt domum, eligens ſibi optimatum Lesbi pueros, filios & filias circiter octingentas. Triremes quoque abduxit, relictis tamen nauigijs minoribus in inſula. Sororem ducis, quam etiam antea rex ceperat in Colchidis regione, uxorem Alexandri Comneni, qui rex erat Trapezuntis, induxit in gynæceum: ſiquidem forma antecedere credebaẽ eo tempore omnes, quotquot ob formæ elegantiam commendabantur. Maritus eius præmortuus erat Trapezunte: ipſáq; uidua erat, relicto filiolo unico. Rex capta Trapezunte, puerum hunc abduxit: & præ cæteris poſt puerum Byzantium, Amuratis fratrem, in Ianuis benigniſsimè tractauit. Filiam Trapezuntij regis Annam nomine, & Chriſtianam cuſtoditam pro arbitrio uictoris connubio iunxit Zogano, inferioris Macedoniæ præfecto. Ex quo autem eum Peloponneſi imperio expulit, eam Albanis filio, cui Iyon nomen erat, tradidit: quamuis eam deinceps acceperit uincens, coegeritq́; ſuam religionem aſſumere. Haud multum interceſsit temporis, & Lesbio duci neſcio quod crimen impegit, captũq́; in uincula dedit.

Lesbi dux mira occaſione pueri captus.

Ego quidem audiui, eum in carcerem eſſe raptum, quòd diſpliceret regi, & iam olim ipſi fuerit inuiſus propter multa & intoleranda mala, quibus regiam familiam affeciſſet. Verùm, ut alij perhibent, hanc, quòd in carcerem coniectus ſit, accipio eſſe cauſam. Ferunt, puerum quendam fugientem Ianuas regis, ueniſſe ad hunc Lesbi ducem. Quem ubi Chriſtianæ religionis fide imbuit, non dubitauit turpiſsimo amore polluere. Occupata autem Lesbo, cum princeps Byzantium abijſſet, pueri oblitus eſt.

Catelusij ſpurcicia.

Eum inter munera quædam miſſum ad regem, regij pueri agnouerunt, rem'que regi ſignificarunt. Rex puerum quidem retinuit: ducem cæpit, & in carcerem duxit, unà cum conſobrino eius Lucio, Aeni principe: qui cum fuiſſet puer, Lesbi principem in necando fratre & parando principatu ſtrenuè adiutarat. Nec multo poſt Lesbum captam, in hanc miſeram prouoluti ſunt neceſsitatem. Cum in ſummo uitæ eſſent ambo diſcrimine, dubij quò ſe uerterẽt, pronunciarunt ſe Turcorum religionem aſſumpturos. Rex quidem donans eos ueſtitu, & tiara, eos quoque circuncidit, & impunitos è carcere dimiſit.

Vide ut nihil ſatis fidũ apud Turcos.

Nec tamen diu hoc gaudio illibato uſi ſunt. Nam breui tẽpore poſt, eos iterum in carcerem condi iuſsit: & diligenti cuſtodia tamdiu aſſeruauit, donec inde abductos capitali ſupplicio afficeret. Iſto anno rex bis in militiam profectus eſt: ſemel contra Dacos, iterum contra Lesbum. & utraque bella confecit eodem anno: hyemsq́; aduenerat, antequam domum redire poſſet. Ea igitur hyeme uerſatus Byzantij, claſſem adornabat.

Mechmetis opera in pace.

Extruebat templa, ædificabat regalia palatia, urbemq́; eam ſibi accõmodam ad naualia prælia reddere in animo conſtituerat,

tuerat: ut poſſet, ſi quando uſus poſtularet, memorabilẽ claſſem inde in mare deducere. His cogitationibus intentus, inuenit ſe facilè poſſe ſuperiorem eſſe hoſtibus, ſi mare ſolus obtineat. Animo conceperat extruere & aliã memorabilẽ, poſt Propontidis Lęmocopiã, arcẽ Byzantij mirabilẽ: quã exędificauit iuxta portas quas aureas nũcupabãt. Excitauit & turres maximas, & ſpectaculo dignas, nec non interiora regiæ, & turrim quæ uergit ad Scopiorũ pontẽ, quo iũgitur Axius fluuius. Etiam regiam ſedem Adrianopoli ultra Tænarum, quã Hebrum illabitur, emuniuit. Vrbem quoque in Aſia iuxta Maditum, ubi Helleſpontum anguſtiſsimum cernimus, cõdidit: necnon aliam in Europa eregionẽ eius urbis quæ in Aſia conſpicitur, ædificauit. Hæ urbes conditæ ſunt ad defenſionem Byzantij, & Euxini maris. Præterea non mediocriter tutabantur urbes in Helleſponto ſitas, præbentes claſſem haud aſpernandam. In hunc modum terrorem Aſianis & Europæis incutiens, qui eum augeret, in utramque urbem bombardas inuexit circiter triginta maximas, & alias non paucas. Ad hæc cum portum ibi paraſſent Turci, nulli intrare Helleſpontum concedebant, niſi prius deſcendiſſent nauibus, & ſe loci prefecto exhibuiſſent uiſendum. Opera hæc haud dubiè fecit propter bellũ quod geſturus erat cum Venetis, ad quod ſe præparabat: ut ſi ingrueret, quàm tutiſsimè iſti ſe committeret. At quæ commemorauimus opera omnia iam erant abſoluta, & ad finem perducta, cum bellum aduerſus Venetos ſuſciperet. Aeſtate autem ea quæ ſequebatur, bello laceſſebat Illyricos, & Illyricorum regem. Genus hoc hominum antiquum eſt, & regionẽ uerſus Ionium ſpectantem incolens, plerunq; ad magnam claritatẽ acceſsiſſe perhibetur. Vulgo nunc Boſni uocantur. Verùm Dalmatę, Myſij, Tryballi, etiã Sarmatæ, eadem ferè utuntur lingua, aut non multum diſsimili, ut non difficulter ſe mutuò intelligant. Veriſimile tamen eſt, illos profectos ab regione quæ uerſus Ionium patet, cũ pauci numero exiſterent, & ubiq; rebus fortiter geſtis inclareſcerent, Thraciam perdomuiſſe: & Iſtro tranſmiſſo, Sarmatiæ regionẽ inhabitaſſe. Sunt uerò qui tradunt, eos à †Scythis pulſos, tranſiiſſe in regionem quę ultra Iſtrum colitur: & ſubacta Thracia, ad ſinum eum ueniſſe, ibiq; ſedes fixiſſe. Miror autem, quòd quidam ſint qui cenſent Illyricos, Albanos eſſe: quaſi Illyrij, qui tenent ſinum Ionij, proceſſerint in hanc continentem, & Aetoliam, & Theſſaliæ regionem. Cæterùm uniuerſa illa regio ab Epidamno uſq; ad †Carnerium ſinum, complectitur ſpacium ter mille ſtadiorum. Hanc regionem tenet hominum genus unum eadem lingua utens. Porrigitur ad mediterranea ſe extendens uſq; ad Iſtrum, attingens Sandalis regionem finitimis undique Tryballis & Myſijs. Hæc autem dico, maximè hanc coniecturam ſequutus, quòd conſtet Illyrios ad magnam potentiam deueniſſe, & in multa loca per Thraciam eſſe diſperſos. Proinde magis credo, eos potius Illyrios quàm Albanos dicendos eſſe. Aſſentior præterea & illis, qui Illyrios nomen ab regione traxiſſe aſſeuerant. Nam inter ſe diuiſi, alij aliam in uſu linguam habent. Itaque cum plurima hominum genera ibi habitent linguę uſu inter ſe diuerſa, reor iſtos id nominis eſſe ſortitos, ut dicantur Illyrici. Sed hæc hactenus annotata de iſta gente ſufficiant: etſi quidam putent nominis rationem haud rectam me aſsignaſſe. Verùm propter regionem quam colunt, meritò, ut mihi uidetur, Illyrici appellantur. Nec tamen inuidia me comitetur, in hunc modum de his ſentientem. Nam Albanos potius Macedonibus adnumerari exiſtimo, quàm alij in terrarũ orbe genti. At de his ſatis. Illyricos igitur eam gentem nomino, quæ iuxta Ionium habitat uſq; ad ſummã Iſtriam, ſic dictam regionem quæ ad ſinum excurrit in pelagus. Aduerſus horum regem †arma capiebat Mechmetes, quia tributum amplius ferre recuſabat. Nam regius præco ad hunc acceſſerat, iubens ut quamprimùm mora omni poſita, tributũ in Ianuas inferret. Illyricorum rex colligens tributum, quod continebat quinque myriades ſtaterum aureorum, idq; pręconi oſtendens, dicebat: Tributum quidem collectum & paratũ in promptu eſt. Nec tamen mihi cordi eſt mittere regi tantas opes, & me planſsimè his priuare. Verùm ſi bellum ab rege impenderit, bello me committam felicius, ſi tanta pecuniæ affuerit uis. Præterea ſi ea neceſsitas me apprehenderit, ut mihi in aliam ſit migrandum regionem, fretus iſtis opibus, uitam commodius exigere potero. Regius audiens iſtos ſermones, reſpondiſſe fertur in hunc modum: Et quidem pulchrum & honeſtum erat opes iſtas in tuo dominio permanere, ſi nõ interim fœderum religionem impiè tranſgrediendo temerares: ſin cupidine horũ opum ductus, fœdera uiolare inſtitueris, & inde tibi neſcio quam felicitatẽ pollicitus fueris, uereor profectò ut contrarium eueniat. Nam auctore Deo poſsidere iſtas opes, neutiquam malum duxero. Præterea iiſdem opibus auctore Deo exui, lõgè optimũ iudico, potius quàm cõtumelijs & iniurijs afficere eum cuius pręſidio eas acquiſieris. His dictis, præco ad regem reuertitur: exponẽsq; quæ acceperit ab Illyricorum rege, regem commouit, ut contra ambos bellum ſuſciperet. Nam eodem tempore etiã ei bellum fuit cum Daciæ principe, qui iniuriam maximam regiæ familiæ fecerat, legatis eius uiolatis & interfectis. Cęterùm ſub idem tempus quo Dacos bello laceſſebat, Illyrici regem ulciſci nequiuit. Verùm iſto demum anno tum exercitus ab

Europa

Lemocopia

Boſinæ illatum bellum.

Illyrij, qui et Voſſenſes, eorumq; regio.

† Tartaris.

† qui & Carnicus dicitur.

Albani.

† Stephanũ, illegitimum, qui patrẽ de regno eiecerat. Vide Bonfin. & Iouium.

Occaſio belli Boſinẽſis.

Digitized by Google

Europa & Aſia Adrianopolim forent collecti,primo uere in Illyricos mouit,in animo agitans & in Sandalis regionē irruere. Hic rex fuerat filius illegitimus eius regis qui prius imperio temperauerat Illyricos: Et cum diſcordię atroces inter ipſum & fratres eius qui ad ducatum aſpirabant exarſiſſent, miſerunt legatos ad regem, eiusq́ arbitrio rem totam tranſigendam permiſerunt, qui hūc regionis regem declarauit. Iſaaco Scopiorū prefecto, qui finitimus erat Illyricis, iſtum adiutare iubet in acquirendo principatu. hic exercitum præbens contra fratres, eorum regionem euaſtabat, plurimis inde abſtractis mācipijs. Illo igitur rege pronūciato, bellum gerebat cum fratrib. & cū Illyriorū rege. Turci qui finitimā circā tenebant regionē, plurima nanciſcebantur mancipia. Cum aūt prædas agerent mancipiorum ex omnibus quas ſcimus urbibus, ea continuò in Europam & Aſiam tranſmittebant. Et ex quo rex coloniā in Scopiorum urbē deduxit, & Ioſue Iſaaci filius regis nomine eā adminiſtrauit, plurima ab Illyrico mancipia ſunt abducta, & in Europam Aſiamq́ translata, quorū numerus maior erat, quàm quis ſperare potuiſſet ab ea regione. Audio eam regionem, ſi quis longitudinem conſideret, ab Tryballorū regione & Dorobiza fluuio ſe extendere uſq́ ad Sandalis regionem, & ad Ionium ſinum ſtadijs octingentis. Latitudo uerò regionis, qua excurrit ad Pannones & Tryballos, complectitur duo millia ſtadiorum. A Tryballis incipit regio Iſaaci. hanc excipit deinde Pauli regio, cuius urbes ſe porrigunt uſq́ in hanc regis Illyriorum regionē. Hi quidem iam antè bellum geſſerant cum rege, nunc quidē Tryballis, nunc uerò Pannonibus adhæreſcentes: & cū adducerent Turcos, regionem Illyrico affuſam populabantur, bellumq́ in Tryballos auertebant. Cæterùm Tryballorū princeps bellum contra hos ſuſcipiens, urbes eorum obſidebat: & fœdera cum ijs pangens, tandem ſe pacatum exhibebat. Etiam Sandales hos antea bello appetiuerat, & accito regis exercitu ipſorum agros euaſtabat. Cum autem hi ſoli perpetuis inter ſe diſsiderent odijs, & regis peregrinos accerſerent, ꝑpriæ regioni plurimum calamitatis inuexerunt. Nam mancipia plurima belli iure ſubinde à militibus capiebantur, & deportabantur. Præterea & ea regio uel maximam experiebatur uaſtationem. Eadem tempeſtate Iſaacus & Paulus ſocietatem faciētes, auxilium pollicebantur Illyriorum regi. Nam conſtituerant & ipſi bellum indicere regi, ſi Pannones aliquid noui contra Turcos molirentur. Rex in militiam profectus, traiecit Dorobizam fluuium, qui Tryballos & Illyrios dirimit. Progreſſus deinde, uenit ad Illyriſſum fluuium nauigabilem, quem ſuperauit pedeſtri exercitu tranſuecto nauibus quas ibidem fabricari iuſſerat. Equos autem in flumine reliquit, donec copias tranſportaret. Tum temporis in armis habuiſſe creditur rex quindecim myriades equitum, præter peregrinos & Azapides pedeſtre robur, qui eum in id bellum ſequebantur. Aderat & alia hominū multitudo inutilis ad arma: quæ propterea comitabantur regia caſtra, ut ſi quid opus eſſet, militibus inſeruiret. Reliquis interim exercitus equitibus conſtat. Nec tamen gens eſt, ut ſuprà edocuimus, quæ plura iumenta in expeditiones ducat. Tranſito Illyriſſo, impetum in regionem hoſtilem dedit: & aggreſſus Dorobizam urbem, eam omni machinarū genere oppugnabat. Vrbs hæc eſt ſita in excelſo monte. Quapropter natura loci munitiſsima perhibetur. At rex expediens bombardas & mortaria, non ceſſabat terrorem inijcere oppidanis: & tandem urbe potitus eſt. Partem hominum, quos ibidem indeptus erat, in ea urbe reliquit: parte donauit Turcorum optimates: tertiam partem Byzantium tranſtulit. Mechumetem iuſsit deligere Europæ exercitus robur, atq́ feſtinare citato agmine in eū locum in quo acceperat regem Illyriorū morari, antequam regiam ſibi ſubijceret, qui impigrè iuſſa capeſſens, ſumma celeritate adhibita, flumen tranſgreſſus eſt. Veniens Gaitiā, accepit regem proficiſci traiecto flumine in Clitiam urbem. Is igitur nihil remittens de curſu, tranſiuit fluuium quā eum in tres alueos diuiſum cognouit. hoc ſuperato, † Clitiam uenit, die ſecundo. Rex ſublatis ſignis Iaitiam contendit, regni ſedem Illyrici. Quò ubi peruenit, urbs illicò conditionibus ſeu pactionibus in ditionem regis uenit. Nam ubi fama increbuit, Dobobicam eſſe captam à rege, quæ urbium totius regni longè erat munitiſsima, reliquæ urbes illicò territæ in diuerſum abripiebantur, & quilibet pro ſe ſedulò contendebat ut prior deditionem faceret, ſperans ſe in hunc modum non paruam gratiam apud regem initurum. Iaitiæ ciues, cum appropinquaſſet rex, continuò primores ciuitatis obuiam miſerunt, dedentes ſeſe & ſua regi. Orabāt autem regem, ut ipſis permitteret patrio & ſolito more rempublicā adminiſtrare. Rex preces eorum non auerſatus eſt. Verùm continuò, quod petiuerant, prēſtitit. Deinde etiā arcem in deditionem accepit, quam prēſidio impoſito ſuorum firmauit. Elegit ſibi optimatum filios: dehinc quoſdam delegit, quos donauit ijs qui ſecum erant. Vbi primùm ea urbs in dominium cōceſsit regis, negocium datum eſt Machumeti Ianuarum duci, ut accepto Europæo exercitu, ſumma celeritate pergeret aduerſus Illyriorum regem. Nam audierat eum morari in ea urbe quæ diſtabat ab Iaitia itinere maximè quinq́ dierū, expectantem quo nam res Illyriorum eſſent euaſurę. Eius autem urbis quæ regem Illyriorum tenebat, nomen erat † Clitia. Etiam fratris eius filium agētem annum decimumtertium, ibidem

Sandalis regio iuxta Ragusium.

Boſinenſis præda.

Dorobitza fl.

Sandalis regio.

Illyriſſus fl.

Dorobriza capta.

† Clyſſans.

Iaitza Turco dedita.

† Clitzia & Clyſſa.

ibidem cum rege conuerſari nunciatum erat Machumeti. Hic aſſumens, ut iuſſus erat, exercitum, ſecũdo die attigit flumen cui nomen eſt * Is fluuius nauium erat patiens, & ſpem omnẽ in eo ſitam habebat rex Illyriorum. Nam cum nullæ naues magnæ preſtò eſſent, putabat regem nunquam eò audaciæ progreſſurum, ut id tranſiret, quo ſecũ bellum gereret. Vt autem cum copijs ad flumen Machumetes acceſsit, mirè feſtinando, cohortari nõ abſtitit exercitum, & exercitus duces, ut tranſgrederentur flumen, regiꝙ opus pulcherrimum efficerent, capientes uidelicet Illyriorum regem. Sic autem loquutus fertur: Viri Turci, nunc quilibet ueſtrũm fac uir fortis appareat, atque pedes flumen hoc tranſeat. Neutiquam enim mihi dubium eſt, quin maxima & ſplendida munera maneant eum, quæ ab rege accipiet, qui primus flumẽ ſuperarit. His dictis, regij milites maximo ſtudio conabantur tranſgredi flumen. Ibi tum primus, ut traditur, Omares Turachanis filius, Theſſaliæ præfectus, cum ſuis irruit in flumen: qui paululum modò natãtes, flumen ſuperarũt. Hos ſequutus eſt, pari ſucceſſu uſus, & reliquus exercitus. Egreſsi flumine, illicò inuaſere agros. Hinc rex Illyricorum timens, ne ſi in fugam uerteretur, equitum aduentu oppreſſus, in maximum periculum ueniret, ſe recepit, ut incolumis præſens diſcrimen euaderet, in urbem quandam eo loci ſitam nomine Clitiam. Verùm Machumetes cum exercitu ſuperueniens, eam urbem obſidione circundedit. Vrbis eius ſitus eſt in loco paluſtri, & in circuitu paludes uiſuntur longè lateꝙ, quę urbem munitam & aditu difficilem præbent. Eo tempore locus ille uniuerſus ſolaribus radijs exuſtus exaruerat. Cæterùm, his nihil moti milites Machumetis, accedũt, eámque obſidione circumueniunt. Arundinem, quæ plurima ibi enata erat, excindentes, comportabant in foſſam, ut igne deinde iniecto, uel ui tandem etiam inuitos oppidanos in ditionem redigerent. Hæc parari cernentes ciues urbis, & Illyrij milites, credentesꝙ ſe non diu poſſe reſiſtere uiribus Turcorum, legatos ad Machumetem mittere decernunt, orantes, ut in deditionem acciperentur: petentes præterea, ut regi ueniam daret. qui quoꝙ ſemetipſum dediturus ſit, ſi iuriſiurandi religio interueniat: qua intercedente, in ſpem erigatur, ſe nihil mali ab Turcis paſſurum. Machumetes Illyrici preces haud abnuit. Fœdus eſt ictum. iuſiurandum eſt datum, quemadmodum orauerant Illyrij. Tandem cum urbe egreſſus eſſet rex, urbem occupauit. Homines qui in urbe erant, in tres partes ſecreuit. unam ibidem morari iuſsit: alteram inter optimates ſuos diſtribuit: tertiam adduxit ad regem, & eidem dono dedit. In hunc modum Illyrici rex captus eſt Clitiæ unà cum fratris filio, qui haud dum impleuerat ætatis annum decimumtertium. Vxor regis † iam antè ſe contulerat Raguſium, quæ eſt urbs iuxta Ionium, ut præſenti diſcrimini ſubtraheretur. Plurimas eò conuexerat opes conſilio uiri *. Eam urbem incolunt Illyrici uiri admodum illuſtres, qui eò conuenere. Et cum diſciplinæ ſanctitate animi ipſorum facilè coaleſcerent, & diſcordia omnis ſubmota foret, eam admodum emuniérunt ualidiſsimis undique obiectis muris. Et proficiſcentes in continentem & Ionium, mercium gratia, breui urbem opibus haud contemnendis auxere. Habet, à quibus regitur, leges optimas & ſaluberrimas, & in ariſtocratiam uerſa adminiſtratur. Ciues magnificis ædificijs urbem hanc exornarunt, quę quidem quamuis obſcura fama feratur, tamẽ celebris habetur, producendo uiros prudentia inſignes. Ea urbs finitima eſt Sandalis regioni. Cum hoc bellum urbi fuit, Verùm, ut mihi uidetur, diſcordiarum cauſſam parum iuſtè Sandales ſeminauit, eóſque inuitos arma capere coegit. Nam uxor Sandalis unà cum filio adoleſcente, propter mariti improbitatem Rhaguſium confugerat. Sandales Rhaguſios miſsis legatis rogarat, ut redderent uxorem, & filium: quibus non admittentibus preces, bellum indixit. Rhaguſij filium Sandalis communi ſententia ad id bellum Imperatorem eligunt: ſuggerentes que magnam pecuniæ uim, fortiter bellum ab Sandale illatum propulſare ſategerunt. Cauſſam, quæ impulit matrem & filium, ut Rhaguſium ſe reciperent, hanc tradunt. Mulier quædam excellenti forma, cæterùm laſciuior quàm par erat, in Sandalis regionem ab Florentia Italiæ uenerat. Quum autem audiuiſſet Sandales, mulieres Florentinas tum formæ uenuſtate, tum prudentia facilè inter omnes primas eſſe, eius mulieris uiſendæ cupidus, eam ad ſe uocari iubet. Quæ ubi in conſpectum uenit, eo quòd pulcherrima eſſet, Sandales uxoris amore ſatiatus, eam ſpreuit. Nec multo pòſt amore peregrinæ amens & ardens, cum ea concubuit, plurimùm amore æſtuans. Adhæreſcens autem peregrinæ mulieri, uxori admodum moleſtus erat: quam deſpiciebat, & prorſus negligebat. Mulier autem illa erat mercatorum Florentinorum, & in hanc regionem appulerat. Conuerſans itaque plurimùm cum hac muliere, infenſus & moleſtus erat ſuæ uxori. Vxor non ferens amplius haſce indignitates, maximè propter filium ſuum adoleſcentem, unà cum eo clàm Rhaguſium profugit. Sandales miſsis legatis uxorem rogabat, ut reuerteretur in ſuam regionem, nec in aliena degeret, uulgans opprobrium ſuum in homines. At uxor non obtemperabat uerbis mariti, ſed in hunc modũ reſpondit: Se nõ redituram, niſi dimittat mulierẽ illã Florentinã, Quod facere omiſerit, fruatur peregri-

Machmetis ad ſuos oratio.

Clitzia obſeſſa

Clyſſa capta

† *Eleazari Deſpotis filia.*

Raguſium.

* *Hæc ad Sixtum IIII. pont. M. Romam profugit, & ad mortẽ uſꝙ honorificè eſt habita.*

Clyſſæ reſp. qualis.

Raguſinorũ bellum cum Sandale.

Sandalis adulterium.

Pellex Florentina.

Digitized by Google

Filius patrē fugat.

peregrina muliere ad libitum. Hæc quidem ad eum modum contigiſſe memorantur. Filius inimicitias gerēs cum patre, & belli dux à Rhaguſijs pronunciatus, bello adortus eſt patrem, prælioq́ꝫ inito patrem fugam arripere compulit, plurimis de exercitu in fuga cæſis: certè in patrē impia & nefaria auſus. Mittebat is frequenter legatos ad regem, conſulens ut iunctis copijs Illyriorum regem debellarent. Tandem monendo & conſulendo tantum profecit, ut Turcorum exercitus adueniret, & regionem regis grauiter populando corrumperet. Sub idem tempus cum fama uolaret, regis copias accedere contra Illyriorum regem, nec ipſe ſe parare intermiſit, ut regium exercitum, ſi in ſuam regionem populabundus ingrederetur, ſi quid poſſet armis, à populationibus prohiberet, eum'que propulſaret. Nunc eò redire libet, unde in hunc ſermonem digreſſus ſum. Poſtquam regem Illyriorum Machumetes Michaelis filius in ditionem accepit, cum eò circumiens etiam cæteras urbes regi Turcorum ſubijciebat. Et quidem circa hæc uerſabatur Machumetes.

Boſſina à Turcis ſubacta 1463.

Omarem autem Turachanis filium iubebat cum exercitu pergere contra cæteras Illyriorum urbes, cæterùm ipſe in regia contendebat caſtra. Rex Turcorum diſcruciabatur animi, propter iuramentum Illyriorum regi præſtitum ab Machumete. Grauiter quoque Machumeti indignabatur, ut qui parum opportunè huic regi ſalutis ſpem, interpoſita iuriſiurandi religione obtuliſſet, Regem quidem Illyrium uinculis illigatum circumduxit, peragrans Sandalis regionem. Nam Illyrios partim quidem ipſe, partim uerò Machumetis & Omaris marte perdomuit. Omares ſummo ſtudio annitebatur, ut eam regionem quæ nondum ſubiecta erat, cogeret regis ſuſcipere imperium.

Omaris uirtus.

Hic, cum fortitudine facilè ſuperaret omnes, quotquot in Ianuis fortitudinis prærogatiua gauderent, præclara militaris uirtutis edebat opera, cum cæterà quoque ſatis ſpectatus regi exiſteret. Hæc hactenus ab rege Illyricas urbes ſubiugante, geſta ſunt. quibus peractis, legatos ire iubet Rhaguſium urbem, quæſitum regis uxorem. Hæc regem anteuertens, exceſſerat urbem, & in Italiam abierat. Nam cum fama captæ regionis ad ipſam allata eſſet, omni mora poſita, relinquebat urbem, & in Italiam properabat. Legati cum eam haud repériſſent in iſta urbe, abierunt re infecta. Rex omnibus in unum contractis copijs, inuaſit Sandalis regionem, quam miſerè euaſtauit. Nam equites per uniuerſam regionem graſſantes, eam grauiter afflixere. Inde nec oppidis abſtinuit: quæ accedens, obſidere haud omiſit. Sandalis milites, qui in montium iugis ſe tenebant, montibus digreſſi, inſidiabantur cubiculo ſiue tentorio regis. Et cum quædam inde diripuiſſent, illicò retrò in montes, unde uenerant, ſe receperunt. Regio hæc non ſecus ac Illyriorum deſerta & uaſta eſt. Rex caſtra mouens ad Sandalis urbem, eam diebus aliquot obſidebat. Quum uerò urbis oppugnatio non ſuccederet ex animi ſententia, abijt, ducens exercitum per † Stantis, Craici, & Pauli, qui principes erant, regiones.

Illyricorum principum deditio.

† Conſtantini, Caraguſij, qui Reposſius, filiorū Ibanis Caſtriotæ, & Pauli Ducchaini.

Ad hos præcones dimiſit, qui iuberent, ut ſuam ſinguli regionem regi traderent. quod ſi facerent, fore ut ſinguli aliam regionem in Europa ab rege acciperent. Principes illi perſuaſi præconum uerbis, ſemetipſos & regionem regi mancipaunt. Cogitabant enim impoſsibile fore, ut in poſterum regionem ſuam defendere & tutari poſſent, cum undique cingerentur regis regione, quaſi in medio habitantes. Verùm profecti in Ianuas regis, hac conditione adducti, deditionem faciunt, ut alia regione pro ſua ab rege donarentur. Nec multo pòſt hos compedibus compeditos abduxit domum, ſimul etiam exercitum dimiſit. Regem Illyricorum manè cum in caſtris quieſceret, & abitum moliretur, accerſiuit in conſpectum ſuum.

Fides Turcica. Gleyde imm büſen, Reche imm ſchwerde.

Qui cum intelligeret, ſe parum fauore regis uocari, tenens manu literas, quibus continèbatur iuſiurandum ab Machumete datum, prodibat in conſpectum regis. Vt in conſpectum regis uenit, rege imperante caput eius præciſum eſt. * Tradunt regem propinaſſe interficiendum Illyriorum regem, Perſæ præceptori ſuo.

** Alij excoriatum ſcribunt. 1463.*

Sunt qui referunt, coquum regium iſtum uirum, neſcio quod crimen in eum intendentem, confeciſſe. Nam is, cum plurimùm diſsideret à ſententia Mechumetis filij Michaelis, regis iuſſu Illyriorum regem leto dedit. In hunc modum memoriæ proditum eſt, occidiſſe Illyriorum regem, occupato regno eius ab rege Turcorum.

Venetorum & Vngarorum contra Turc. conſultationes.

Veneti & Pannones cognito regionem Illyriorum in ditionem ueniſſe regis, regem'que Illyrium captum ab Turco occubuiſſe, præterea reliquos regionis principes miſerandam in uinculis agere uitā, hæc neutiquam diutius ferenda eſſe cenſuerūt: ac formidine magna tentabantur, quum animis reputarent, breui fore ut idem exitium parum feliciter experirentur. Veneti grauiter ferebant, præfectos regios contra ipſos inſurgere, & ſubditis eorum moleſtos & intolerandos eſſe. Interim tamen fœderum ſanctitatem bona fide coluerunt, ſuſpenſi expectatione euentus rerum. Ioſue Albanis filius regis præfectus, Argos in Peloponneſo per proditionem ſacerdotis, qui ea in urbe morabatur, nactus eſt, & ex aperto iam bellum gerebat.

Sacerdos proditor.

Omares Turachanis filius, incurſionem in Naupactum fecit, nec etiam ab regione in Peloponneſo Venetorum circa Methonam, regij ius belli abſtinuerunt. His accenſi Veneti, haud amplius cunctandum & feren-

Digitized by Google

& ferendum rati, ad conſultandum quid agerent potiſsimùm, conueniebant, ſententijs in utramq; partem probè penſiculatis, cum iam ſæpius conſultaſſent ſenatores qui Euocati dicuntur. Victor de familia †Capellarũ, uir diuitijs & dignitate præcellens, quiq; urbem regere optimus cenſebatur, adductis in ſuã ſententiam propinquis & cognatis, conſcendens tribunal, talem orationem habuiſſe fertur:

†de Caſellijs.

Victoris Capelli patricij Veneti oratio, de bello Turcis inferendo.

Viri Veneti, ſæpius aliàs cognoui certis experimentis, huius ciuitatis incolas nequaquam cedere animis, ſi quando inſtituant rerum neceſſariarũ, quæ ad rempublicam pertinent, conſultationem. Quapropter paucis uos cõpellandos exiſtimaui, cum uideam etiam inuitis & arma detrectantibus belli neceſsitatem imponi. Nam uidemini mihi rempublicã planiſsimè prodere, dum cunctamini arma in præſentiarũ aduerſus barbarum capere. Siquidẽ hi qui apud uos non pauci primas tenent, monent, ne temerè & odioſe de rebus adeò arduis conſultetis: uerùm cẽſent legatos mittendos ad barbarum ſuper fœdere expoſtulantes, ut qui iniuſtè agat, fœderũ & iuriſiurandi religionem abrumpens: monendum quoq; eſſe, ut pacem, quemadmodũ cõuenerit, obſeruet, ſi uerbis potius quàm armis à cœptis eum deterrere poſsimus. Quòd ſi his nihil apud barbarum effectum fuerit, tum demum neceſſaria erit oratio quæ ad bellum barbaro inferendum nos in ſuffragia mittet. Oportet ſanè eos qui pericula reputãt, ea inter ſe cõparare: & quæ minora apparuerint, eligere. Eum qui ſuffragium fert, circa ſingula hanc ſententiam tenere conuenit.

Pericula minora eligenda.

Nam aduerſarij noſtri aiunt, ſi bellum mouerimus, urbes noſtræ in continente, quæ ſpectat Ioniũ & Peloponneſum, necnon reliquæ continentis urbes, haud habebunt quib. ſe ſuſtentent ad breue admodum tempus. Verùm neceſſaria eos deſtituent: & peribunt, ſi periculũ aliquod ingruerit. Præterea ſi prædicta regio mercibus fuerit exhauſta, & deſpoliata, etiã deinceps & in nos damna maxima redundabunt. Quapropter bellum prolatandum eſt: & legatio mittenda, quæ iſta efficiet. De legatione primò uerba faciã. Nam cum legati noſtri, uiri prudentes & intelligentes ad eum cõ ueniſſent, eorum nullã rationem habuit: uerùm fraudulẽtis & doloſis ſermonibus uſus, cõtraria, quàm nos exiſtimauimus, feciſſe apparuit. Non itaq; ſatis apud me conſtat, quidnam principaliſsimũ eorum ſuper quibus ad eum uenerant, coram eo expromere debeãt, ſi denuò legationem ſuſceperint, quàm illud: nos, cum non ſuppetant uires ad bellum, uelle legationibus rem gerere, & ad hunc modũ iniurias propulſare, & crimina diſſoluere: adeò nos eſſe promptos & paratos pro ipſius arbitrio cum ipſo agere. Hæc quidem honeſta ratio eſt, dici poſſet: ſi non occupato Argo, iam ex aperto nobis bellũ intentaret. Animos profectò noſtros in hunc modum pertentat, quamdiu tandẽ iſta perpeti uelimus. Si patimur, etiam ad reliqua confidẽter & audacter procedet. Sin reſtiterimus fortiter, recedet quò per nos ei licuerit: & in triuio (q̃d aiunt) conſtitutus, bellũ poſthac omittet. Si ſecus fecerimus, uereor ſeram aliquando pœnitentiam uenturã.

Legationes quando mittenda, aut non.

Diuinatio Capelli.

Ferunt barbarum, ubi primùm in Peloponneſum perueniſſet, etiã Euboiam acceſsiſſe, uiſurum Euripi urbem. Egreſſus iterum Pelopõneſo, profectus eſt, ut tentaret tranſitum: uenitq; in conſpectum urbis eo animo, ut eam hoſtiliter aggrederet. Et quidem ipſe equo tranſuectus Euripum, ſpeculabatur quã cõmodè cum copijs tranſire, & urbem oppugnare poſſet. Hæc profectò manifeſta belli ſunt ſigna, ex quibus ſatis quis ꝓbare poteſt, eum iamdudũ decreuiſſe ſatis præparatum aduerſus adeò decenter deliberantes pugnare. Eo in bello, quod nunciatur iamdudum aduerſus nos ſumpſiſſe, ſtrenuè perget, quædã ſibi ſubigens, nobiſq; auferens: quædam, præfectos culpãs, ſubijciet, & cõmodiſsima quæq; ſectabitur. Mox iſti nemo ſe oppoſuerit, magna potentia ſuccinctus, ſubitò, ſi poterit, imparatos opprimet. Nam magnas ſibi conflare poterit copias, cũ nõ ceſſet plurimos ſuo dominio uſq; adiungere. Dicam igitur, nobis non fore bellum cũ rege? Quidam, quod ſcio, uana ſpe ſemetipſos & alios lactant, dicentes eum nunquã in nos auerſurum belli tempeſtatẽ, neq; nos noſtro deturbaturũ principatu, quamuis id ex facili poſſet. Quapropter à bello nobis tẽperemus, pacemq; & tranquillitatẽ apprehendamus, nihil interim rei neceſſariæ oſcitanter omittentes. Verumenimuerò ſi ex prædictis iam planè apud omnes in confeſſo eſt, eum iamdudum nobis bellum indixiſſe, utrum nobis conducibilius & eligibilius fore iudicatis, quietem'ne amplecti, & regionem noſtrã nobis pati eripi: an ex aperto bellum inferentes, oſtendere barbaro, quanta etiã noſtra ſit potentia, quantæq; uires? Nam in manifeſtũ ſi deſcenderimus bellum, eum eiuſq; inſidias cauere poterimus armati, & ſatis inſtructi in omnem euentum, ſedulò obſeruãtes quémnam caſtris locum capiat. An non is pro hoſte tandem habendus eſt, qui inſidijs regionem noſtrã præripere tentat, & duobus his excellit? Si felice & proſpero rex utatur rerũ ſucceſſu, barbaris homines credunt ſe, ut amicos nonnihil lucri inde percepturos: ſin autẽ mali nihil inde redundarit in barbarum

Hoſtis quis.

* Si itaq; hæc reliquis præſtãtiora ſunt, quis adeò eſt cæcus, ut non cernat ea eſſe eligenda? ſin ſecus, meliora habentes, quietem amplecti oportet. Illa namq; nobis eligibiliora iudico. Cunctationem aio multum multis per orbem damnoſam eſſe: & nobis plurimũ damni dedit, prodẽtibus Imperium, Græcos & Græcorum regem, quando barbarus infeſtos

Cunctatio damnoſa.

ſtos arietes Conſtantinopoli admouebat. Nam merces noſtræ plurimùm ab Græcis iuuabantur & augebantur. Deinde contempſimus & auerſati ſumus preces ducũ Peloponeſiacorum, qui impenſiſsimis precibus auxilium noſtrum implorabant. Etiam per noſtram ſocordiam uidimus & Peloponneſum ab iſto rege deuictam. Nuper admodum, cũ Illyriorum rex noſtrum auxilium ſupplex oraret, & lati auxilij non mediocrem gratiam ſe relaturum promitteret, eum ab Turcis crudeliter necari paſsi ſumus. His ſigillatim in hunc modum à nobis proditis, nõ poſſumus infamiam apud reliquas per Europam gentes effugere, quin dicant, nos mercaturæ & turpis lucri auidos neglexiſſe gentes eorundem nobiſcũ morum, eiuſdemq́ religionis: & quaſi ſpectaſſe, ut caderent Turcorũ marte. Proinde, ut ad pauca redeam, ſi adiuncti Pannonijs arma arripuerimus, noſtris nobis frui licebit. Quod ſi cunctati & quietẽ ſequuti fuerimus, breui uidebimus eum imparatos oppreſſurum, & extorturum nobis regionẽ noſtrã, quà ei finitima eſt. Conſulo igitur, ut legatos cũ magna pecuniæ ui ire iubeamus ad Pannones. Præterea, ut præter naues quæ nobis præſtò ſunt, etiam alias quotquot poſſumus, impleamus militibus. Nec etiam prætereundus eſt Pontif. maximus, qui quoquo modo fieri poteſt, in belli ſocietatem adhibẽdus, & totius belli dux declarandus eſt. Ad hęc, opera danda eſt, ut Peloponneſus ad defectionem ſolicitetur. Et id quidem in procliui eſt. ſi enim alterum de ducum numero, qui deſciuit ab rege, tenuem agentem uitam Peloponneſiaci ſequuti ſunt, cum quidam deſererent urbes, alij uerò in ſumma uenirent pericula, quid futurum creditis, ſi uiderint tantas copias terra marique aduerſus barbarum aduentare? Cenſeo inſuper equites & armatos Italicos bis mille mittendos in Peloponneſum. Cretenſibus quoque uenia & criminum abolitio danda eſt. Hæc ubi nos agere uiderint, continuò ad nos tranſitionem facient, & Peloponneſum ſubijcient, unde licebit negocia regi faceſſere. Nam ab Peloponneſo commodius in eius regionem dabitur acceſſus. Si igitur ſocietatem coiuerimus cũ Pannonibus, Pannones ab Iſtro, nos ab Peloponneſo Barbari regionem populabimur. Nec preſsis, quod aiunt, ſedentes manibus, negligemus regionẽ noſtram uaſtari, & ſubditos noſtros Turcorum mancipia fieri. Verùm his tandem auctores erimus, ut aliquando aliud conſilium captent, & armis barbaro fortiter reſiſtere inſtituant. Victor huiuſcemodi oratione habita, plurimos in ſuam ſententiam traxit. Calculi autem cum propemodum utrinque eſſent æquales numero, uicere tamen, quia aliquanto plures erant, qui bellum nunciabant. Secundum hæc decretum factum eſt, ut legati abirent ad Pontificem

Vngari contra Turcos inſtigandi.

Papa ad bellũ Turcicũ uocandus.

Prouerb. preſſis manibus ſedere.

magnum, & alij porrò ad Pannones ablegarentur cum magna pecuniæ ui. Legati uenientes ad Pontificem maximum, dixerũt quæ Venetos dicere æquum erat, uidelicet tempus nunc inſtare, & monere, ut unà cum ipſis bellum aduerſus barbaros capeſſeret, quemadmodum Mantuæ conueniſſet. Pontifex reſpondens, inquit: Neceſſe eſt ut prius impiũ & conſceleratum minorémque barbarum è medio tollam. Deinde dijs bene monentibus proficiſcar contra magnum barbarum. At intelligebat Arimini ducem, cum quo bellum ea tempeſtate gerebat. Verùm cauſſam eius belli nunc omiſiſſe ſatius eſt. Legati, qui ad Pannonum animos conciliandos, ut prompti ſequerentur in Turcicam expeditionem, miſsi erant, prodeuntes in conſpectum regis Mathiæ, in frequenti ſenatu huiuſcemodi orationem exorſi ſunt: Viri Pannones, utique cernitis Turcorum regis potentiam quò euaſerit. Eos qui in orbe Chriſtiano eiuſdem nobiſcum & fidei & gentis ſunt, ſuum imperium ſuſcipere coegit. Ex regionibus noſtris prædas agens, Aſiam & Europam mancipijs noſtris repleuit. Iſtrum præterea frequenter tranſgrediens, regionem populatur, agroſq́ urit. Itaque ſi nos audieritis, barbarus non amplius traijciet Iſtrum, ut ueſtram regionem impugnet. Nam manifeſtum eſſe reor omnibus, ſi modò uires intellectus ſeu mentis intenderint, fore, ſi uos Iſtrum tranſmiſeritis, & in eius regionem hoſtili animo fueritis ingreſsi, ut maximum tumultum in eius regione conciteti s, res' que eius planiſsime conturbetis. Turcus, ut liquidò conſtat, Græcos debellauit, & eorum regionem ſuo dominio adiecit. Tryballorum regionem, & uniuerſam Peloponneſum ſui iuris fecit. Trapezuntium regem domuit, eius' que regione potitus eſt. Daciæ ducem dedit. Illyricorum regionem miſerè euaſtauit: eorúmque regem, uirum æquum & modeſtum cæpit, & occidit. Eum igitur, qui breui admodum tempore tot principatus & potentatus demolitus eſt, quid porrò facturum creditis? Haud quieti & ignauiæ ſe corrumpendum tradet, uerùm finitimos armis appetet, eorum' que regiones ſuæ adiunget. Nec moras nectendo ſedebit: uerùm illicò in finitimos arma uibrabit. Nunc igitur nec uobis bellum parcet. nam conabitur, uniuerſis ſuis copijs fretus, in regionem ueſtram impetum facere, & ex ea hominum aliarumq́ rerum prædas agere, principes ueſtros turpiſsimæ neci tradere haud cunctabitur. Nam animus eius ſemper eſt implacabilis erga noſtros, & erga omnes eos qui Chriſtianæ religioni acquieſcunt. Præterea parum pacatum animum gerit erga eum qui ſe beneuolum & benignũ offert. Haud enim uos præterit, quid fecerit Vladiſlao principi ueſtro.

Papa priuatum odiũ publico cõmodo antepo-nit: & Turcam minorẽ appellat Sigiſmundum Malateſtam

Oratores Veneti in Vngariã: eorumq́ oratio.

Verùm

